2° De même que l'homme n'existe pas à moins d'être individualisé, de même aussi il n'y a pas de matière sans telle matière déterminée. Donc toute chose qui subsiste, en tant qu'elle est composée d'une matière et d'une forme, est composée d'une matière et d'une forme qui sont individualisées. Or, l'intelligence ne peut être composée d'une matière et d'une forme individualisées; car les espèces des choses que l'intelligence saisit deviennent actuellement intelligibles, parce qu'elles

atque substantia immutabiliter permanet (*De hæresibus*, n. 86). — Ille (Tertullianus) sicut animam, ita etiam Deum corporeum esse contendit (*De anima et ejus origine*, lib. II, c. 9).

CAPUT L.

Quod substantiæ intellectuales sunt immateriales.

Ex hoc autem apparet quod substantiæ intellectuales sunt immateriales

1° Unumquodque enim ex materia et forma compositum est corpus; diversas enim formas materia nonnisi secundum diversas partes recipere potest; quæquidem diversitas partium in materia esse non potest, nisi secundum quod, per dimensiones in materia exsistentes, una communis materia in plures dividitur; subtracta enim quantitate, substantia indivisibilis est. Ostensum est autem (c. 49) quod nulla substantia intelligens est corpus. Relinquitur igitur quod non sit ex materia et forma composita.

2° Amplius, Sicut homo non est sine hoc homine, ita materia non est sine hac materia. Quidquid igitur in rebus est subsistens ex materia et forma compositum, est compositum ex materia et forma individuali. Intellectus autem non potest esse compositus ex materia et forma individuali; species enim rerum intellectarum fiunt intelligibiles actu per hoc quod a materia individuali abstrahuntur; secundum

sont abstraites de la matière individuelle. Par là même qu'elles deviennent actuellement intelligibles, elles font une même chose avec l'intelligence; d'où il suit que l'intelligence doit être indépendante de la matière individuelle. Donc la substance intellectuelle n'est pas composée d'une matière et d'une forme.

3° L'action de tout être composé d'une matière et d'une forme n'a pas son principe uniquement dans la forme ou seulement dans la matière, mais elle appartient au composé; car l'action s'attribue à l'être [en tant que tel]. Or, l'être de ce qui est composé se trouve constitué par la forme (1); d'où il résulte que le composé agit au moyen de la matière et de la forme. Si donc la substance intelligente est composée d'une matière et d'une forme, connaître sera l'action de l'être composé lui-même. Or, un acte a pour terme quelque chose qui ressemble à l'agent; c'est pourquoi le composé qui est principe générateur ne produit pas la forme, mais un être composé. Si donc l'action de connaître appartient à l'être composé, il ne pourra connaître ni la matière ni la forme, mais seulement le composé : conséquence qui est d'une fausseté évidente. Donc la substance intellectuelle n'est pas composée d'une matière et d'une forme.

4° Les formes des objets sensibles existent dans l'intelligence d'une manière plus parfaite que dans les choses sensibles elles-mêmes; car elles y sont plus simples et s'appliquent ainsi à un plus grand nombre d'êtres. L'intelligence, en effet, connaît tous les hommes au moyen

(1) En disant que l'*être* ou l'existence de ce qui est composé lui est conféré par la forme, saint Thomas énonce une vérité qu'il développera plus loin (ch. 54). En effet, la matière ne peut subsister seule et par elle-même; il lui faut nécessairement une forme sans laquelle elle ne saurait être individualisée, et par conséquent, arriver à l'existence. Pour tout être composé d'une matière et d'une forme, la forme est, selon l'expression du saint Docteur, le principe de l'existence, parce qu'elle est le complément de la substance, dont l'actualité est l'existence elle-même.

---

autem quod sunt intelligibiles actu, fiunt unum cum intellectu; unde et intellectum oportet esse absque materia individuali. Non est igitur substantia intelligens ex materia et forma composita.

3° Adhuc, Actio cujuslibet ex materia et forma compositi non est tantum formæ nec tantum materiæ, sed compositi; ejus enim est agere cujus est esse; esse autem est compositi, per formam, unde et compositum per materiam et formam agit. Si igitur substantia intelligens sit composita ex materia et forma, intelligere erit ipsius compositi. Actus autem terminatur ad aliquid simile agenti; unde et compositum generans non generat formam, sed compositum. Si igitur intelligere sit actio compositi, non intelligetur nec materia nec forma, sed tantum compositum. Hoc autem patet esse falsum. Non est igitur substantia intelligens composita ex materia et forma.

4° Item, formæ rerum sensibilium perfectius esse habent in intellectu quam in rebus sensibilibus; sunt enim simpliciores et ad plura se extendentes; per unam enim formam hominis intelligibilem, omnes homines intellectus cognoscit. Forma autem

d'une seule forme intelligible de l'homme. Or, la forme qui se réalise parfaitement dans la matière détermine tel *être* actuel [ou tel mode d'existence], par exemple, le feu ou bien une couleur particulière. Si, au contraire, elle ne détermine pas un objet à être tel [et non pas autre], elle n'est qu'imparfaitement en lui. C'est ainsi que se trouve dans l'air qui la transmet la forme d'une couleur, ou encore, la vertu ou puissance active du premier agent dans l'instrument qu'il emploie. En supposant donc que l'intelligence soit composée d'une matière et d'une forme, les formes des choses saisies par elle feront qu'elle sera actuellement revêtue de la nature même des objets qu'elle connaît; ce qui aboutit directement à renouveler l'erreur d'Empédocle, qui prétendait que l'âme connaît le feu par le feu, la terre au moyen de la terre, et ainsi du reste : système dont l'absurdité est visible (2). Donc la substance intellectuelle n'est pas composée d'une matière et d'une forme.

5° Tout ce qui est dans un être y est suivant la manière d'être du sujet. Si donc l'intelligence est composée d'une matière et d'une forme, les formes des êtres seront matériellement en elle, de même qu'elles existent en dehors de l'âme. Puis donc qu'en dehors de l'âme elles ne sont pas actuellement intelligibles, elles ne le seront pas non plus lorsqu'elles existeront dans l'intelligence.

6° Les formes des êtres entre lesquels il y a contrariété ne sont elles-mêmes contraires qu'en vertu de l'existence qu'elles ont dans la ma-

(2) Empedocles ex elementis universis ipsam (animam) constare censet, tamen et unumquodque istorum animam esse putat. Dicit enim : Terram namque terra, lympha cognoscimus undam, ætheraque æthere; sane ignis dignoscitur igne : sic et amore amor, ac tristi discordia lite. Eodem et Plato modo animam in *Timæo* ex elementis constare censet, simili namque ejus quoque sententia cognoscitur simile (Arist. *De anima.* I, c. 2).

---

perfecte in materia exsistens facit esse actu tale, scilicet vel ignem vel coloratum ; si autem non faciat aliquid esse tale, est imperfecte in illo, sicut forma coloris in aere ut in deferente, et sicut virtus primi agentis in instrumento. Si igitur intellectus sit ex materia et forma compositus, formæ rerum intellectarum facient intellectum esse actu talis naturæ qualis est quod intelligitur; et sic sequitur error Empedoclis, qui dicebat quod ignem igne cognoscit anima, et terram terra, et sic de aliis; quod patet esse inconveniens. Non est igitur substantia intelligens composita ex materia et forma.

5° Præterea, Omne quod est in aliquo est in eo per modum recipientis. Si igitur intellectus sit compositus ex materia et forma, formæ rerum erunt in intellectu materialiter, sicut sunt extra animam. Sicut igitur extra animam non sunt intelligibiles actu, ita nec exsistentes in intellectu.

6° Item, Formæ contrariorum, secundum esse quod habent in materia, sunt contrariæ; unde et se invicem expellunt. Secundum autem quod sunt in intellectu, non sunt contrariæ ; sed unum contrariorum est ratio intelligibilis alterius, quia unum per aliud

tière; c'est pourquoi elles s'excluent mutuellement. Tant qu'elles n'existent que dans l'intelligence, cette contrariété n'existe pas; mais l'un des contraires est bien plutôt la raison intelligible de l'autre, parce qu'on les connaît l'un par l'autre. Donc elles n'ont pas un *être* matériel dans l'intelligence. Donc l'intelligence n'est pas composée d'une matière et d'une forme.

7° La matière ne reçoit une forme nouvelle qu'en vertu d'un mouvement ou d'un changement. Or, de ce que l'intelligence reçoit certaines formes, il n'en résulte pas pas pour elle un mouvement; mais c'est plutôt en conservant le repos qu'elle se perfectionne et parvient à connaître, tandis que le mouvement met obstacle à sa connaissance. Les formes des êtres ne sont donc pas reçues dans l'intelligence comme dans une matière ou un objet matériel, et, conséquemment, les substances intellectuelles sont immatérielles aussi bien qu'incorporelles.

C'est ce qui fait dire à saint Denys : « Toutes les substances intellec-« tuelles sont émanées des rayons de la divine bonté, et la connais-« sance que nous en avons nous les représente comme incorporelles « et immatérielles » (3).

(3) Age ergo, jam ad ipsum nomen boni progrediamur, quod exempte ab omnibus divinitati supra divinitatem attribuunt theologi, vocantes, ut arbitror, bonitatem ipsam essentiam divinam, divinitatis originem : et quia sic essentia sua bonus est Deus, ut tanquam substantiale bonum, bonitatem in omnia porrigat. Quemadmodum enim sol ille noster, non cogitatione aut voluntate, sed eo ipso quod est, illuminat universa quæ quoquo modo lucis ejus sunt capacia; sic etiam ipsum bonum (quod non secus præstat soli quam primæva species imagini obscuræ) ipsamet substantia sua rebus omnibus, pro cujusque captu, totius bonitatis suæ radios effundit. His constiterunt omnes intellectiles ac intelligentes substantiæ et virtutes et operationes; horum virtute sunt, vitamque habent sempiternam et indeficientem, ab omni corruptione ac morte et materia generationeque liberæ, necnon ab instabili fluxaque quæ in diversa diversimode fertur permutatione semotæ, et tanquam incorporeæ et immateriales intelliguntur, et ut mentes *supermundialiter* intelligunt (καὶ ὡς νόες ὑπερκοσμίως νοοῦσι), atque propriis rerum rationibus illustrantur, rursumque in ea quæ illis cognata sunt sua munera derivant (S. Dionys., *De divin. nomin.*, c. 4).

---

cognoscitur. Non igitur habent esse materiale in intellectu; ergo intellectus non est compositus ex materia et forma.

7° Adhuc, Materia non recipit aliquam formam de novo nisi per motum vel mutationem. Intellectus autem non movetur per hoc quod recipit formas, sed magis quiescens perficitur et intelligit; impeditur autem in intelligendo per motum. Non igitur recipiuntur formæ in intellectu sicut in materia vel in re materiali; unde patet quod substantiæ intelligentes immateriales sunt, sicut et incorporeæ.

Hinc est quod Dionysius dicit : « Propter divinæ bonitatis radios, substiterunt « intellectuales omnes substantiæ, quæ, « sicut incorporales et immateriales, omnes « intelliguntur. » (De Divin. Nomin., c. 4).

CHAPITRE LI.

Les substances intellectuelles ne sont pas des formes matérielles, mais subsistantes.

On peut établir, par les mêmes raisons, que les natures intellectuelles sont des formes subsistantes, et non des formes qui existent dans la matière, comme si leur *être* [ou existence] dépendait de cette dernière. En effet :

1° Les formes qui, considérées en elles-mêmes, dépendent de la matière, n'ont pas d'existence propre, mais les êtres composés existent par elles. Si donc les natures intellectuelles étaient des formes de cette espèce, il s'ensuivrait qu'elles auraient un *être* matériel, de même que si elles étaient composées d'une nature et d'une forme.

2° Les formes qui ne subsistent pas par elles-mêmes ne peuvent pas non plus agir par elles-mêmes; mais les composés agissent par leur moyen. Si donc les natures intellectuelles étaient des formes qui eussent ce caractère, il faudrait dire qu'elles sont incapables de connaître, et que cette action appartient aux êtres qui sont composés de ces natures et de la matière. Par conséquent, l'intelligence serait composée d'une matière et d'une forme; ce qui a été démontré impossible [ch. 50].

3° Si l'intelligence était une forme résidant dans la matière et non subsistante par elle-même, il en résulterait que la matière serait susceptible de ce que l'intelligence reçoit; car les formes dont l'*être* est

---

CAPUT LI.

Quod substantiæ intellectuales non sunt formæ materiales, sed subsistentes.

Per eadem ostenditur quod naturæ intellectuales sunt formæ subsistentes, non autem exsistentes in materia, quasi esse earum a materia dependeat.

1° Formæ enim secundum se a materia dependentes non ipsæ proprie habent esse, sed composita per ipsas. Si igitur naturæ intellectuales essent hujusmodi formæ, sequeretur quod haberent esse materiale, sicut et si essent ex materia et forma compositæ.

2° Adhuc, Formæ quæ per se non subsistunt non possunt per se agere; agunt autem composita per eas. Si igitur naturæ intellectuales hujusmodi formæ essent, sequeretur quod non intelligerent, sed composita ex eis et materia; et sic intellectus esset compositus ex materia et forma; quod est impossibile, ut ostensum est (c. 50).

3° Amplius, Si intellectus esset forma in materia et non per se subsistens, sequeretur quod id quod recipitur in intellectu

inhérent à la matière ne reçoivent rien de ce que la matière ne peut recevoir. Donc, puisque l'intelligence ne reçoit pas les formes de la même manière que les reçoit la matière, l'intelligence ne peut être une forme matérielle.

4° Cette proposition : L'intelligence est une forme non subsistante, mais mélangée avec la matière, équivaut en réalité à celle-ci : L'intelligence est composée d'une matière et d'une forme. La seule différence est dans l'expression; car la première proposition signifie que l'intelligence est la forme même du composé, tandis que la seconde la prend pour le composé lui-même. Si donc il est faux que l'intelligence soit composée d'une matière et d'une forme, il est faux également qu'elle soit une forme non subsistante, mais matérielle.

CHAPITRE LII.

Il y a une différence dans les substances intellectuelles, entre l'être et la substance.

Bien que les substances intellectuelles ne soient ni corporelles, ni composées d'une matière et d'une forme, et qu'elles n'existent pas dans une matière, de même que les formes matérielles, on n'en peut pas conclure qu'elles égalent la simplicité divine. En effet :

---

reciperetur in materia; hujusmodi enim formæ quæ habent esse in materia obligatum non recipiunt aliquid quod in materia non recipiatur. Quum igitur receptio formarum in intellectu non sit receptio formarum in materia, impossibile est quod intellectus sit forma materialis.

4° Præterea, Dicere quod intellectus sit forma non subsistens, sed materiæ immersa, idem est secundum rem ac si dicatur quod intellectus sit compositus ex materia et forma; differt autem solum secundum nomen; nam primo modo diceretur intellectus forma ipsa compositi, secundo vero diceretur intellectus ipsum compositum. Si igitur falsum est intellectum esse compositum ex materia et forma, falsum erit quod sit forma non subsistens, sed materialis.

CAPUT LII.

Quod in substantiis intellectualibus differt esse et quod est.

Non est autem opinandum, quamvis substantiæ intellectuales non sint corporeæ nec ex materia et forma compositæ nec in materia exsistentes sicut formæ materiales, quod propter hoc divinæ simplicitati adæquentur.

1° Invenitur enim in eis aliqua com-

1° Il y a entre elles une certaine différence, qui consiste en ce que leur *être* n'est pas la même chose que leur substance. Si l'*être* est subsistant, rien ne peut lui être ajouté en dehors de lui; car, même dans les choses qui n'ont pas un être subsistant, ce qui se trouve dans le sujet qui existe, en dehors de son être, est, à la vérité, uni avec lui, mais sans faire avec son *être* une même chose, si ce n'est par accident, c'est-à-dire en tant qu'un sujet unique reçoit à la fois son *être* et ce qui est en dehors de cet *être*. Ainsi, outre son *être* substantiel, Socrate possède encore la blancheur, qui est distincte de cet être substantiel; car si c'est une même chose que Socrate existe et qu'il soit blanc, ce n'est que par accident. Si donc l'*être* ne réside pas dans quelque substance, il n'y aura aucun moyen de lui adjoindre une qualité qui est en dehors de lui. Quant à l'*être* considéré comme tel, il n'est susceptible d'aucune distinction. Il peut cependant se diversifier par quelque chose qui est en dehors de lui; par exemple, l'*être* d'une pierre diffère de l'*être* d'un homme. Donc ce qui est subsistant doit nécessairement se réduire à l'unité. Or, nous avons prouvé [liv. I, ch. 22 et 42] que Dieu est lui-même son *être* subsistant. Donc rien en dehors de lui ne peut être son *être*. Donc, en toute substance qui existe en dehors de lui, la substance elle-même est distincte de son *être*.

2° Si l'on considère abstractivement une nature commune, elle est nécessairement unique, quoiqu'il se rencontre un certain nombre d'êtres qui la possèdent. En effet, en supposant que la nature de l'animal, telle qu'on la conçoit par abstraction, subsiste par elle-même, elle ne renfermera pas les attributs propres à l'homme ou au bœuf; car, s'il en était ainsi, il n'y aurait pas seulement un animal, mais

---

positio, ex eo quod non est idem in eis esse et quod est. Si enim esse est subsistens, nihil præter ipsum esse ei adjungitur; quia, etiam in his quorum esse non est subsistens, quod inest exsistenti, præter esse ejus, est quidem exsistenti unitum, non autem est unum cum esse ejus nisi per accidens, in quantum est unum subjectum habens esse et id quod est præter esse; sicut patet quod Socrati, præter suum esse substantiale, inest album, quodquidem diversum est ab ejus esse substantiali; non enim est idem esse Socratem et esse album, nisi per accidens. Si igitur non sit esse in aliqua substantia, non remanebit aliquis modus in quo possit ei uniri illud quod est præter esse. Esse autem, in quantum est esse, non potest esse diversum; potest autem diversificari per aliquid quod est præter esse, sicut esse lapidis est aliud ab esse hominis. Illud igitur quod est subsistens non potest esse nisi unum tantum. Ostensum est autem (l. I, c. 22 et 42) quod Deus est suum esse subsistens. Nihil igitur aliud præter Ipsum potest esse suum esse; oportet igitur, in omni substantia quæ est præter Ipsum, aliud esse ipsam substantiam et aliud ejus esse.

2° Amplius, Natura communis, si separata intelligatur, non potest esse nisi una, quamvis habentes naturam illam plures possint inveniri; si enim natura animalis per se separata subsisteret, non haberet ea quæ sunt hominis vel quæ sunt bovis; jam

un homme ou un bœuf. Or, en supprimant les différences constitutives des espèces, la nature du genre demeure indivise, parce que les différences qui constituent les espèces établissent en même temps une division du genre. Ainsi donc, s'il est vrai que cela même qui est l'*être* est quelque chose de commun comme le genre, l'*être* séparé [ou absolu] qui subsiste par lui-même est nécessairement un. Si d'ailleurs il n'est pas divisé, de même que le genre, par quelques différences, mais seulement parce qu'il devient l'*être* de telle chose ou de telle autre, il est bien plus vrai encore qu'il ne peut y avoir qu'un seul *être* existant par lui-même. Donc, puisque Dieu est l'*être* subsistant, rien de ce qui existe en dehors de lui n'est à soi-même son *être*.

3° Il est impossible qu'il y ait deux êtres infinis, sous tous les rapports; car l'*être* absolument infini comprend l'existence dans sa plus grande perfection, et par conséquent, s'il s'en trouvait deux en possession de cette infinité, il n'y aurait plus aucune différence pour les distinguer l'un de l'autre. Or l'être subsistant doit être infini, puisqu'il n'a pas pour terme un sujet qui le reçoive. Donc il ne peut exister d'autre *être* subsistant que le premier.

4° S'il existe un *être* [*esse*] subsistant par lui-même, rien ne lui convient que ce qui appartient à l'*être* [*ens*] considéré comme tel; car l'attribut que l'on affirme d'un sujet, sans que ce soit parce qu'il est tel, ne lui convient que par accident et en sa qualité de sujet. D'où il suit que si l'on suppose cet attribut séparé du sujet, il ne lui appartient en aucune manière. Or l'*être* [*esse*] qui a sa cause dans un autre ne convient pas à un *être* [*ens*] en sa qualité d'*être*; autrement tout *être* [*ens*] émanerait d'une cause, et il faudrait remonter d'une cause à l'autre

---

enim non esset animal tantum, sed homo vel bos. Remotis autem differentiis constitutivis specierum, remanet natura generis indivisa, quia eædem differentiæ quæ sunt constitutivæ specierum sunt divisivæ generis. Sic igitur, si hoc ipsum quod est esse sit commune sicut genus, esse separatum per se subsistens non potest esse nisi unum; si vero non dividatur differentiis sicut genus, sed per hoc est quod hujus vel illius esse, jam hoc magis est verum quod non potest esse per se exsistens nisi unum. Relinquitur igitur quod, quum Deus sit esse subsistens, nihil aliud præter ipsum est suum esse.

3° Adhuc, Impossibile est quod sit duplex esse omnino infinitum; esse enim quod omnino est infinitum omnem perfectionem essendi comprehendit; et sic, si duobus talis adesset infinitas, non inveniretur quo unum ab altero differret. Esse autem subsistens oportet esse infinitum, quia non terminatur aliquo recipiente. Impossibile est igitur esse aliquod esse subsistens, præter primum.

4° Item, Si sit aliquod esse per se subsistens, nihil competit ei nisi quod est entis in quantum est ens; quod enim dicitur de aliquo, non in quantum hujusmodi, non convenit ei nisi per accidens, ratione subjecti; unde, si separatim a subjecto ponatur, nullo modo ei competit. Esse autem ab alio causatum non competit enti in quantum est ens; alias omne ens esset ab

jusqu'à l'infini, ce qui est impossible [liv. I, ch. 13]. Donc cet *être* [*esse*] qui est un *être* [*ens*] subsistant ne peut avoir une cause. Donc nul *être* [*ens*] existant en vertu d'une cause n'est à lui-même son *être* [*esse*].

5° La substance de tout ce qui existe est à l'état d'*être* [*ens*] essentiellement et non par un autre; c'est pourquoi si l'air est actuellement lumineux, cette qualité n'entre pas dans sa substance, parce qu'elle ne vient pas de lui. Or toute chose créée tient son *être* [*esse*] d'un principe qui n'est pas elle; autrement il n'y aurait pas création. Donc il n'existe pas de substance créée pour laquelle son *être* [*esse*] soit sa substance.

6° Puisque tout agent agit en tant qu'il est actuellement, c'est au premier agent, qui est absolument parfait, qu'il appartient d'exister actuellement de la manière la plus parfaite. Or un être est d'autant plus parfaitement actuel que cette actualité est plus éloignée dans l'ordre de production; car l'acte est, quant au temps, postérieur à la puissance dans un seul et même être qui passe de la puissance à l'acte. Il est vrai aussi que celui-là est plus parfait sous le rapport de l'acte, qui est l'acte lui-même, que celui qui le possède seulement; car ce dernier n'est un acte qu'à raison du premier. Ceci posé, il est certain que Dieu seul est le premier agent [liv. I, ch. 13 et 15, et liv. II, ch. 21]. Donc c'est à lui seul qu'appartient l'*être* [*esse*] actuel de la manière la plus parfaite, c'est-à-dire qu'il est lui-même l'acte absolument parfait. Or c'est là précisément l'*être* [*esse*] qui est le terme de toute génération et de tout mouvement; car toute forme et tout acte sont en puissance avant d'arriver à l'*être* [*esse*]. Donc Dieu seul est l'être lui-même, comme il est seul le premier agent.

7° L'*être* [*esse*] lui-même appartient au premier agent à raison de sa

---

alio causatum, et sic oporteret procedere in infinitum in causis; quod est impossibile, ut supra (l. I, c. 13) ostensum est. Illud igitur esse quod est ens subsistens, oportet quod sit non causatum; nullum igitur ens causatum, est suum esse.

5° Amplius, Substantia uniuscujusque est ens per se et non per aliud; unde esse lucidum actu non est de substantia aeris, quia est ei per aliud. Sed cuilibet rei creatæ suum esse est ei per aliud; alias non esset creatum. Nullius igitur substantiæ creatæ suum esse est sua substantia.

6° Item, Quum omne agens agat in quantum est actu, primo agenti, quod est perfectissimum, competit esse in actu perfectissimo modo. Tanto autem aliquid est perfectius in actu quanto talis actus est in via generationis posterior; actus enim est tempore potentia posterior, in uno et eodem quod de potentia ad actum procedit. Perfectius est quoque in actu quod est ipse actus quam quod est habens actum; hoc enim propter illud actus est. His ergo positis, constat, ex supra (l. I, c. 13 et 15, et l. II, c. 21) ostensis, quod Deus solus est primum agens. Sibi ergo soli competit esse in actu perfectissimo modo, ut scilicet sit Ipse actus perfectissimus. Hoc autem est esse ad quod generatio et omnis motus terminatur; omnis enim forma et actus est in potentia, antequam esse acquirat. Soli igitur Deo competit quod sit ipsum esse, sicut soli competit quod sit primum agens.

7° Amplius, Ipsum esse competit primo agenti secundum propriam naturam; esse

nature propre ; car l'*être* [*esse*] de Dieu est sa substance [liv. I, ch. 22]. Or ce qui appartient à quelqu'un à raison de sa propre nature ne peut convenir à d'autres que par participation : c'est ainsi que le calorique passe du feu dans les autres corps. Donc l'*être* lui-même [*esse*] n'appartient à tous les autres que parce qu'ils le reçoivent du premier agent par une certaine participation. Or ce qu'un être possède par participation n'est pas sa substance. Donc il n'est pas possible que la substance d'un être [*ens*] distinct du premier agent soit l'*être* [*esse*] lui-même (1).

C'est pour cela que le nom propre de Dieu est CELUI QUI EST [*Exode*, III, 14], parce que seul il a cette propriété, que son essence n'est pas autre chose que son *être* [*esse*].

CHAPITRE LIII.

Il y a dans les substances intellectuelles créées l'acte et la puissance.

Il résulte évidemment de ce qui précède qu'il y a, dans les sub-

(1) Cette distinction entre l'*être* et la substance des natures intellectuelles (distinction qui doit s'appliquer aussi à toutes les autres créatures) étant une fois admise, la doctrine du panthéisme tombe d'elle-même, car sa base même lui fait défaut. Le panthéisme, en effet, n'est autre chose que l'unité de substance. C'est là sa plus simple expression. Or, si l'*être* de tous les objets qui sont dans la nature est parfaitement distinct de leur substance, bien qu'ils ne puissent exister l'un sans l'autre (car l'*être* actuel ne se conçoit pas sans une substance, ni la substance sans l'*être*), il s'ensuit que ni l'un ni l'autre n'est nécessaire. Par suite, comme un être contingent n'a pu se donner à lui-même l'existence, il l'a reçue d'une cause. Dans l'ordre des causes on ne peut remonter jusqu'à l'infini : on arrivera donc à un premier agent qui sera éternel, en qui l'*être* et la substance sont une même chose. Cette différence est essentielle, et ne permet plus de voir dans l'universalité des êtres une substance unique qui se modifie d'une infinité de manières.

---

enim Dei est ejus substantia, ut supra (l. I, c. 22) ostensum est. Quod autem competit alicui secundum propriam naturam suam, non convenit aliis nisi per modum participationis, sicut calor aliis corporibus ab igne. Ipsum igitur esse competit omnibus aliis a primo agente, per participationem quamdam. Quod autem competit alicui per participationem, non est substantia ejus. Impossibile est igitur quod substantia alterius entis, præter agens primum, sit ipsum esse.

Hinc est quod proprium nomen Dei ponitur esse QUI EST (*Exod.* III, 14), quia ejus solius proprium est quod sua substantia non sit aliud quam suum esse.

CAPUT LIII.

Quod in substantiis intellectualibus creatis est actus et potentia.

Ex hoc autem evidenter apparet quod in

stances intellectuelles créées, composition de l'acte et de la puissance. En effet :

1° Partout où se rencontrent deux choses dont l'une est le complément de l'autre, il y a entre elles la même proportion qui existe entre la puissance et l'acte ; car rien ne se complète que par son acte propre. Or nous trouvons dans la substance intellectuelle créée deux choses, qui sont la substance elle-même et son *être* [*esse*] [ch. 52], et cet *être* est lui-même le complément de la substance qui existe, puisque rien n'existe actuellement que parce qu'il a l'*être*. Donc il y a, dans chacune des substances en question, composition de l'acte et de la puissance.

2° Ce qui se trouve dans un être et provient d'un agent est nécessairement son acte ; car il est dans la nature de l'agent de faire quelque chose d'actuel. Or nous avons démontré [ch. 15] que toutes les substances distinctes du premier agent ont reçu l'*être* de lui, et ces substances ont été créées parce qu'elles ont un *être* qui leur vient d'un autre. Donc l'être même est dans les substances créées comme leur acte. Or, ce qui a en soi un acte est une puissance ; car l'acte, considéré comme tel, est relatif à la puissance. Donc toute substance créée renferme en elle la puissance et l'acte.

3° Tout être qui participe à une chose est avec elle dans le même rapport que la puissance avec l'acte ; car c'est au moyen de cette chose à laquelle il participe qu'il devient actuellement participant. Or Dieu seul est essentiellement un être [*ens*] [liv. I, ch. 22, et liv. II, ch. 52], et tout ce qui n'est pas lui participe seulement à l'*être* même

---

substantiis intellectualibus creatis est compositio actus et potentiæ.

1° In quocumque enim inveniuntur aliqua duo quorum unum est complementum alterius, proportio unius ad alterum est sicut proportio potentiæ ad actum ; nihil enim completur nisi per proprium actum. In substantia autem intellectuali creata, inveniuntur duo, scilicet substantia ipsa et esse ejus, quod non est ipsa substantia, ut ostensum est (c. 52) ; ipsum autem esse est complementum substantiæ exsistentis ; unumquodque enim actu est per hoc quod esse habet. Relinquitur igitur quod, in qualibet prædictarum substantiarum, sit compositio actus et potentiæ.

2° Amplius. Quod inest alicui ab agente, oportet esse actum ejus ; agentis enim est facere aliquid actu. Ostensum est autem supra (c. 15) quod omnes aliæ substantiæ habent esse a primo agente ; et per hoc ipsæ substantiæ creatæ sunt, quod esse ab alio habent. Ipsum igitur esse inest substantiis creatis ut quidam actus earum. Id autem cui actus inest, potentia est ; nam actus, in quantum hujusmodi, ad potentiam refertur. In qualibet igitur substantia creata, est potentia et actus.

3° Item, Omne participans aliquid comparatur ad ipsum quod participatur ut potentia ad actum ; per id enim quod participatur, fit participans actuale. Ostensum est autem supra (l. I, c. 22, et l. II, c. 52) quod solus Deus est essentialiter ens, omnia

[*esse*]. Donc il y a entre toute substance créée et son *être* la même relation qu'entre la puissance et l'acte.

4° C'est par l'acte qu'un être devient semblable à sa cause active, puisque l'agent produit quelque chose de semblable à lui, selon qu'il est en acte. Or le principe qui assimile à Dieu toute substance créée, c'est l'être lui-même [ch. 15 et 52]. Donc l'*être* même est, pour toutes les substances créées, comme leur acte. D'où il suit qu'en toute substance créée il y a composition de l'acte et de la puissance.

CHAPITRE LIV.

*La composition de la matière et de la forme n'est pas la même que celle de la substance et de l'*être.

La composition qui résulte de la matière et de la forme n'est pas de même nature que celle qui a pour éléments la substance et l'*être*, bien qu'elles comprennent l'une et l'autre la puissance et l'acte (1).

D'abord parce que la matière n'est pas la substance même de la chose; car, s'il en était ainsi, toutes les formes ne seraient que des accidents, comme l'ont pensé les anciens philosophes naturalistes [ou physiciens]; mais la matière est une partie de la substance.

En second lieu, parce que l'*être* même [*esse*] n'est pas l'acte propre

(1) Il faut se rappeler que l'*acte* n'est pas ici synonyme d'action. Saint Thomas l'emploie constamment pour désigner l'*actualité* ou l'existence actuelle d'une chose, qui de potentielle devient réelle.

---

autem alia participant ipsum esse. Comparatur igitur substantia omnis creata ad suum esse sicut potentia ad actum.

4° Præterea, Assimilatio alicujus ad causam agentem fit per actum; agens enim agit sibi simile in quantum est actu. Assimilatio autem cujuslibet substantiæ creatæ ad Deum est per ipsum esse, ut supra (c. 15 et 52) ostensum est. Ipsum igitur esse comparatur ad omnes substantias creatas sicut actus earum. Ex quo relinquitur quod, in qualibet substantia creata, sit compositio actus et potentiæ.

CAPUT LIV.

Quod non est idem compositio ex materia et forma, et ex substantia et esse.

Non est autem ejusdem rationis compositio ex materia et forma, et ex substantia et esse, quamvis utraque sit ex potentia et actu.

Primo quidem, quia materia non est ipsa substantia rei; nam sequeretur omnes formas esse accidentia, sicut antiqui naturales

de la matière, mais de toute la substance; car son acte c'est l'*être*, dont on peut dire qu'il existe. Or l'*être* ne s'affirme pas de la matière, mais du tout; c'est ce qui empêche de dire d'elle qu'elle existe, mais la substance elle-même est ce qui existe.

Troisièmement, parce que la forme n'est pas non plus l'*être* lui-même, mais ils sont coordonnés ensemble; car la forme est à l'*être* comme la lumière est à l'objet lumineux ou la blancheur à celui qui est blanc. Une autre raison, c'est que l'*être* est comme l'acte, relativement à la forme. En effet, on considère la forme comme le principe de l'existence pour tout ce qui est composé d'une matière et d'une forme, parce qu'elle complète la substance dont l'acte est l'*être* lui-même; par exemple, l'air est diaphane, et cette qualité est le principe qui le rend lumineux, parce qu'elle en fait le propre sujet de la lumière. C'est pourquoi, dans tout ce qui est composé d'une matière et d'une forme, on ne peut considérer ni la matière ni la forme comme cela même qui existe ou comme l'*être* lui-même; il est permis de dire cependant que la forme est ce par quoi cela existe, en tant qu'elle est le principe de l'existence; quant à la substance tout entière, elle est cela même qui existe, et c'est en vertu de l'*être* lui-même que la substance s'appelle un être.

Les substances intellectuelles n'étant pas composées d'une matière et d'une forme [ch. 50 et 51], mais leur forme même étant une substance subsistante, cette forme est ce qui existe, et l'*être* lui-même est l'acte et la raison qui la font exister; c'est pour cela qu'il n'y a dans ces substances que la composition unique de l'acte et de la puissance, c'est-à-dire de la substance et de l'*être*. Quelques-uns

---

opinabantur; sed materia est pars substantiæ.

Secundo autem, quia ipsum esse non est proprius actus materiæ, sed substantiæ totius; ejus enim actus est esse, de quo possumus dicere quod sit; esse autem non dicitur de materia, sed de toto; unde materia non potest dici quod est, sed ipsa substantia est id quod est.

Tertio, quia nec forma est ipsum esse, sed se habent secundum ordinem; comparatur enim forma ad ipsum esse sicut lux ad lucidum vel albedo ad album esse; deinde, quia ad ipsam etiam formam comparatur ipsum esse ut actus. Per hoc enim, in compositis ex materia et forma, forma dicitur esse principium essendi, quia est complementum substantiæ cujus actus est ipsum esse; sicut diaphanum est aeri principium lucendi, quia facit eum proprium subjectum luminis. Unde, in compositis ex materia et forma, nec materia nec forma potest dici ipsum quod est nec etiam ipsum esse; forma tamen potest dici quo est, secundum quod est essendi principium. Ipsa autem tota substantia est ipsum quod est; et ipsum esse est quo substantia denominatur ens.

In substantiis autem intellectualibus, quæ non sunt ex materia et forma compositæ, ut (c. 50 et 51) ostensum est (sed in eis ipsa forma est substantia subsistens), forma est quod est, ipsum autem esse est actus et quo est; et propter hoc in eis est unica tantum compositio actus et potentiæ, quæ scilicet est ex substantia et esse, quæ

l'appellent composition de ce qui existe et de l'*être*, ou de ce qui existe et du principe de l'existence.

Dans les substances composées d'une matière et d'une forme, il y a une double composition de l'acte et de la puissance. La première est celle de la substance même, qui se compose de la matière et de la forme; la seconde est celle de la substance déjà composée et de l'*être*. On peut également l'appeler composition de ce qui existe et de l'*être*, ou bien de ce qui existe et du principe de l'existence.

On voit par là que la composition de l'acte et de la puissance s'étend plus loin que celle de la forme et de la matière; d'où il suit que la matière et la forme divisent la substance matérielle, tandis que la puissance et l'acte divisent l'*être* universel. Les choses étant ainsi, tout ce qui touche à la puissance et à l'acte, considérés comme tels, est commun aux substances créées, matérielles et immatérielles : par exemple, recevoir et être reçu, donner ou acquérir une perfection. Ce qui, au contraire, est propre à la matière et à la forme envisagées comme telles, par exemple, être produit, se corrompre, et autres choses de même nature, tout cela appartient exclusivement aux substances matérielles et ne convient, sous aucun rapport, aux substances immatérielles créées.

---

a quibusdam dicitur ex *quod est* et *esse*, vel ex *quod est* et *quo est*.

In substantiis autem compositis ex materia et forma, est duplex compositio actus et potentiæ : prima quidem ipsius substantiæ, quæ componitur ex materia et forma; secunda vero, ex ipsa substantia jam composita et esse; quæ etiam potest dici ex *quod est* et *esse*, vel ex *quod est* et *quo est*.

Sic igitur patet quod compositio actus et potentiæ est in plus quam compositio formæ et materiæ; unde materia et forma dividunt substantiam materialem, potentia autem et actus dividunt ens commune. Et propter hoc, quæcumque quidem consequuntur potentiam et actum, in quantum hujusmodi, sunt communia substantiis materialibus et immaterialibus creatis, sicut recipere et recipi, perficere et perfici; quæcumque vero sunt propria materiæ et formæ, in quantum hujusmodi, sicut generari et corrumpi, et alia hujusmodi, hæc sunt propria substantiarum materialium, et nullo modo conveniunt substantiis immaterialibus creatis.

CHAPITRE LV.

Les substances intellectuelles sont incorruptibles.

Ce que nous avons dit démontre clairement que toute substance intellectuelle est incorruptible (1). En effet :

1° Toute corruption résulte de la séparation de la forme et de la matière : si elle est absolue, elle vient de la séparation de la forme substantielle ; si elle n'a lieu que sous un certain rapport, il faut l'attribuer à la séparation d'une forme accidentelle. En effet, tant que la forme demeure, l'objet continue d'exister ; car c'est en vertu de la forme que la substance devient le sujet propre de ce qui est l'*être* [*esse*]. Or, là où il n'y a aucune composition de la matière et de la forme, ces deux choses ne peuvent être séparées. Donc la corruption est également impossible. Nous avons prouvé [ch. 50] que nulle substance intellectuelle n'est composée d'une matière et d'une forme. Donc aucune de ces substances n'est sujette à la corruption.

2° Ce qui appartient essentiellement à une chose est nécessairement, toujours et inséparablement uni à cette chose. Ainsi la rotondité est

(1) Il faut entendre le mot *incorruptible*, employé par saint Thomas, dans le sens d'*indestructible*, qui, dans le cas présent, est synonyme en latin et rend l'idée d'une manière plus exacte en français. La corruption, en effet, telle qu'on la conçoit ordinairement, implique une composition, et ce n'est autre chose qu'un changement survenu dans les éléments d'un être par la soustraction de l'un d'eux ou l'addition d'un ou de plusieurs éléments étrangers. La destruction, au contraire, prise dans son sens rigoureux, fait complétement disparaître la substance elle-même, qu'elle soit simple ou composée. Ce dernier terme paraît donc mieux s'appliquer aux substances spirituelles ou intellectuelles. Il sera nécessaire de faire cette distinction en lisant ce chapitre, car le saint Docteur y met plusieurs fois en parallèle les substances simples et celles qui sont composées de parties.

CAPUT LV.

Quod substantiæ intellectuales sunt incorruptibiles.

Ex hoc autem aperte ostenditur quod omnis substantia intellectualis est incorruptibilis.

1° Omnis enim corruptio est per separationem formæ a materia ; simplex quidem corruptio per separationem formæ substantialis, corruptio autem secundum quid per separationem formæ accidentalis ; forma enim manente, oportet rem esse ; per formam enim substantia fit proprium susceptivum ejus quod est esse. Ubi autem non est compositio formæ et materiæ, ibi non potest esse separatio earumdem ; igitur nec corruptio. Ostensum est autem (c. 50) quod nulla substantia intellectualis est composita ex materia et forma. Nulla igitur substantia intellectualis est corruptibilis.

2° Amplius, Quod per se alicui competit, de necessitate et semper et inseparabi-

un attribut essentiel du cercle, tandis qu'elle est accidentelle pour le bronze; c'est pourquoi le bronze peut très bien perdre sa rotondité, mais il est impossible que le cercle ne soit plus rond. Or, l'*être* essentiel est inséparable de la forme, et nous regardons comme essentiel ce qui existe en vertu de la nature même de la chose. Rien n'arrive à l'*être* qu'autant qu'il revêt une forme. Donc les substances qui ne sont pas des formes peuvent être privées de l'*être* si elles perdent leur forme. C'est ainsi que le bronze perd sa rotondité s'il cesse d'être un cercle. Au contraire, les substances qui sont elles-mêmes des formes ne peuvent être dépouillées de l'*être*. Si, par exemple, une substance était un cercle, il ne pourrait jamais se faire qu'elle ne fût plus ronde. Or, comme nous l'avons établi [ch. 50], les substances intellectuelles sont elles-mêmes des formes subsistantes. Donc elles ne peuvent cesser d'exister. Donc elles sont incorruptibles.

3° Dans toute corruption, lorsque l'acte disparaît, la puissance demeure; car rien n'arrive par la corruption à l'état de non-être absolu, de même que rien n'est produit du non-être absolu. Or l'acte est, pour les substances intellectuelles, l'*être* lui-même [ch. 53], et la substance tient lieu de puissance. Donc, si la substance intellectuelle vient à se corrompre, elle survivra à sa corruption; ce qui est radicalement impossible. Donc toute substance intellectuelle est incorruptible.

4° Tout être soumis à la corruption a nécessairement en lui la puissance de n'être pas. Si donc il existe quelque chose qui n'a pas en soi la puissance de n'être pas, cette chose ne peut être sujette à la corruption. Or la substance intellectuelle n'a aucune puissance pour le non-être; car il est évident, par ce que nous avons dit [ch. 54],

---

liter ei inest, sicut rotundum per se quidem inest circulo, per accidens autem æri; unde æs quidem fieri non rotundum est possibile, circulum autem non esse rotundum est impossibile. Esse autem per se consequitur ad formam; per se enim dicimus quod secundum ipsum; unumquodque autem habet esse secundum quod habet formam. Substantiæ igitur ipsæ quæ non sunt formæ possunt privari esse, secundum quod amittunt formam; sicut æs privatur rotunditate, secundum quod desinit esse circulare. Substantiæ vero quæ sunt ipsæ formæ nunquam possunt privari esse; sicut, si aliqua substantia esset circulus, nunquam posset fieri non rotunda. Ostensum est autem supra (c. 50) quod substantiæ intellectuales sunt ipsæ formæ subsistentes. Impossibile est igitur quod ipsæ esse desinant; sunt igitur incorruptibiles.

3° Adhuc, In omni corruptione, remoto actu, manet potentia; non enim corrumpitur aliquid in omnino non ens, sicut nec generatur aliquid ex omnino non ente. In substantiis autem intellectualibus, ut ostensum est (c. 53), actus est ipsum esse; ipsa autem substantia est sicut potentia. Si igitur substantia intellectualis corrumpatur, remanebit post suam corruptionem; quod est omnino impossibile. Omnis igitur substantia intellectualis est incorruptibilis.

4° Item, in omni quod corrumpitur, oportet quod sit potentia ad non esse; si quid igitur est in quo non est potentia ad non esse, hoc non potest esse corruptibile. In substantia autem intellectuali non est

que la substance complète est le propre sujet de l'être lui-même. Le propre sujet d'un acte est en puissance relativement à cet acte, de telle manière qu'il est totalement dépourvu de puissance pour son contraire. Prenons pour exemple le feu, qui est pour le calorique ce que la puissance est par rapport à l'acte, et cela de telle sorte qu'il n'a absolument aucune puissance pour recevoir le froid. C'est pourquoi, pour ce qui regarde les substances même corporelles, s'il y a dans la substance complète quelque puissance pour le non-être, ce n'est qu'à raison de la matière. Or les substances intellectuelles sont étrangères à la matière, et elles sont des substances complètes et simples. Donc elles n'ont pas la puissance de n'être pas. Donc elles sont incorruptibles.

5° Partout où il y a composition de la puissance et de l'acte, ce qui tient lieu de la puissance première ou du premier sujet est incorruptible. D'où il résulte que la matière première est incorruptible, même dans les substances qui sont soumises à la corruption. Or ce qui tient lieu de la puissance première et du sujet dans les substances intellectuelles, c'est leur substance complète elle-même. Donc elle est incorruptible. Or rien n'est corruptible que parce que sa substance est soumise à la corruption. Donc toutes les natures intellectuelles sont incorruptibles.

6° Si quelque chose est soumis à la corruption, c'est à raison de son essence ou bien par accident. Or les substances intellectuelles ne peuvent être, à raison de leur essence, dans une condition semblable; car toute corruption a pour cause un principe contraire. En effet, comme l'agent n'agit qu'autant qu'il est en acte, son action en se con-

---

potentia ad non esse; manifestum est enim ex dictis (c. 54) quod substantia completa est proprium susceptivum ipsius esse; proprium autem susceptivum alicujus actus ita comparatur ut potentia ad actum illum, quod nullo modo est in potentia ad oppositum; sicut ignis ita comparatur ad calorem ut potentia ad actum, quod nullo modo est in potentia ad frigus; unde, nec in ipsis substantiis corporalibus, est potentia ad non esse, in ipsa substantia completa, nisi ratione materiæ; in substantiis autem intellectualibus non est materia, sed ipsæ sunt substantiæ completæ simplices. Igitur in eis non est potentia ad non esse; sunt igitur incorruptibiles.

5° Præterea, In quibuscumque est compositio potentiæ et actus, id quod tenet locum primæ potentiæ sive primi subjecti est incorruptibile; unde, etiam in substantiis corruptibilibus, materia prima est incorruptibilis. Sed in substantiis intellectualibus, id quod tenet locum potentiæ primæ et subjecti est ipsa earum substantia completa. Igitur substantia ipsa est incorruptibilis. Nihil autem est corruptibile nisi per hoc quod sua substantia corrumpitur. Igitur omnes intellectuales naturæ sunt incorruptibiles.

6° Amplius, Omne quod corrumpitur, vel corrumpitur per se vel per accidens. Substantiæ autem intellectuales non possunt per se corrumpi; omnis enim corruptio est a contrario; agens enim, quum agat

tinuant aboutit toujours à un *être* actuel. C'est pourquoi, si cet *être* actuel a pour résultat la corruption d'une chose qui cesse d'exister actuellement, ce ne peut être que parce qu'ils sont contraires l'un à l'autre; car il y a contrariété entre les choses qui s'excluent mutuellement, et par conséquent, tout ce qui est essentiellement corruptible a nécessairement en soi quelque contrariété, ou bien est composé de principes contraires. Or ni l'une ni l'autre de ces deux conséquences n'est applicable aux substances intellectuelles. La preuve que l'on en peut donner, c'est que la contrariété disparaît dans l'intelligence même, lorsqu'elle saisit des choses qui sont contraires à raison de leur nature. Ainsi il n'y a aucune contrariété dans l'intelligence entre le blanc et le noir; car ils ne s'excluent pas, mais s'appellent plutôt l'un l'autre, et c'est par la connaissance de l'un que l'on arrive à connaître l'autre. Donc les substances intellectuelles ne sont pas essentiellement corruptibles. Elles ne le sont pas davantage accidentellement. C'est de cette seconde manière que se trouvent détruits les accidents et les formes non subsistantes. Or il est prouvé que les substances intellectuelles sont subsistantes [ch. 51]. Donc elles sont absolument incorruptibles.

7° La corruption est une sorte de changement, qui est nécessairement le terme d'un mouvement. C'est ce que le Philosophe établit dans sa *Physique* (2). C'est pourquoi rien ne peut se corrompre sans être mis en mouvement. Il est prouvé, dans le même livre, que tout ce qui est en mouvement est un corps (3). Donc tout être qui se cor-

(2) Corruptio mutatio est ad id quod non est, etsi id quod corrumpitur ex ente mutatur..... Ad motum enim erit mutatio..... Ea mutatio quæ ad non subjectum est ex subjecto corruptio est (Arist. *Phys.* v, c. 1).

(3) Omne quod mutatur divisibile esse necesse est.— Dans tout le chap. 4 du livre vi

---

l'*être* du mobile ne dépend pas du moteur, mais seulement son mouvement actuel. Si donc l'âme n'est unie au corps que comme un moteur, l'union de l'âme et du corps ne produira rien, et leur séparation n'amènera aucune destruction. Par conséquent, la mort, qui consiste dans la séparation de l'âme et du corps, ne sera pas une destruction réelle de l'animal; ce qui est d'une fausseté manifeste.

6° Tout être qui se meut lui-même est dans une condition telle, qu'il possède la faculté d'être mû et de ne l'être pas, de mouvoir et de ne mouvoir pas. Or, dans l'opinion de Platon (3), l'âme meut le corps de la même manière que ce qui se meut soi-même. Si donc elle n'est unie au corps que comme le moteur à son mobile, elle aura le libre pouvoir de se séparer du corps et de se réunir à lui de nouveau, suivant sa volonté; ce qui est évidemment inadmissible.

Nous prouvons ainsi que l'âme est unie au corps comme sa forme propre :

1° Une chose au moyen de laquelle une autre chose passe de l'état

(3) Rei illius cui nomen est *animus* ecquænam est definitio, aliamne habemus quampiam quam illam quam modo diximus, *id quod possit seipsum movere ?*... Est demonstratum idem esse et animam et primam originem motus eorum quæ sunt, fuerunt et erunt, omniumque rursus his contrariorum, quandoquidem et mutationis et universi motus omnibus causam esse consistit... Omnia igitur quæ universæ naturæ, cœli videlicet, terræ, maris ambitu continentur, suis motibus animus ducit atque impellit; quorum motuum hæc sunt nomina : velle, considerare, curare, deliberare, recte et falso opinari, lætari, dolere, audere, metuere, odisse, diligere, etc. (Plato, *De legibus*, lib. x).

Responde ergo, ecquidnam illud est quod, si in corpore est, corpus vivum est? — Anima, inquit. — Nonne id semper ita habet? — Quidni, inquit. — Anima ergo quicquid illud sit quod ipsa complectatur, semper ei ipsa vitam affert (*Phædo*, p. 105).

Socrates. An is qui utitur et id quo ille utitur, diversum quidpiam tibi esse videatur? — Alcibiades. Videtur. — S. Nonne et toto corpore utitur homo? — A. Utitur. — S. Aliud nimirum est is qui utitur, et id quo quis utitur? — A. Est. — S. Aliud ergo quidpiam homo est a suo corpore? — A. Videtur. — S. Ecquid tandem igitur homo est? — A. Non possum dicere. — S. Potesne vero id dicere, quod corpore utitur? — A. Possum. — S. Aliudne quidpiam est quod utatur corpore, quam animus? — A. Nullum aliud. — S. Nonne ita ut summum ipse obtineat imperium? — A. Ita prorsus. — S. Atqui neminem arbitror hoc unquam aliter opinatum esse.—

dependeat mobile a motore secundum esse, sed secundum moveri tantum. Si igitur anima uniatur corpori solum ut motor, sequetur quod in unione animæ et corporis non erit aliqua generatio, neque in separatione corruptio, et sic mors, quæ consistit in separatione animæ et corporis, non erit corruptio animalis; quod est manifeste falsum.

6° Præterea, Omne movens seipsum ita se habet quod in ipso est moveri et non moveri, movere et non movere. Sed anima, secundum Platonis opinionem, movet corpus sicut movens seipsum. Est ergo in potestate animæ movere corpus et non movere. Si ergo non unitur ei nisi sicut motor mobili, erit in potestate animæ separari a corpore quum voluerit, et iterum uniri ei quum voluerit; quod patet esse falsum.

Quod autem ut propria forma anima corpori uniatur, sic probatur.

1° Illud quo aliquid fit de potentia ente actu ens, est et forma et actus ipsius. Corpus autem per animam actu fit ens de potentia exsistente; vivere enim est esse viventis; semen autem ante animationem est

d'être potentiel à l'état d'être actuel est la forme et l'acte de cette dernière. Or, c'est par le moyen de l'âme que le corps cesse d'exister en puissance pour devenir un être actuel; car vivre, c'est l'*être* de ce qui vit, et le sperme, avant l'animation, vit seulement en puissance, et l'âme le fait vivre actuellement. Donc l'âme est la forme du corps animé.

2° Comme l'*être* et l'opération n'appartiennent exclusivement ni à la forme, ni à la matière, mais à ce qui résulte de leur union, on attribue l'*être* et l'action à deux principes dont l'un est, par rapport à l'autre, ce qu'est la forme relativement à la matière. Nous disons en effet d'un homme qu'il est sain dans son corps et par sa santé, qu'il est savant par sa science et dans son âme. La science est la forme de l'âme qui sait, et la santé est celle du corps qui est sain. Or, vivre et sentir sont deux choses que l'on attribue à l'âme et au corps; car nous vivons et nous sentons par l'âme et par le corps, mais de telle sorte que l'âme est le principe de la vie et du sentiment. Donc l'âme est la forme du corps.

3° Ce que l'âme sensitive tout entière est pour le corps tout entier, une partie de l'âme l'est pour une partie du corps. Or, une partie de l'âme est, relativement à une partie du corps, sa forme et son acte; car la vue est la forme et l'acte de l'œil. Donc l'âme est la forme et l'acte du corps.

A. Ecquodnam? — S. Quin ex his tribus homo unum quiddam sit. — A. Quibus? — S. Aut animus, aut corpus, aut hoc unum totum ex utrisque compositum. — A. Quid ita? — S. Atqui nonne inter nos convenit, illud quod imperat corpori hominem esse? — A. Convenit. — S. Quid est igitur homo? Num sibiipsi corpus imperat? — A. Minime. — S. Alterius nimirum cujusdam imperio ipsum subjici dicimus? — A. Certe. — S. Non tamen illud erit quod quærimus. — A. Non videtur. — S. An utrumque simul arcto illo vinculo copulatum corpori imperat, et illud fuerit homo? — A. Fortasse nimirum. — S. Omnium minime; nam quum horum alterum minime imperet, nulla ratione effici potest ut utrumque imperet simul. — A. Recte. — S. Quandoquidem igitur neque corpus, neque utrumque simul homo est, relinquitur horum alterum, opinor, vel nihil ipsum esse, vel si aliquid est, nihil aliud esse hominem quam animum. — A. Prorsus sane. — S. Adhucne dilucidius tibi erit demonstrandum animum esse hominem? — A. Non per Jovem, sed hæc satis esse mihi quidem videntur (*Alcibiades*, I, p. 130. — Henric. Steph., 1578).

---

vivens solum in potentia, per animam autem fit vivens actu. Est igitur anima forma corporis animati.

2° Amplius, Quia tam esse quam operari non est solum formæ neque solum materiæ, sed conjuncti, *esse* et *agere* duobus attribuitur, quorum unum se habet ad alterum sicut forma ad materiam; dicimus enim quod homo est sanus corpore et sanitate, et quod est sciens scientia et anima; quorum scientia est forma animæ scientis, et sanitas corporis sani. Vivere autem et sentire attribuitur animæ et corpori; dicimur enim vivere et sentire anima et corpore, sed anima tamen sicut principio vitæ et sensus. Est igitur anima forma corporis.

3° Adhuc, Similiter se habet tota anima

CHAPITRE LVIII.

Le principe nutritif, sensitif et intellectuel, ne constitue pas trois âmes dans l'homme.

En prenant dans la doctrine de Platon ce qui se rapporte à la question présente, on y trouvera peut-être une réponse aux raisons que nous avons apportées. Ce philosophe enseigne, en effet, que ce n'est pas la même âme qui est en nous le principe de l'intelligence, de la nutrition et de la sensibilité (1). Il s'ensuit que, bien que l'âme sensitive soit la forme du corps, on n'est cependant pas contraint pour cela d'admettre qu'une substance intellectuelle peut être aussi la forme du corps. Pour prouver qu'il y a là une impossibilité, il faut raisonner ainsi :

1° Deux choses que l'on attribue au même être à raison de formes

(1) At illud quidem difficile, utrum uno quodam eodemque singula hæc agamus, an potius tria quædam habeamur in nobis, quædam singulis singula efficiamus : uno quidem discamus, irascamur alio, tertio concupiscamus voluptates eas quæ ad nutritionem, generationemque pertinent, cæteraque hujusmodi ; an toto animo unumquodque præstemus, quum aliquid aggredimur animi impetu concitari. Hæc vero pro rei dignitate non satis explicari possunt (Plato, *De Republ.*, lib. IV, p. 436).

Uti nimirum sicut civitas in tres species divisa est, ita et uniuscujusque animus trifariam dividitur. Quum tres sint animi partes, tres quoque voluptates esse videtur, quidem hactenus ut uniuscujusque sit propria, et cupiditates quoque, et imperiorum modi eodem pacto... Partem unam animi statuimus qua homo discit ; alteram, qua irascitur ; tertiam vero, propter multiplicem variamque rationem, uno quodam sibi proprio et peculiari nomine non potuimus appellare ; sed ex ea facultate quæ in ipsa est et illustrissima et potentissima, ei nomen indidimus. Concupiscibile enim vocavimus, propter vehementiam impetumque earum cupiditatum quæ in cibo, potu, venere, rebusque hujus generis versantur (Id. *De Republ.*, lib. IX, p. 580. — Henric. Steph., 1578).

---

sensitiva ad totum corpus sicut pars ad partem. Pars autem ita se habet ad partem quod est forma et actus ejus ; visus enim est forma et actus oculi. Ergo anima est forma et actus corporis.

CAPUT LVIII.

Quod nutritiva, sensitiva et intellectiva non sunt in homine tres animæ.

Potest autem prædictis rationibus, secundum opinionem Platonis, obviari, quantum ad præsentem intentionem pertinet. Ponit enim Plato non esse eamdem animam in nobis intellectivam, nutritivam et sensitivam. Unde, etsi anima sensitiva sit forma corporis, non oportebit propter hoc dicere quod aliqua intellectualis substantia forma corporis esse possit. Quod autem hoc sit impossibile, sic ostendendum est.

1o Quæ attribuuntur alicui eidem secundum diversas formas, prædicantur de se invicem per accidens ; album enim dicitur esse musicum per accidens, quia Socrati accidit albedo et musica. Si igitur anima intellectiva, et sensitiva, et nutritiva sunt

diverses s'affirment l'une de l'autre par accident, et c'est ainsi que l'on dit que ce qui est blanc aime accidentellement l'harmonie, parce qu'on trouve dans Socrate la blancheur et le goût de la musique. Si donc on envisage l'âme intelligente, sensitive et nutritive, comme des vertus ou formes diverses en nous, les attributs qui nous conviennent à raison de ces formes s'affirmeront les uns des autres par accident. Or, nous sommes hommes par l'âme intelligente, animaux par l'âme sensitive, et être vivants par l'âme nutritive. Donc cette proposition : L'homme est un animal, ou celle-ci : L'animal est un être vivant, ne sera vraie qu'accidentellement. Or, une telle proposition est essentiellement vraie; car l'homme, parce qu'il est homme, est un animal, et l'animal, en sa qualité d'animal, est un être vivant. Donc il existe quelque chose qui est tout à la fois, en vertu du même principe, animal, homme et être vivant.

Si l'on prétend que, même en admettant que ces âmes sont distinctes l'une de l'autre, il ne s'ensuit pas que les propositions ci-dessus énoncées ne sont vraies que par accident, parce que ces âmes sont coordonnées ensemble, nous rejetterons cette réponse, et voici pourquoi.

L'ordre qui rattache l'âme sensitive à l'âme intelligente et l'âme nutritive à l'âme sensitive est le même qui existe entre la puissance et l'acte, parce que, conformément à la génération, l'intellectuel est postérieur au sensitif, et le sensitif au nutritif; car dans la génération l'animal précède l'homme. Si donc il résulte de cet ordre que les propositions qui précèdent sont essentiellement vraies, ce ne sera pas à raison de la forme, mais à raison de la matière et du sujet, ainsi qu'il arrive lorsqu'on affirme qu'une surface est colorée. Or, cela ne peut

---

diversæ virtutes aut formæ in nobis, ea quæ secundum has formas nobis conveniunt, de invicem prædicabuntur per accidens. Sed secundum animam intellectivam dicimur homines, secundum sensitivam animalia, secundum nutritivam viventia. Erit igitur hæc prædicatio per accidens : Homo est animal, vel Animal est vivum. Est autem per se talis prædicatio; nam homo, secundum quod est homo, est animal; et animal, secundum quod est animal, est vivum. Est igitur aliquid ab eodem principio animal, homo et vivum.

Si autem dicatur quod, etiam prædictis animabus diversis exsistentibus, non sequitur prædictas prædicationes fore per accidens, eo quod animæ illæ ad invicem ordinem habent, hoc iterum removetur.

Nam ordo sensitivi ad intellectivum et nutritivi ad sensitivum est sicut ordo potentiæ ad actum; nam intellectivum sensitivo et sensitivum nutritivo posterius secundum generationem est; prius enim generatione fit animal quam homo. Si igitur iste ordo facit prædicationes prædictas esse per se, hoc non erit secundum illum modum dicendi per se qui accipitur secundum formam, sed secundum illum qui accipitur secundum materiam et subjectum, sicut dicitur superficies colorata. Hoc autem est impossibile, quia, isto modo dicendi per se, id quod est formale prædicatur per se de

être; car si l'on considère l'attribut comme essentiel en ce sens, ce qui est formel s'affirme du sujet comme lui appartenant essentiellement. C'est ce qui a lieu pour les propositions suivantes : Cette surface est blanche; tel nombre est pair. De plus, en considérant l'attribut comme essentiel dans le même sens, le sujet entre dans la définition de l'attribut : le nombre, par exemple, entre dans la définition du *pair*. C'est le contraire qui arrive dans l'autre cas; car l'homme n'est pas l'attribut de l'animal, mais il faut changer les termes; également, le sujet n'entre pas dans la définition de l'attribut, mais c'est l'opposé qui est vrai. Donc la vérité essentielle des propositions ci-dessus formulées ne découle pas de l'ordre sur lequel on s'appuie.

2° L'*être* d'une chose et son unité procèdent du même principe; car elle est une parce qu'elle est un être. Donc, puisque la forme est pour tous le principe de l'existence, elle sera également celui de l'unité. En admettant donc qu'il y ait dans l'homme plusieurs âmes, qui sont ses formes diverses, l'homme ne sera pas un être unique, mais multiple. L'ordre respectif de ces formes ne suffira pas pour l'établir dans l'unité, parce que être un en raison d'un certain ordre n'équivaut pas à être un absolument, puisque l'unité qui résulte de l'ordre est de toutes la plus imparfaite.

3° L'inconvénient que nous venons de signaler se reproduira toujours, de telle sorte que l'âme intelligente et le corps ne formeront pas un être qui sera *un* absolument, mais seulement par accident. En effet, tout attribut qui se trouve ajouté à une chose après qu'elle a reçu son *être* complet n'est pour elle qu'un accident, puisqu'il est en dehors de son essence; et toute forme substantielle constitue un être complet dans le genre de la substance; car elle produit un être actuel et déter-

---

subjecto, ut quum dicimus : Superficies est alba; vel : Numerus est par; et iterum, hoc modo dicendi per se, subjectum ponitur in diffinitione prædicati, sicut numerus in diffinitione paris. Ibi autem e contrario accidit; non enim homo per se prædicatur de animali, sed e converso; et iterum non ponitur subjectum in diffinitione prædicati, sed e converso. Non igitur prædictæ prædicationes dicuntur per se, ratione dicti ordinis.

2° Præterea, Ab eodem aliquid habet esse et unitatem; unum enim consequitur ad ens. Quum igitur a forma unaquæque res habeat esse, a forma etiam habebit unitatem. Si igitur in homine ponantur plures animæ sicut diversæ formæ, homo non erit unum ens, sed plura; nec ad unitatem hominis ordo formarum sufficiet, quia esse unum secundum ordinem non est esse unum simpliciter, quum unitas ordinis sit minima unitatum.

3° Item, Ad hæc redibit prædictum inconveniens, ut scilicet ex anima intellectiva et corpore non fiat unum simpliciter, sed secundum accidens tantum. Omne enim quod alicui advenit post esse completum, advenit ei accidentaliter, quum sit extra essentiam ejus; quælibet etiam forma substantialis facit ens completum in genere substantiæ; facit enim ens actu, et hoc aliquid; quidquid igitur post primam for-

mine sa qualité. Donc tout ce qui survient dans une chose, après qu'elle a sa forme substantielle, lui est accidentel. Donc, puisque l'âme nutritive est une forme substantielle, car on affirme également de l'homme et de l'animal qu'ils sont vivants, il en faudra conclure que l'âme sensitive et, pour la même raison, l'âme intelligente, sont de simples accidents. Par conséquent, le terme d'*animal*, pas plus que celui d'homme, ne signifiera une même chose, ni un certain genre, ni une certaine espèce, compris dans l'étendue de la substance.

4° Si dans le système de Platon l'homme n'est pas un être composé d'une âme et d'un corps, mais une âme qui fait d'un corps son instrument, cela doit s'entendre de l'âme intelligente seule, ou des trois âmes, si elles sont au nombre de trois, ou bien de deux d'entre elles. Si on l'entend des trois ensemble ou de deux, l'homme n'est pas un, mais deux ou trois; car il est trois âmes ou au moins deux. Si, au contraire, on ne veut parler que de l'âme intelligente, en ce sens que l'âme sensitive soit la forme du corps, et que l'âme intelligente, ayant à son service un corps animé et pourvu de ses sens, soit l'homme, on tombera de nouveau dans un double inconvénient, savoir que l'homme n'est pas un animal, mais qu'il se sert d'un animal; car c'est l'âme sensitive qui fait d'un être un animal; et de plus, que l'homme ne sent pas, mais qu'il fait usage d'une chose douée de sentiment. Comme ces conséquences répugnent, il est impossible que trois âmes d'une substance différente soient en nous ce qui connaît, sent et entretient la vie.

5° Deux ou plusieurs choses ne peuvent devenir une même chose sans un lien qui les unisse, à moins que l'une ne soit, par rapport à

---

mam substantialem advenit rei, accidentaliter adveniet. Quum igitur anima nutritiva sit forma substantialis, vivum enim substantialiter de homine prædicatur et de animali, sequetur quod anima sensitiva adveniat accidentaliter, et similiter intellectiva; et sic neque animal neque homo simpliciter significabit unum neque aliquod genus neque species in prædicamento substantiæ.

4o Amplius, Si homo, secundum Platonis sententiam, non est aliquid ex anima et corpore compositum, sed est anima utens corpore, aut hoc intelligitur solum de anima intellectiva, aut de animabus tribus, si tres sunt, sive de duabus earum. Si de tribus vel duabus, sequitur quod homo non sit unum, sed sit duo vel tria; est enim tres animæ, vel saltem duæ. Si autem hoc intelligitur de anima intellectiva tantum, ita scilicet quod anima sensitiva intelligatur esse forma corporis, et anima intellectiva utens corpore animato et sensificato sit homo, sequentur adhuc inconvenientia, scilicet quod homo non sit animal, sed utatur animali, nam per animam sensitivam aliquid est animal; et quod homo non sentiat, sed utatur re sentiente. Quæ quum sint inconvenientia, impossibile est tres animas substantia differentes esse in nobis, intellectivum, sensitivum et nutritivum.

5o Adhuc, Ex duobus aut pluribus non potest fieri unum, si non sit aliquid unienst nisi unum eorum se habeat ad alterum ut

l'autre, ce qu'est l'acte pour la puissance; car c'est de cette dernière manière que la matière et la forme se réunissent dans l'unité sans aucun lien extérieur. Or, en supposant qu'il y ait dans l'homme plusieurs âmes qui ne sont pas l'une pour l'autre dans le même rapport que la matière et la forme, mais que chacune d'elles soit un *acte* et que toutes soient des principes d'actions, si elles s'unissent pour former un seul être, un homme, par exemple, ou un animal, elles devront nécessairement être unies par un autre. Or, cet autre ne sera évidemment pas le corps; car c'est plutôt lui qui est uni par l'âme, puisqu'il tombe en dissolution lorsqu'elle l'abandonne. Donc il faut que quelque chose de plus formel fasse de toutes ces âmes une seule âme; et ce quelque chose sera plutôt une âme que ces divers éléments qu'il unit. Si donc ce lien est de son côté divisé en plusieurs parties et n'est pas un par lui-même, il lui faudra aussi à lui un lien; et comme on ne peut pas remonter ainsi jusqu'à l'infini, on arrivera forcément à quelque chose qui sera un en soi, et rien ne possède cette qualite d'une manière plus parfaite que l'âme. Donc il ne peut y avoir dans un seul homme ou animal qu'une seule âme.

6° Si ce qui concerne l'âme est dans l'homme un assemblage de plusieurs choses, il y aura entre chacun de ces éléments et chacune des parties du corps le même rapport qu'entre cette aggrégation tout entière et le corps tout entier. C'est ce qui paraît assez conforme à l'opinion de Platon, qui plaçait l'âme raisonnable dans le cerveau, l'âme nutritive dans le foie, et l'âme concupiscible dans le cœur. Or, une telle conséquence est fausse pour deux raisons : premièrement, parce qu'il est une partie de l'âme que l'on ne peut pas attacher à une partie déterminée du corps : il s'agit ici de l'intelligence, qui, comme

---

actus ad potentiam; sic enim ex materia et forma fit unum, nullo vinculo extraneo eas colligante. Si autem in homine sint plures animæ quæ non se habent ad invicem sicut materia et forma, sed omnes ponuntur ut actus quidam et principia actionum, oportet igitur, si uniantur ad faciendum aliquid unum, puta hominem vel animal, quod sit aliquid uniens. Hoc autem non potest esse corpus, quum magis corpus uniatur per animam; cujus signum est quod, decedente anima, corpus dissolvitur. Relinquitur igitur quod oportet aliquid formalius esse, quod facit ex illis pluribus unum; et hoc magis erit anima quam illa plura quæ per ipsum uniuntur. Si igitur hoc iterum est habens partes diversas et non est unum secundum se, oportet adhuc esse aliquod uniens. Quum igitur non sit abire in infinitum, oportet devenire ad aliquid quod sit secundum se unum; et hoc maxime est anima. Oportet igitur, in uno homine vel animali, unam tantum animam esse.

6° Item, Si id quod est ex parte animæ in homine, est ex pluribus congregatum, oportet quod, sicut totum congregatum se habet ad totum corpus, ita singula ad singulas partes corporis; quod etiam a positione Platonis non discordat; ponebat enim animam rationalem in cerebro, nutritivam in hepate, concupiscibilem in corde. Hoc

nous l'avons démontré [ch. 56], n'est pas l'acte d'une certaine partie du corps; secondement, parce qu'on distingue très clairement dans une même partie du corps les opérations des diverses parties de l'âme. Il est facile de s'en convaincre en examinant les animaux qui vivent après avoir été coupés en morceaux. Il y a dans la même partie le mouvement, la sensation et un appétit par lequel elle se meut. Également, la même partie séparée d'une plante se nourrit, croît et germe; ce qui prouve que les diverses parties de l'âme se trouvent dans une seule et même partie du corps. Donc nous n'avons pas en nous plusieurs âmes distinctes attachées aux différentes parties de notre corps.

7° Des forces diverses qui ne dérivent pas du même principe agissent sans se gêner l'une l'autre, à moins que leurs actions ne soient contraires; ce qui ne peut avoir lieu dans le cas présent. Or, c'est une vérité d'expérience que les opérations diverses de l'âme se font obstacle entre elles; car si l'une est très prononcée, l'autre s'affaiblit. Donc il faut rapporter ces opérations et les forces qui en sont les principes prochains à un principe unique. Or, ce principe ne peut être le corps: d'abord, parce que le corps ne participe en aucune façon à l'action de connaître; ensuite, parce que si le principe de ces forces et de ces actions était le corps, en sa qualité de corps, on les rencontrerait dans tous les corps; ce qui est manifestement faux. Il nous reste donc à dire qu'elles ont pour principe une forme unique, en vertu de laquelle ce corps est tel corps; et cette forme n'est autre que l'âme. Donc toutes celles de nos actions qui appartiennent à l'âme procèdent d'elle seule. Donc nous n'avons pas plusieurs âmes.

---

autem apparet esse falsum dupliciter: Primo quidem, quia aliqua pars est animæ, quæ non potest attribui alicui parti corporis, scilicet intellectus, de quo supra (c. 56) ostensum est quod non est actus alicujus partis corporis; secundo, quia manifestum est quod, in eadem parte corporis, apparent diversarum partium animæ operationes, sicut patet in animalibus quæ decisa vivunt, quia eadem pars habet motum et sensum et appetitum quo movetur; et similiter eadem pars plantæ decisa nutritur, augetur et germinat; ex quo apparet quod diversæ partes animæ in una et eadem parte corporis sint. Non igitur sunt diversæ animæ in nobis, diversis partibus corporis attributæ.

7° Amplius, Diversæ vires quæ non radicantur in uno principio, non impediunt se invicem in agendo, nisi forte earum actiones essent contrariæ; quod in proposito non contingit. Videmus autem quod diversæ operationes animæ impediunt se; quum enim una est intensa, altera remittitur. Oportet igitur quod istæ actiones, et vires quæ sunt eorum proxima principia, reducantur in unum principium. Hoc autem principium non potest esse corpus: tum quia aliqua actio est in qua non communicat corpus, scilicet intelligere; tum quia, si principium harum virium et actionum esset corpus, in quantum hujusmodi, invenirentur in omnibus corporibus; quod patet esse falsum. Et sic relinquitur quod sit principium earum forma aliqua una per quam hoc corpus est tale corpus, quæ est anima. Relinquitur igitur quod omnes actiones animæ quæ sunt in nobis ab ipsa

Cette doctrine est conforme à celle que nous trouvons dans le livre *Des Dogmes ecclésiastiques :* « Nous n'enseignons pas ce qu'ont écrit « dans leurs livres Jacques (2) et d'autres Syriens amateurs de subti- « lités, qu'il y a dans l'homme deux âmes : l'une animale, qui anime « le corps et se trouve mêlée au sang ; l'autre spirituelle, qui est la « source de la raison. Mais nous croyons que l'homme a une seule et « même âme qui, associée au corps, lui donne la vie et se gouverne « elle-même par sa raison » (3).

CHAPITRE LIX.

L'intellect possible de l'homme n'est pas une substance séparée (1).

Certains auteurs ont imaginé un autre moyen pour prouver qu'une

(2) L'empereur Justin, qui succéda à Anastase, en 518, mit tout en œuvre pour éteindre la secte des *Monophysites* (Eutychiens) ; mais le parti, quoique considérablement affaibli, reprit assez de force, quelques années après, pour mettre sur le siége d'Edesse un moine entreprenant, nommé Jacob ou Jacques Zanzale, qui parcourut l'Orient, ranima le courage des Eutychiens, et rétablit partout l'hérésie, en Syrie, en Mésopotamie, en Arménie, en Egypte, en Nubie et en Ethiopie. Depuis cette époque, les Monophysites ont pris le nom de *Jacobites*, du nom de ce moine, regardé par eux comme le second fondateur de la secte. La protection des Perses et des Mahométans leur rendit les églises qu'ils possèdent encore aujourd'hui

(3) Neque duas animas esse dicimus in uno homine, sicut Jacobus et alii disputatores Syrorum scribunt : unam animalem, qua animetur corpus, et quæ immixta sit sanguini ; et alteram spiritualem, quæ rationem ministrat. Sed dicimus unam esse eamdemque animam in homine, quæ et corpus sua societate vivificet et semetipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrii, ut in suæ substantiæ eligat cogitatione quod vult (Gennad. Massil. *De ecclesiasticis dogmatibus*, c. 15, in tomo VIII opp. S. Aug.).

(1) Saint Thomas distingue, avec Aristote, deux facultés secondaires dans l'intelli-

---

una procedunt ; et sic non sunt in nobis plures animæ.

Huic autem consonat quod dicitur in Libro de Ecclesiasticis dogmatibus : « Neque « duas animas esse dicimus in uno homine, « sicut Jacobus et alii disputatores Syro- « rum scribunt : unam animalem, qua « animetur corpus, et quæ immixta sit « sanguini ; et alteram spiritualem, quæ « rationem ministrat. Sed dicimus unam « esse eamdemque animam in homine, quæ « et corpus sua societate vivificet et semet- « ipsam sua ratione disponat. »

CAPUT LIX.

Quod intellectus possibilis hominis non est substantia separata.

Fuerunt autem et alia adinventione utentes in sustinendo quod substantia in-

substance intellectuelle ne peut être unie à un corps comme sa forme. Ils prétendent que l'intellect, même celui qu'Aristote qualifie de *possible* (2), est une substance séparée qui ne nous est pas unie comme notre forme. Ils s'appuient sur les raisons suivantes :

1° Ils invoquent Aristote, qui dit au même endroit que cet intellect est séparé et non mélangé à un corps, qu'il est simple et impassible; ce qui ne saurait lui convenir s'il était la forme d'un corps.

2° Ils s'autorisent de la démonstration par laquelle le même philosophe établit que l'intellect possible recevant en lui toutes les espèces [intelligibles] des objets sensibles, parce qu'il est en puissance par rapport à eux, il ne doit nécessairement y avoir en lui aucun de ces objets, de même que l'œil, qui reçoit toutes les espèces de couleurs, est complétement incolore; car s'il avait par lui-même une certaine

gence humaine. L'une est en puissance pour recevoir les formes intelligibles ou les idées qui l'affectent de la manière qui convient à une substance toute spirituelle : c'est l'*intellect possible* ou *passif*. L'autre a la vertu d'abstraire des êtres réels leurs formes, pour les rendre intelligibles, c'est-à-dire pour les mettre dans des conditions telles qu'elles puissent être saisies par l'intelligence, qui ne peut appréhender la substance même des êtres : cette faculté est l'*intellect actif*. Lorsque l'intellect actif a opéré cette abstraction et que l'intellect passif est affecté par les idées ou les formes, l'intelligence est *en acte*; ce qui signifie qu'elle possède actuellement la notion de l'objet. — Aristote s'exprime ainsi à ce sujet : « Intellectus potentia quidem est quodam modo intelligibilia ipsa; actu vero nihil est eorum antea quam intelligat ipsa... Atque quidam est intellectus talis, ut omnia fiat; quidam talis, ut omnia agat atque efficiat, qui quidem ut habitus est quidam et perinde ac lumen; nam et lumen colores, qui sunt potentia, actu colores quodam modo facit » (*De anima*, III, c. 4 et 5). — Voyez sur cette question les chapitres 73-76 qui suivent, et la note 2 du chapitre 76. — Une substance *séparée* est celle qui est parfaitement simple et n'est unie, de manière à former un tout, avec aucune autre substance d'une nature différente. Les anges sont des substances séparées; l'âme humaine, durant la vie naturelle de l'homme, n'en est pas une.

(2) De animæ autem ea parte qua cognoscit atque sapit, sive sit separabilis, sive non separabilis magnitudine, sed ratione, considerandum est quam differentiam habet, quoque pacto tandem sit intelligere. Si igitur intelligere sit ut sentire, aut pati quoddam erit ab intelligibili, aut aliquid aliud tale, vacare igitur ipsam passione, sed formæ susceptivam esse oportet, et potentia talem, sed non illam esse : et similitudinem subire cum sensu, ut quemadmodum sese habet ad sensibilia sensus, sic se habeat ad intelligibilia intellectus. Quare necesse est ipsum, cum universa intelligat, non mixtum esse, sicut Anaxagoras dixit, ut superet atque vincat, id est, ut cognoscat atque perci-

tellectualis non possit uniri corpori ut forma. Dicunt enim quod intellectus, etiam quem Aristoteles possibilem vocat (de Anima, III, c. 4), est quædam substantia separata, non conjuncta nobis ut forma. Et hoc confirmare nituntur :

1° Ex verbis Aristotelis, qui dicit (ibid.), de hoc intellectu loquens, quod est separatus et immixtus corpori et simplex et impassibilis; quæ non possent dici de eo, si esset forma corporis.

2° Item, Per demonstrationem ejusdem, qua probat quod, quia intellectus possibilis recipit omnes species (intelligibiles) rerum sensibilium ut in potentia ad eas exsistens, oportet quod omnibus careat; sicut pupilla, quæ recipit omnes species colorum, caret omni colore; si enim haberet de se aliquem colorem, ille color prohiberet videri alios colores, quin imo nihil videretur nisi sub illo colore; et simile contingeret de intellectu possibili, si haberet de se aliquam

couleur, celle-là l'empêcherait de voir les autres, et même tous les objets qu'il saisirait en paraîtraient revêtus. Il se passerait quelque chose de semblable dans l'intellect possible, si par lui-même il avait une forme ou nature déterminée prise entre celles des êtres sensibles. Or, il en serait ainsi s'il se trouvait mélangé à un corps, ou bien s'il était la forme d'un certain corps; car puisque la matière et la forme réunies composent un même être, la forme doit participer en quelque chose à la nature du sujet auquel elle s'applique. L'intellect possible ne souffre donc aucun mélange avec un corps, et il ne peut être l'acte ou la forme d'un certain corps.

3° Si cet intellect est la forme d'un corps matériel, il ne recevra en lui quelque chose que comme la matière première elle-même reçoit ce dont elle est susceptible; car ce qui est la forme d'un corps ne reçoit rien sans sa matière propre. Or, la matière première reçoit les formes individuelles, et même ces formes ne sont individualisées que parce qu'elles sont dans une matière. Donc l'intellect possible recevra ces formes comme individuelles, et par conséquent il n'aura aucune connaissance de l'universel; ce qui est évidemment faux.

4° La matière première n'a pas la connaissance des formes qu'elle reçoit. Si donc l'intellect possible reçoit les choses de la même manière

piat ; alienum namque, cum apparet juxta, prohibet atque sejungit. Quo fit ut neque ulla sit ipsius natura, nisi ea solum qua possibilis est. Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur, dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima et existimat, nihil est actu prorsus eorum quæ sunt, antea quam intelligat ipse. Quocirca, neque cum corpore mixtum ipsum esse, consentaneum est rationi... Atque bene recteque consent qui formarum locum animam inquiunt esse. Attamen neque tota est locus, sed intellectiva; neque est actu, sed potentia formæ... Sensitivum non est sine corpore, at intellectus ab eodem est separabilis.

Quidam est intellectus talis ut omnis fiat : quidam talis ut omnia agat atque efficiat : quiquidem ut habitus est quidam, et perinde ac lumen : nam et lumen, colores qui sunt potentia, actu colores quodam modo facit. Et is intellectus separabilis est et non mixtus, passioneque vacat, cum sit substantia actus... (Arist. *De anima*, III, c. 4, 5). — Voir aussi le ch. 8.

---

formam seu naturam de rebus sensibilibus. Hoc autem oporteret esse, si esset mixtus alicui corpori, et similiter si esset forma alicujus corporis; quia, quum ex materia et forma fiat unum, oportet quod forma participet aliquid de natura ejus cujus est forma. Impossibile est igitur intellectum possibilem esse mixtum corpori aut esse actum seu formam alicujus corporis.

3o Adhuc, Si esset forma alicujus corporis materialis, esset ejusdem generis receptio hujus intellectus et receptio materiæ primæ; id enim quod est alicujus corporis forma non recipit aliquid absque sua materia. Materia autem prima recipit formas individuales, imo per hoc individuantur quod sunt in materia. Intellectus igitur possibilis reciperet formas ut sunt individuales; et sic non cognosceret universalia; quod patet esse falsum.

4° Præterea, Materia prima non est cognoscitiva formarum quas recipit. Si ergo eadem esset receptio intellectus possibilis et materiæ primæ, nec intellectus possibilis

que la matière première, il ne connaîtra pas non plus les formes qu'il aura reçues, contrairement à ce qui a lieu.

5° Nul corps n'est susceptible d'une vertu infinie, ainsi qu'Aristote le prouve (3). Or, la vertu de l'intellect possible est en quelque sorte infinie; car par lui nous portons un jugement sur des choses dont le nombre est infini, puisqu'il nous fait connaître l'universel, dans lequel sont compris tous les êtres particuliers [ou individuels], qui sont infinis en puissance. Donc l'intellect possible n'est pas une vertu résidant dans un corps.

Averrhoès et plusieurs philosophes anciens, ainsi qu'il l'affirme lui-même, ont été amenés par ces raisons à enseigner que l'intellect possible, au moyen duquel l'âme connaît, a un *être* distinct de celui du corps et n'est pas la forme du corps. Mais comme cet intellect n'a rien de commun avec nous, et que nous ne connaîtrions rien par lui s'il ne nous était uni de quelque manière, il nous indique comment il continue d'être avec nous: c'est, dit-il, parce que l'espèce actuellement connue est la forme de l'intellect possible, de même que ce qui est actuellement visible est la puissance de la forme qui est le principe de la vision; d'où il suit que l'intellect possible et la forme actuellement connue se réunissent pour faire une même chose. Donc, toutes les fois que cette forme connue s'unit à un être, il se trouve aussi uni avec

(3) Aristote, dans les chapitres 6 et 10 du livre VIII de sa *Physique*, prouve qu'il doit y avoir un moteur éternel, immobile ou immuable, et de plus distinct de la matière. Il conclut ainsi : « His hoc pacto determinatis, patet impossibile esse, primum movens atque immobile, magnitudinem ullam habere. Nam si habet, aut finitam aut infinitam ipsam esse necesse est. At demonstratum est prius in naturalibus, fieri non posse ut magnitudo sit infinita. Et nunc demonstravimus finitam magnitudinem infinitas vires habere non posse, et impossibile insuper esse infinito in tempore quicquam a magnitudine finita moveri. Primum autem movens æterno motu infinitoque tempore movet. Patet igitur ipsum indivisibile esse, vacareque partibus ac magnitudinem nullam prorsus habere » (*Phys.* VIII, c. 10 in fine).

---

cognosceret formas receptas; quod est falsum.

5o Amplius, Impossibile est esse in corpore virtutem infinitam, ut probatur ab Aristotele (Physic. VIII, c. 10). Intellectus autem possibilis est quodammodo virtutis infinitæ; judicamus enim per ipsum res infinitas secundum numerum, in quantum per ipsum cognoscimus universalia, sub quibus comprehenduntur particularia infinita in potentia. Non est igitur intellectus possibilis virtus in corpore.

Ex his autem motus est Averrhoes, et quidam antiqui, ut ipse dicit (de Anima, III), ad ponendum intellectum possibilem, quo intelligit anima, esse separatum secundum esse a corpore et non esse formam corporis. Sed, quia hic intellectus nihil ad nos pertineret nec per ipsum intelligeremus, nisi nobiscum aliquo modo conjungeretur, determinat etiam modum quo continuatur nobiscum, dicens quod species intellecta in actu est forma intellectus possibilis, sicut visibile in actu est potentia formæ visivæ; unde, ex intellectu possibili et forma intellecta in actu, fit unum. Cuicumque

l'intellect possible. Or, elle s'unit à nous par le moyen de l'image, qui est en quelque sorte le sujet de la forme connue; et c'est de cette manière que l'intellect possible continue d'être en nous.

On comprend facilement combien ces arguments sont peu solides et quelles impossibilités en résultent. En effet :

1° L'être qui a une intelligence est doué de connaissance. Or, cela seul est connu dont l'espèce intelligible est unie à l'intelligence, et si une espèce intellectuelle se trouve dans l'homme unie à une intelligence d'une manière quelconque, il s'ensuivra, non que l'homme connaîtra, mais seulement qu'il sera connu par une intelligence séparée.

2° Si l'espèce actuellement connue est la forme de l'intellect possible, de même que l'espèce actuellement visible est la forme de la puissance qui est le principe de la vision pour l'œil, l'espèce intellectuelle est, par rapport à l'image, ce qu'est pour l'objet coloré existant en dehors de l'âme l'espèce actuellement visible; c'est cette comparaison qu'emploient Averrhoès et Aristote lui-même (4). L'intellect possible continue d'être, par le moyen de la forme intelligible, avec l'image qui est en nous, de la même manière que la puissance principe de la vision est avec la couleur qui se trouve dans la pierre. Or, le résultat de cette union n'est pas que la pierre voit, mais seulement qu'elle est vue. Donc l'union de l'intellect possible avec nous ne nous donne pas non

(4) Sentire ac intelligere simile est. Cum autem sensus jucundum aut molestum discernit, quasi affirmaverit aut negaverit, tum persequitur aut fugit. Atque delectari aut dolere est operari ipsa medietate sensus ad bonum aut malum, ut talia sunt... Animæ autem quæ principium est ratiocinandi, ipsa phantasmata perinde atque sensibilia sensui ipsi subjiciuntur. Atque cum bonum aut malum esse dicit affirmando aut negando, tum fugit aut persequitur. Quapropter ipsa anima sine phantasmate numquam intelligit... Intellectivum igitur ipsas formas in phantasmatibus ipsis intelligit, etc. (Arist. *De anima*, III, c. 7).

---

igitur conjungitur forma intellecta prædicta, conjungitur intellectus possibilis. Conjungitur autem nobis, mediante phantasmate, quod est subjectum quoddam illius formæ intellectæ. Per hunc etiam modum intellectus possibilis nobiscum continuatur.

Quod autem hæc frivola sint et impossibilia, facile est videre.

1° Habens enim intellectum est intelligens. Intelligitur autem id cujus species intelligibilis intellectui unitur. Per hoc autem quod species intellectualis intellectui unita est in homine per aliquem modum, non habebit homo quod sit intelligens, sed solum quod intelligatur ab intellectu separato.

2° Præterea, Si species intellecta in actu est forma intellectus possibilis, sicut species visibilis in actu est forma potentiæ visivæ ipsius oculi; species autem intellectualis sic se habet ad phantasmata sicut species visibilis in actu ad coloratum quod est extra animam; et hac similitudine ipse utitur, et etiam Aristoteles (de Anima, III, c. 7), similis igitur continuatio est intellectus possibilis per formam intelligibilem ad phantasma quod in nobis est, et potentiæ visivæ ad colorem qui est in lapide.

plus la connaissance, mais fait seulement que nous sommes connus. Or, personne n'ignore qu'on dit de l'homme, dans le sens propre et véritable, qu'il connaît; car nous ne pourrions pas rechercher quelle est la nature de l'intelligence si nous étions dépourvus de la faculté de connaître. Donc ce mode d'union ne suffit pas pour expliquer les faits.

3° L'être qui connaît s'unit à l'objet connu par le moyen de la vertu qui est en lui le principe de la connaissance, sans que pour cela la proposition inverse soit vraie, de même que l'être qui opère s'unit à la chose qui résulte de son opération au moyen de la vertu d'où elle émane. Or, l'homme connaît par son intellect comme par la vertu d'où procède sa connaissance. Donc ce n'est pas la forme intelligible qui l'unit à l'intellect; mais c'est plutôt par l'intellect qu'il se trouve uni à la forme intelligible.

4° Le principe en vertu duquel un être opère est nécessairement sa forme; car rien n'agit qu'autant qu'il existe actuellement, et rien n'a une existence actuelle que par ce qui est sa forme. Aussi Aristote prouve-t-il que l'âme est une forme, parce que l'animal vit et sent par son âme (5). Or, l'homme connaît, et ce n'est que par l'intelligence. C'est pourquoi le Philosophe, recherchant quel est le principe de notre connaissance, nous indique la nature de l'intellect possible. Donc

(5) Dicamus animatum ab inanimato vita sejungi. Atque cum multifariam vivere dicatur, etiamsi unum tantum istorum insit, vivere illud dicimus cui inest, ut intellectus, sensus, motus loco ac status... Animal autem est ob sensum primo : nam et ea quæ non cientur motu, nec mutant locum, sensum autem habent, non solum vivere dicimus, sed etiam animalia nuncupare solemus.

Est autem anima causa principiumque corporis viventis... Nam est ea causa a qua profluit motus, est etiam cujus gratia cætera fiunt, et insuper ut forma corporum animatorum, substantiave... At vivere viventium est esse; cujus sane causa est, ut constat, atque principium anima, etc. (Arist. *De anima*, II, c. 2, 4).

Hæc autem continuatio non facit lapidem videre, sed solum videri. Ergo et prædicta continuatio intellectus possibilis nobiscum non facit nos intelligere, sed intelligi solum. Planum autem est quod proprie et vere dicitur quod homo intelligit; non enim naturam intellectus investigaremus nisi per hoc quod nos intelligimus. Non igitur sufficiens est prædictus continuationis modus.

3° Adhuc, Omne cognoscens per virtutem cognoscitivam conjungitur objecto, et non e converso; sicut et operans omne per virtutem operativam conjungitur operato. Homo autem est intelligens per intellectum sicut per virtutem cognoscitivam. Non igitur per formam intelligibilem intellectui, sed magis per intellectum intelligibili conjungitur.

4° Amplius, Id quo aliquid operatur, oportet esse formam ejus; nihil enim agit nisi secundum quod est actu; actu autem non est aliquid, nisi per id quod est forma ejus; unde et Aristoteles probat (de Anima II, c. 2 et 4) animam esse formam, per hoc quod animal per animam vivit et sentit. Homo autem intelligit, et nonnisi per intellectum; unde et Aristoteles, inquirens de principio quo intelligimus, tradit nobis naturam intellectus possibilis. Oportet igitur intellectum possibilem formaliter uniri

l'intellect possible doit nous être uni non-seulement par son objet, mais d'une manière formelle.

3° L'intelligence en acte et l'intelligible actuel sont une seule chose, de même que le sens en acte et ce qui est actuellement sensible. Il n'en est pas ainsi de l'intelligence et de l'intelligible qui sont seulement en puissance, ni du sens et du sensible qui sont dans la même condition. Donc, de ce que l'espèce d'une chose se trouve dans l'image, elle n'est pas pour cela actuellement intelligible, car alors elle ne fait pas un avec l'intelligence en acte; mais elle le devient, parce qu'elle se trouve abstractivement séparée de l'âme. Par exemple, le sens ne saisit pas actuellement l'espèce de telle couleur, parce qu'elle est attachée à la pierre, mais bien parce qu'elle passe dans l'œil. Or, d'après l'opinion qui vient d'être exposée, l'espèce intelligible ne continue d'être en nous qu'autant qu'elle réside dans l'image. Par conséquent, elle ne continue pas d'être en nous parce qu'elle fait une même chose avec l'intellect possible, comme étant sa forme. Donc il n'y a aucun moyen par lequel l'intellect possible nous reste uni; car [cette espèce intelligible] restant unie à l'intellect possible, elle ne l'est pas avec nous, et la proposition ne peut être prise à l'inverse.

Il est facile de s'apercevoir que l'auteur de ce système est tombé dans l'erreur par suite d'une équivoque. En effet, lorsque la lumière vient frapper les objets, les couleurs qui sont en dehors de l'âme deviennent actuellement visibles, comme pouvant causer un ébranlement dans l'organe de la vue, mais non parce qu'elles sont actuellement saisies par ce sens ; ce qui est nécessaire pour qu'elles deviennent actuellement une seule chose avec la vue. De même, lorsque l'intelligence agit, c'est sa lumière qui rend les images actuellement intelli-

---

nobis, et non solum per suum objectum.

5° Præterea, Intellectus in actu et intelligibile in actu sunt unum, sicut sensus in actu et sensibile in actu; non autem intellectus in potentia, sicut nec sensus in potentia et sensibile in potentia et intelligibile in potentia. Species igitur, rei, secundum quod est in phantasmatibus, non est intelligibilis actu, non enim sic est unum cum intellectu in actu, sed secundum quod est a phantasmatibus abstracta; sicut nec species coloris est sensata in actu secundum quod est in lapide, sed solum secundum quod est in pupilla. Sic autem solum continuatur nobiscum species intelligibilis secundum quod est in phantasmatibus, secundum positionem prædictam. Non igitur continuatur nobiscum secundum quod est unum cum intellectu possibili ut forma ejus. Ergo non potest esse medium quo continuetur intellectus possibilis nobiscum, quia, secundum quod continuatur cum intellectu possibili, non continuatur nobiscum, nec e converso.

Patet autem eum qui hanc positionem induxit, æquivocatione deceptum fuisse. Colores enim extra animam exsistentes, præsente lumine, sunt visibiles actu, ut potentes movere visum, non autem ut actu sensata, secundum quod sunt unum cum visu in actu; et similiter phantasmata per lumen intellectus agentis fiunt actu intel-

gibles, en sorte qu'elles peuvent imprimer à l'intellect possible le mouvement qui lui est propre; mais elles ne sont pas actuellement connues; car, dans ce cas, elles deviennent actuellement une même chose avec l'intellect possible.

6° Là où l'opération de l'être vivant est plus élevée, doit se trouver aussi une vie d'une espèce plus noble, correspondant à cette action. L'unique action des plantes est celle qui a pour but la nutrition. Chez les animaux, l'action est plus relevée, car ils sentent et se meuvent localement; c'est pourquoi la vie de l'animal appartient à une espèce plus noble. Il y a dans l'homme une opération qui se rattache à la vie et qui est plus relevée encore que celle de l'animal : c'est la connaissance. Donc la vie de l'homme est aussi d'une espèce plus noble. Or, le principe de la vie, c'est l'âme. Donc l'âme qui donne la vie à l'homme est plus noble que l'âme sensitive. Or, il n'en est point de plus noble que l'intelligence. Donc l'intelligence est l'âme, et conséquemment, la forme de l'homme.

7° Ce qui résulte de l'opération d'un être est incapable de le spécifier, parce que l'opération est un acte second, et la forme qui détermine l'espèce de chaque chose est l'acte premier. Or, l'union de l'intellect possible avec l'homme est, dans l'opinion qui nous occupe, la conséquence de l'opération de l'homme; car elle se fait par le moyen de l'imagination qui, selon le Philosophe, est le mouvement produit par un sens qui remplit actuellement sa fonction (6). Donc ce n'est pas cette union qui place l'homme dans son espèce. Donc l'homme n'ap-

(6) Nec fieri potest ut a sensibilibus quicquam patiatur eorum quæ sentire possunt, nisi ut quodque est sensitivum... Quid aliud est olfacere quidem, præter id ipsum aliquid, inquam, pati? At enim olfacere quidem sentire est. Aer autem passus, cito sensibilis fit (Arist. *De anima,* II, c. 12).

---

ligibilia, ut possint movere intellectum possibilem, non autem ut sint intellecta actu, secundum quod sunt unum cum intellectu possibili facta in actu.

6° Item, Ubi invenitur altior operatio viventis, ibi invenitur altior species vitæ, correspondens illi actioni; in plantis enim invenitur sola actio ad nutritionem pertinens, in animalibus autem invenitur altior actio, scilicet sentire et moveri secundum locum; unde et animal vivit altiori specie vitæ. Sed adhuc in homine invenitur altior operatio ad vitam pertinens quam in animali, scilicet intelligere. Ergo homo habebit altiorem speciem vitæ. Sed vita est per animam. Habebit igitur homo altiorem animam, qua vivit, quam sit anima sensibilis. Nulla autem est altior quam intellectus. Est igitur intellectus anima hominis, et per consequens forma ipsius.

7° Adhuc, Quod consequitur ad operationem alicujus rei non largitur alicui speciem, quia operatio est actus secundus, forma autem per quam aliquid habet speciem est actus primus. Unio autem intellectus possibilis ad hominem, secundum positionem prædictam, consequitur hominis operationem; fit enim mediante phantasia, quæ, secundum Philosophum (de Anima, II, c. 12), est motus factus a sensu secundum actum. Ex tali

partient à une espèce qui le distingue des animaux sans raison, que parce qu'il est doué d'intelligence.

8° Si telle espèce est propre à l'homme parce qu'il est raisonnable et intelligent, tous les êtres compris dans cette espèce sont doués de raison et d'intelligence. Or, l'enfant fait partie de l'espèce humaine, même dans le sein de sa mère, et cependant ces images ou intelligibles actuels ne se forment pas encore en lui. Donc l'homme n'est pas intelligent, parce que l'intellect continue de lui être uni par le moyen de l'espèce intelligible, dont le sujet est l'image.

CHAPITRE LX.

Ce n'est pas l'intellect passif, mais l'intellect possible qui détermine l'espèce humaine.

Les partisans de la doctrine qui nous occupe en ce moment ont voulu prévenir cette réfutation.

Averrhoès, déjà cité, dit que l'homme diffère des brutes, quant à l'espèce, à raison de cet intellect qu'Aristote appelle passif et qui est la vertu ou faculté de penser propre à l'homme et que remplace, chez les autres animaux, une simple appréciation naturelle (1). Cette faculté a pour attribution de distinguer les inten-

(1) Cette appréciation naturelle des brutes est ce que nous appelons l'*instinct*, qui exclut tout raisonnement.

---

igitur unione non consequitur homo speciem; non igitur differt homo specie a brutis animalibus per hoc quod est intellectum habens.

8° Amplius, Si homo speciem sortitur per hoc quod est rationalis et intellectum habens, quicumque est in specie humana est rationalis et intellectum habens. Sed puer, etiam antequam ex utero egrediatur, est in specie humana; in quo tamen nondum sunt phantasmata, quæ sunt intelligibilia actu. Non est igitur homo intellectum habens per hoc quod intellectus continuatur homini mediante specie intelligibili, cujus subjectum est phantasma.

CAPUT LX.

Quod homo non sortitur speciem per intellectum passivum, sed per intellectum possibilem.

His autem rationibus obviatur, secundum prædictam positionem.

Dicit enim prædictus Averrhoes (de Ani-

tions (2) ou formes individuelles, et de les comparer entre elles, comme l'intelligence, qui est séparée et exempte de tout mélange, compare et distingue les unes des autres les intentions ou formes universelles. Parce que cette faculté, avec le concours de l'imagination et de la mémoire, prépare les images à recevoir l'action de l'intellect qui, en devenant actif, en fait des intelligibles actuels, de la même manière que certains arts mettent la matière en état d'être employée par l'ouvrier principal, elle a reçu le nom d'intelligence et de raison. Les médecins disent qu'elle occupe la cavité du milieu de la tête. Selon qu'elle se trouve disposée, tel homme diffère de tel autre sous le rapport de l'esprit et de tout ce qui tient à l'intelligence. C'est par l'usage qu'il en fait et l'exercice auquel il la soumet, que chacun acquiert la science habituelle. Par conséquent, la science habituelle est dans cet intellect passif comme dans un sujet. L'enfant a, dès le commencement de son existence et avant qu'il soit capable de connaître actuellement, cet intellect passif qui le place dans l'espèce humaine.

(2) Il faut entendre par ces *intentions individuelles* les formes particulières considérées comme revêtues de certaines qualités insaisissables pour les sens, telles que celles qui produisent la sympathie ou l'antipathie et rendent une chose utile ou nuisible. Les brutes discernent ces choses par une estimation naturelle, et l'homme par la faculté qu'il a de penser. Ainsi, la brebis prend la fuite à la vue d'un loup qui lui paraît être un ennemi, tandis qu'elle n'évite pas la rencontre d'une autre brebis, parce qu'elle la regarde comme amie, et, par conséquent, elle fait une distinction et établit une comparaison entre un loup et une brebis. Autre exemple : l'oiseau ramasse les brins de paille qui lui paraissent utiles pour composer son nid, tandis qu'il laisse de côté les sarments qu'il juge inutiles. Ce que les brutes font par suite de cette estimation naturelle, l'homme le fait en usant de la faculté de penser, et d'une manière beaucoup plus parfaite, puisque, à l'aide de cette faculté, il formule des propositions particulières. Les brutes ne s'élèvent pas jusque-là ; mais elles saisissent simplement les qualités dont nous venons de parler (Franç. de Sylv., *Comment.*).

---

ma, III) quod homo differt specie a brutis per intellectum quem Aristoteles vocat passivum, qui est ipsa vis cogitativa quæ est propria homini, loco cujus alia animalia habent quamdam (vim) æstimativam naturalem. Hujus autem cogitativæ virtutis est distinguere intentiones individuales et comparare eas ad invicem, sicut intellectus, qui est separatus et immixtus, comparat et distinguit inter intentiones universales ; et quia per hanc virtutem simul cum imaginativa et memorativa præparantur phantasmata ut recipiant actionem intellectus agentis a quo fiunt intelligibilia actu, sicut sunt aliquæ artes præparantes materiam artifici principali, ideo prædicta virtus vocatur nomine intellectus et rationis, de qua medici dicunt quod habet sedem in media cellula capitis ; et secundum hujus dispositionem virtutis, differt homo unus ab alio in ingenio et in aliis quæ pertinent ad intelligendum ; et per usum hujus et exercitium acquirit homo habitum scientiæ ; unde habitus scientiarum sunt in hoc intellectu passivo sicut in subjecto ; et hic intellectus passivus a principio adest puero, per quem sortitur speciem humanam, antequam actu intelligat.

Quod autem hæc sint falsa et abusive dicta, evidenter apparet.

Cette assertion est d'une fausseté évidente et les choses y sont prises à contre-sens. En effet :

1° Les opérations vitales sont, avec l'âme, dans le même rapport que les actes seconds avec l'acte premier, comme l'enseigne le Philosophe (3). Or, dans un même être, l'acte premier est antérieur à l'acte second; par exemple, il faut savoir avant d'examiner. Donc, partout où l'on découvre une opération vitale quelconque, il faut supposer une certaine partie de l'âme qui sera, pour cette opération, ce qu'est l'acte premier pour le second. Or, l'homme a une opération propre qui l'élève au-dessus des autres animaux : c'est la connaissance et le raisonnement, et cette opération, ainsi que l'observe Aristote, appartient à l'homme en sa qualité d'homme (4). Donc on doit admettre dans l'homme un principe qui détermine proprement son espèce, et qui est, pour l'opération de connaître, comme l'acte premier relativement à l'acte second. Or, ce ne peut être l'intellect passif en question, parce que le principe de cette opération est nécessairement impassible et non mélangé avec un corps. C'est toujours la doctrine du

(3) Vitam dicimus, nutritionem, accretionem atque decretionem : quæ quidem per id ipsum fit quod vivere dicitur. Quare corpus omne naturale particeps vitæ substantia est, et ita substantia ut composita. Atque cum tale etiam sit corpus, id est, habens vitam, corpus profecto non erit anima : corpus namque non subit rationem eorum quæ sunt in subjecto, sed ut subjectum potius est et materies. Necesse est igitur animam substantiam esse, perinde atque formam corporis naturalis potentia vitam habentis ; substantia vero actus est et perfectio ; talis igitur corporis est perfectio atque actus..... Quapropter anima primus est actus perfectioque corporis naturalis potentia vitam habentis : et talis plane, ut partes ipsius sint instrumenta (Arist. *De anima*, II, c. 1).

(4) Vivere quidem cum stirpibus et plantis homini videtur esse commune. At proprium hominis opus quæritur. Itaque vita alendi augendique vi ac facultate prædita removenda est. Quæ autem proxime sequitur, in ea vis quædam sentiendi videtur esse posita. At etiam hæc communis nobis est cum equo et bove et animantibus omnibus. Relinquitur ergo vita quædam quæ ad actionem apta sit, ejus propria quod ratione præditum est. Hujus autem pars una est quæ rationi obtemperat, ipsa rationis expers ; altera quæ ratione prædita est, cogitandique munere fungitur. Sed cum etiam hæc vita, ratione instructa, duobus modis dicatur, eam quæ in functione muneris occupata est, ponere debemus. Hæc enim magis proprie dici videtur. Opus igitur hominis erit functio muneris animi rationi consentanea, aut certe ratione non carens (Arist. *Ethic.* I, c. 6).

1° Operationes enim vitæ comparantur ad animam ut actus secundi ad primum, ut patet per Philosophum (de Anima, II, c. 1). Actus autem primus in eodem præcedit tempore actum secundum, sicut scientia est ante considerare. In quocumque igitur invenitur aliqua operatio vitæ, oportet imponere aliquam partem animæ, quæ comparatur ad illam operationem sicut actus primus ad secundum. Sed homo habet propriam operationem supra alia animalia, scilicet intelligere et ratiocinari, quæ est operatio hominis in quantum homo est, ut Aristoteles dicit (Ethic. I, c. 6). Ergo oportet in homine ponere aliquod principium quod proprie dat speciem homini, quod se habeat ad intelligere sicut actus primus ad secundum. Hoc autem non potest esse intellectus passivus prædictus, quia principium prædictæ operationis oportet esse impassibile et non mixtum corpori, ut Philosophus probat (de Anima, III, c. 4

Philosophe (5), et nous voyons que le contraire a lieu pour l'intellect passif. Il est donc impossible que l'homme ait, en vertu de la faculté de connaître, que l'on appelle l'intellect passif, une espèce propre qui fasse de lui un animal différent des autres.

2° Une affection de la partie sensitive ne peut donner à l'être qui la souffre un genre de vie plus noble que la vie sensitive, de même qu'une affection de l'âme nutritive est incapable de devenir le principe d'un genre de vie plus relevé que ne l'est la vie nutritive. Or, il est certain que l'imagination et les puissances de même nature qui en dépendent, comme la mémoire et les autres facultés semblables, sont des affections de la partie sensitive, comme le démontre Aristote (6). Donc aucune de ces facultés, ni toutes ensemble, ne peuvent communiquer à l'homme une vie d'un genre plus noble que l'âme sensitive elle-même. Or la vie de l'homme est d'un genre plus relevé. Nous en avons une preuve dans ce que dit le Philosophe, qui, distinguant plusieurs genres de vie, ajoute la vie intellectuelle qu'il attribue exclusivement à l'homme, à la vie sensitive qu'il accorde à tout

(5) Voir la note 2 du ch. précédent, page 60.

(6) Memoria omnis nonnisi elapso quodam temporis curriculo exultat. Hinc fit ut quæ animalia temporis sensum habeant, ea sola meminisse possint, et eadem animæ particula qua illud sentiant. Sed cum de imaginatione retro dictum sit, et fieri non possit ut sine phantasmate quicquam intelligatur, atque phantasma communis sensus affectio sit, memoria vero ea quæ de intellectilibus rebus est non sine phantasmate habeatur, memoria profecta ipsa per se quidem in sensu principe constituenda est, per accidens autem in ipso intellectu. Quo fit ut non modo hominibus, et iis animalibus quibus opinio et prudentia tributa est, sed nonnullis item aliis memoria insit. Quod si in parte aliqua, intellectus statuenda esset memoria, neutiquam multis e brutorum genere contingeret, immo forte nulli mortali. Quando ne nunc quidem omnibus ea competit, quod non omnia temporis sensum habeant : semper enim ut etiam antea retulimus, cum quis meminit, præterea sentit se prius id vidisse, aut audivisse, aut didicisse : at prius et posterius in tempore sunt. Liquet igitur in ea parte positam esse memoriam in qua collocata imaginatio sit, et ea per se memoriæ subjici quæ possunt sub imaginatione cadere ; per accidens, quæ non possunt sine imaginatione intelligi (Arist. *De Memoria et Reminiscentia*, c. 1).

---

et 5) ; cujus contrarium apparet de intellectu passivo. Non igitur est possibile quod, per virtutem cognitivam quæ dicitur intellectus passivus, homo speciem sortiatur per quam ab aliis animalibus differat

2° Adhuc, Quod est passio partis sensitivæ non potest ponere in altiori genere vitæ quam sit vita sensitiva, sicut quod est passio animæ nutritivæ non ponit in altiori genere vitæ quam sit vita nutritiva. Constat autem quod phantasia et hujusmodi potentiæ quæ ad ipsam consequuntur, ut memorativa et consimiles, sunt passiones partis sensitivæ, ut probat Philosophus (de Memoria et Reminiscentia, c. 1). Non igitur, per prædictas virtutes vel aliquam earum, animal aliquod potest poni in altiori genere vitæ quam sit anima sensitiva Homo autem est in altiori genere vitæ ; quod patet per Philosophum (de Anima, II, c. 3 in fine) qui, distinguens genera vitæ, superaddit intellectivum, quod homini attribuit, sensitivo, quod attribuit communiter omni animali. Non igitur homo est vivens, vita sibi propria, per virtutem cogitativam prædictam.

animal indifféremment (7). Donc l'homme ne vit pas d'une vie qui lui est propre, en vertu de cette faculté de connaître dont nous avons parlé.

3° Aristote prouve que tout être qui se meut lui-même est composé d'un moteur et d'un mobile (8). Or l'homme, comme les autres animaux, se meut lui-même. Donc le moteur et le mobile font partie de son être. Le premier moteur dans l'homme, c'est l'intelligence; car elle meut la volonté au moyen de l'intelligible qui est en elle. On ne peut pas dire que l'intellect passif soit l'unique moteur, parce que l'individuel est seul de sa compétence, tandis qu'à l'instant où le mouvement se produit, la perception de l'universel a lieu et se fait dans l'intellect possible. Le particulier est également saisi et peut se trouver dans l'intellect passif; Aristote est de ce sentiment (9). Donc l'intellect possible fait partie de l'homme, et c'est ce qu'il y a de plus noble

(7) In singulis quærendum est quænam sit cujusque anima ; aut quænam sit anima plantæ, quæ bestiæ, quæ denique hominis. Quam autem ob causam deinceps sic sese habent, considerare oportet. Sensitivum namque sine vegetativo non est ; et a sensitivo vegetativum in plantis sejungitur. Rursus sine tactu nullus cæterorum sensuum est ; at ipse tactus sine cæteris est : complura namque sunt animalium quæ neque visum, neque auditum, neque sensum habent odoris. Et eorum rursus quæ sentiunt, quædam habent loco motivum, quædam non habent ; extrema autem atque minima rationem habent et mentem, quibus enim mortalium inest ratio, his sunt continuo et cætera cuncta ; at quibus unumquodque illorum inest, hisce non omnibus inest et ratio, sed quædam imaginatione vacant, quædam hac sola vivunt. De intellectu vero contemplativo, alia ratio est. Quæ cum ita sint, patet horum cujusque rationem, animæ maxime propriam rationem esse (Arist. *De anima*, II, c. 3 in fine).

(8) Ejus qui motu cietur interno et suo, aliud movet, aliud movetur. Esse autem impossibile seipsum quicquam hoc pacto movere, ut ab utroque moveatur utrumque, ex hisce sane patebit. Nam si utrumque movebit utrumque, nihil erit profecto quod moveat primum ; id enim quod prius movet, causa magis est ut moveatur id quod motu cietur quam id quod illi cohæret, etc. (Arist. *Phys.* VIII, c. 5).

(9) Videntur duo hæc esse moventia, vel appetitus, vel intellectus, si quis imaginationem ut quamdam intellectionem esse ponat. Nam et homines magis imaginationem quam scientiam plerumque sequuntur : et in cæteris animalibus non intellectio, neque ratio, sed imaginatio inest. Hæc igitur ambo, intellectus et appetitus, movendi motu dicto principia sunt : intellectus is, inquam, qui alicujus gratia ratiocinatur ; quippe principium est agendi ; atque hic fine ab intellectu contemplativo differt. At appetitus etiam omnis alicujus est gratia ; cujus enim est appetitio, id est principium intellectus activi. At

---

3° Amplius, Omne movens seipsum, secundum quod probat Philosophus (Physic. VIII, c. 5), componitur ex movente et moto. Homo autem, sicut et alia animalia, est movens seipsum. Ergo movens et motum sunt partes ipsius. Primum autem movens in homine est intellectus ; nam intellectus suo intelligibili movet voluntatem. Nec potest dici quod solus intellectus passivus sit movens, quia intellectus passivus est solum particularium ; in movendo autem accipitur universalis opinio quæ est intellectus possibilis, et particularis quæ potest esse intellectus passivi, ut patet per Aristotelem (de Anima, III, c. 10, et Ethic. VII, c. 5). Ergo intellectus possibilis est aliqua pars hominis, et est dignissimum et formalissimum in ipso. Ergo ab eo speciem sortitur, et non ab intellectu passivo.

et de plus formel en lui. Donc c'est celui-là et non l'intellect passif qui détermine l'espèce humaine.

4° Ce qui prouve que l'intellect possible n'est pas l'acte d'un certain corps, c'est qu'il connaît comme universelles toutes les formes sensibles. Aucune vertu, dont l'opération peut s'étendre à l'universalité de toutes les formes sensibles, ne peut être l'acte d'un certain corps. La volonté est dans cette condition; car nous pouvons vouloir tout ce que saisit l'intelligence, au moins pour le connaître. L'acte de la volonté existe visiblement, même lorsqu'il s'agit de l'universel; car, dit Aristote, en considérant d'une manière universelle le genre des voleurs, nous les haïssons, mais nous nous irritons contre les individus (10). Or la volonté ne peut être l'acte d'aucune partie du corps, ni venir à la suite d'une puissance qui soit l'acte d'un corps, et chaque partie de l'âme est l'acte de quelque chose qui est dans le corps, l'intelligence proprement dite exceptée (11). Donc la volonté réside dans la partie intellectuelle. C'est ce qui fait dire à

ipsum ultimum principium est actionis. Quare non sine ratione principia movendi videntur hæc esse duo, appetitus, inquam, et mens ea quæ principium est agendi. Ipsum enim appetibile movet, et propterea mens movet quod appetibile ipsius principium est, etc. (Arist. *De anima* III, c. 10).

Cum opiniones aliæ sint de rebus universis, aliæ de singularibus, quarum sensus arbiter ac dominus est, necesse est ubi ex duobus una effecta sit, in iis quidem quæ sunt cognitionis, animum id quod conclusum est enunciare et affirmare; in iis autem quæ sub actionem veniunt, statim agere (Arist. *Ethic.* VII, c. 5).

(10) Ira quidem ex iis quæ sunt ad seipsum : inimicitia vero etiam sine iis quæ ad seipsum; si enim existimemus esse talem, odio habemus. Et ira quidem semper adversus singularia, ut Calliam, Socratem : odium vero etiam adversus genera. Nam furem odio habet et sycophantam quisque (Arist. *Rhetor.* II, c. 4).

(11) Il faut entendre cette proposition en ce sens, que les parties ou facultés de l'âme ont leur siége dans certaines parties correspondantes du corps. Saint Thomas distingue, avec Aristote, trois âmes ou trois parties de l'âme : l'âme intellectuelle, l'âme nutritive et l'âme sensitive. D'après cette doctrine, chacune des deux dernières est l'acte d'une partie du corps, parce que leurs fonctions ne peuvent s'exercer sans le concours des organes du corps. Il en est autrement de l'intelligence; ses opérations sont absolument indépendantes des organes corporels, et, par conséquent, elle n'est l'acte d'aucune partie du corps.

4° Adhuc, Intellectus possibilis probatur non esse actus corporis alicujus, propter hoc quod est cognoscitivus omnium formarum sensibilium in universali. Nulla igitur virtus cujus operatio se extendere potest ad universalia omnium formarum sensibilium, potest esse actus alicujus corporis. Voluntas autem est hujusmodi; omnium enim eorum quæ intelligimus possumus habere voluntatem, saltem ea cognoscendi. Apparet etiam actus voluntatis in universali; odimus enim, ut dicit Aristoteles (Rhet. l. II, c. 4), in universali latronum genus; irascimur autem particularibus tantum. Voluntas autem non potest esse actus alicujus partis corporis, nec consequi aliquam potentiam quæ sit actus corporis; omnis autem pars animæ est actus alicujus corporis, præter solum intellectum proprie dictum. Igitur voluntas in intellectiva parte est; unde et Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 9) quod voluntas in ratione est, irascibilis autem et concupiscibilis in parte sensitiva; propter quod et actus concupisci-

Aristote que la volonté est dans la raison et le principe irascible et concupiscible dans la partie sensitive (12); c'est pourquoi, lorsque les actes de l'appétit irascible et concupiscible se produisent, le sujet est passif, tandis que l'élection précède ceux de la volonté. Cette faculté n'est pas extrinsèque à l'homme, comme si elle avait son fondement dans une substance séparée, mais elle réside dans l'homme même. S'il en était autrement, il ne serait pas le maître de ses actions, puisqu'il obéirait à la volonté d'une substance séparée, et il n'y aurait en lui que des puissances appétitives dont l'opération serait accompagnée de passion : tels sont le principe irascible et le concupiscible, qui résident dans la partie sensitive et se trouvent également dans tous les autres animaux qui subissent plutôt une action qu'ils n'agissent. Or cela est impossible, car ce serait le renversement de toute la philosophie morale et de la science politique. Donc l'intellect possible doit être en nous comme un attribut qui nous distingue des brutes, et cette différence ne consiste pas uniquement dans l'intellect passif.

5° Si nul être ne peut agir qu'au moyen d'une puissance active qui est en lui, aucun ne saurait également souffrir quelque chose sans une puissance passive qu'il ait au dedans de lui. Une matière combustible, par exemple, peut être consumée, non-seulement parce qu'il existe quelque chose qui a le pouvoir de la brûler, mais aussi parce qu'elle a en elle-même la puissance d'être brûlée. Or, connaître est, sous un certain rapport, devenir passif (13). Donc, puisque l'en-

(12) Cum animalium anima hisce duobus sit definita, discernendi inquam potentia, quod quidem est opus officiumque mentis, atque etiam sensus..... Dubitabit non injuria quispiam, quomodo partes animæ et quot oporteat dicere ; nam infinitæ quodammodo et non eæ solum esse videntur quas dividendo quidam dixerunt, rationis inquam particeps, et irascendi ac cupiendi principium : vel ut alii, rationis particeps et rationis expers..... Appetitiva quæ et ratione et vi, alia diversaque sine dubio ab universis esse videtur. Absurdum autem est hanc a cæteris divellere partibus ; fit enim et in participe rationis voluntas, et in ratione vacante cupiditas atque ira (Arist. *De anima* III, c. 9).

(13) Voyez la note suivante.

---

bilis et irascibilis cum passione sunt, non autem actus voluntatis, sed cum electione. Voluntas autem hominis non est extrinseca ab homine, quasi in quadam substantia separata fundata, sed est in ipso homine; aliter enim non esset dominus suarum actionum, quia ageretur voluntate cujusdam substantiæ separatæ, et in ipso essent tantum potentiæ appetitivæ cum passione operantes, scilicet irascibilis et concupiscibilis quæ sunt in parte sensitiva, sicut et in cæteris animalibus quæ magis aguntur quam agunt. Hoc autem est impossibile et destructivum totius moralis philosophiæ et politicæ considerationis. Oportet igitur intellectum possibilem in nobis esse, per quem a brutis differamus, et non solum secundum intellectum passivum.

5° Item, Sicut nihil est potens agere nisi per potentiam activam in ipso exsistentem, ita nihil potens est pati nisi per potentiam passivam quæ est in ipso; combustibile enim est potens comburi, non solum quia est aliquid potens comburere ipsum, sed

fant est intelligent en puissance, bien qu'il ne connaisse pas encore actuellement, il doit avoir en lui une certaine puissance en vertu de laquelle il peut connaître. Or l'intellect possible est cette puissance; donc il est nécessairement uni à l'enfant avant même qu'il ait une connaissance actuelle. Donc l'intellect possible n'est pas uni avec l'homme au moyen de la forme [intelligible] actuellement saisie; mais il est dès le commencement dans l'homme comme faisant partie de son être.

Averrhoès répond que l'enfant connaît en puissance pour deux raisons : d'abord parce que les images qui sont en lui sont intelligibles en puissance; en second lieu, parce que l'intellect possible peut continuer d'être avec lui, mais non parce qu'il lui est déjà uni.

Nous allons démontrer que ces deux raisons sont impuissantes à rien expliquer :

1° La puissance en vertu de laquelle un agent peut agir n'est pas la même que celle qui fait que l'être passif peut souffrir, et ce qui les distingue, c'est qu'elles sont opposées. Donc ce n'est pas parce qu'il convient à un être de pouvoir agir qu'il est capable de souffrir. Or, avoir la puissance de connaître, c'est avoir celle de souffrir, puisque connaître c'est en quelque sorte devenir passif, selon l'observation du Philosophe (14). Donc, si l'on attribue à l'enfant la puissance de connaître, ce n'est pas parce que les images qui sont en lui peu-

(14) Videtur tam intelligere quam etiam sapere, veluti quoddam esse sentire ; etenim his utrisque rerum aliquas anima discernit atque cognoscit..... Si igitur intelligere sit ut sentire, aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale, vacare igitur ipsam (animam) passione, sed formæ susceptivam esse oportet; et potentia talem, sed non illam esse; et similitudinem subire cum sensu, ut quemadmodum sese habet ad sensibilia sensus, sic se habeat ad intelligibilia intellectus (Arist. *De anima* III, c. 3, 4).

---

etiam quia in se habet potentiam ut comburatur. Intelligere autem est quoddam pati, ut dicitur (de Anima, III, c. 3 et 4). Quum igitur puer sit intelligens potentia, etsi non actu intelligat, oportet quod sit in eo aliqua potentia qua sit potens intelligere. Hæc autem potentia est intellectus possibilis. Oportet igitur quod puero jam sit conjunctus intellectus possibilis antequam actu intelligat. Non est igitur continuatio intellectus possibilis cum homine per formam intellectam in actu; sed ipse intellectus possibilis inest homini a principio sicut aliquid ejus.

Huic autem rationi respondet Averrhoes prædictus. Dicit enim quod puer dicitur potentia intelligere duplici ratione : uno modo, quia phantasmata quæ sunt in ipso sunt intelligibilia in potentia; alio modo, quia intellectus possibilis est potens continuari cum ipso, et non quia intellectus sit jam unitus ei.

Ostendendum est autem quod uterque modus sit insufficiens.

1° Alia enim potentia est qua agens potest agere, et alia potentia qua patiens potest pati; et ex opposito dividuntur. Ex eo igitur quod convenit alicui quod possit agere, non competit ei quod possit pati. Posse autem intelligere est posse pati, quum intelligere quoddam pati sit, secundum Philosophum (de Anima, III, c. 3 et 4). Non igitur dicitur puer potens intelligere ex eo quod phantasmata in eo possunt

vent être actuellement connues; car cela lui donne plutôt la puissance d'agir, puisque les images sont les moteurs de l'intellect possible.

2° La puissance qui est pour un être la conséquence de son espèce, ne peut lui appartenir à raison d'une chose qui ne détermine pas l'espèce. Or, la puissance de connaître est une conséquence de l'espèce humaine; car connaître est une opération de l'homme considéré comme tel, et les images ne placent l'homme dans aucune espèce, mais elles sont plutôt des résultats de son opération. Donc il est faux de dire que l'enfant a la puissance de connaître à raison des images qui sont en lui.

Il n'est pas plus vrai que l'enfant peut connaître parce que l'intellect possible peut lui être uni. Car :

1° On affirme qu'un être agit ou souffre en puissance en vertu d'une puissance active ou passive, de même que s'il est blanc, c'est en vertu de la blancheur; et jamais on n'attribue cette dernière qualité à un objet avant que la blancheur lui soit réellement appliquée. Donc on ne dit également que quelqu'un peut agir ou souffrir qu'autant qu'il y a en lui une puissance active ou passive. Donc on ne peut affirmer que l'enfant peut connaître avant que l'intellect possible, qui est la puissance de connaître, lui soit uni.

2° On dit qu'un être a la puissance d'opérer avant qu'il soit en possession de la nature en vertu de laquelle il opère, et on affirme encore la même chose, lorsqu'ayant cette nature, son opération se trouve accidentellement empêchée; mais c'est dans un sens tout différent. On dit également, en l'entendant de deux manières, que tel corps a la propriété de s'élever en haut avant qu'il soit assez léger

---

esse intellecta in actu, quum hoc pertineat ad posse agere; phantasmata enim movent intellectum possibilem.

2° Adhuc, Potentia consequens speciem alicujus non competit ei secundum id quod speciem non largitur. Posse autem intelligere consequitur speciem humanam; est enim intelligere operatio hominis in quantum hujusmodi; phantasmata autem non dant speciem humanam, sed magis consequuntur operationem hominis. Non ergo ratione phantasmatum potest dici puer potentia intelligens.

Similiter autem neque potest dici puer posse intelligere quia intellectus possibilis potest continuari cum ipso.

1° Sic enim aliquis dicitur potentia agere vel pati, per potentiam activam vel passivam, sicut dicitur albus per albedinem. Non autem aliquis dicitur albus, antequam albedo sit ei conjuncta. Ergo neque dicitur aliquis potens agere vel pati, antequam potentia activa vel passiva ei adsit; non ergo de puero posset dici quod est potens intelligere, antequam intellectus possibilis, qui est potentia intelligendi, sit ei continuatus.

2° Præterea, Aliter dicitur aliquis potens operari, antequam habeat naturam qua operetur, et aliter postquam jam habet naturam, sed impeditur per accidens ab operando; sicut aliter dicitur corpus potens ferri sursum, antequam sit leve, et aliter postquam jam est generatum leve, sed im-

pour cela, et lorsqu'il a acquis une légèreté suffisante, mais qu'un obstacle arrête son mouvement. Or, si l'enfant connaît en puissance, cela provient, non de ce qu'il est privé de la nature qui lui est nécessaire pour connaître, mais de ce que quelque chose s'oppose à sa connaissance; et cet empêchement consiste dans les mouvements divers qui se produisent en lui : c'est l'opinion d'Aristote (15). Donc il n'a pas la puissance de connaître parce que l'intellect possible, qui est le principe de la connaissance, peut s'unir à lui, mais parce que cet intellect lui est actuellement uni, et rencontre un obstacle qui retarde son action. C'est ce qui fait qu'il connaît aussitôt que cet empêchement a disparu.

3° L'habitude est la faculté que possède quelqu'un de se livrer à son opération, lorsqu'il en a la volonté. Donc l'habitude et l'opération qui en résulte appartiennent au même être. Or, fixer son attention sur une chose en même temps qu'on la connaît, c'est l'acte de cette habitude que nous appelons la science, et il ne peut venir de l'intellect passif, mais bien de l'intellect possible; car il est indispensable, pour qu'une puissance connaisse, qu'elle ne soit pas l'acte d'un corps. Donc l'habitude de la science n'est pas dans l'intellect passif, mais dans l'intellect possible. Or, la science qui nous fait savoir est en nous. Donc l'intellect possible est pareillement en nous, et il n'a pas un *être* distinct du nôtre.

4° La science est l'assimilation du sujet qui connaît avec la chose connue. Or, le sujet qui connaît ne s'assimile la chose qui est l'objet

(15) Quod anima ob moralem virtutem sedetur, prudens aliquis fit et sciens. Quocirca infantes nec discere possunt nec sensibus perinde dijudicare atque seniores, cum multa in eis perturbatio sit et motus. Sedantur autem et ad statum a natura perducuntur (Arist. *Phys*. VII, c. 3).

---

peditur in suo motu. Puer autem est in potentia intelligens, non quasi nondum habens naturam intelligendi, sed habens impedimentum ut non intelligat; impeditur enim ab intelligendo propter multimodos motus in ipso exsistentes, ut dicitur in septimo Physicorum (c. 3). Non igitur propter hoc dicitur potens intelligere quia intellectus possibilis, qui est intelligendi principium, potest continuari sibi, sed quia jam est continuatus, et impeditur ab actione propria; unde, impedimento remoto, statim intelligit.

3° Item, Habitus est quo quis operatur quum voluerit. Oportet igitur ejusdem esse habitum et operationem quæ est secundum habitum. Sed considerare intelligendo, quod est actus hujus habitus qui est scientia, non potest esse intellectus passivi, sed est ipsius intellectus possibilis; ad hoc enim quod aliqua potentia intelligat, oportet quod non sit actus corporis alicujus. Ergo et habitus scientiæ non est in intellectu passivo, sed in intellectu possibili. Scientia autem in nobis est, secundum quam dicimur scientes. Ergo et intellectus possibilis est in nobis non secundum esse a nobis separatus.

4° Adhuc, Scientia est assimilatio scientis ad rem scitam. Rei autem scitæ, in

de la science, considérée comme telle, qu'au moyen des espèces universelles; car l'objet de la science, c'est ce qui a telle nature. Or, les espèces universelles ne peuvent se trouver dans l'intellect passif, puisque c'est une puissance qui se sert d'un organe, mais uniquement dans l'intellect possible. Donc la science n'est pas non plus dans l'intellect passif, mais seulement dans l'intellect possible.

5° Ce qui produit l'intelligence habituelle, c'est l'intelligence active, ainsi que notre adversaire en convient. Or, les effets de l'intelligence qui agit sont des intelligibles actuels, et leur propre sujet est l'intellect possible, avec lequel l'intelligence, lorsqu'elle devient active, est dans le même rapport que l'art avec la matière, selon la comparaison d'Aristote (16). Donc l'intelligence habituelle, qui est l'habitude de la science, est dans l'intellect possible et non dans l'intellect passif.

6° La perfection qui appartient à une substance plus relevée ne peut dépendre d'une substance inférieure. Or, la perfection de l'intellect possible est subordonnée à l'opération de l'homme; car ell dépend des images qui mettent l'intellect possible en mouvement. Donc l'intellect possible n'est pas une substance supérieure à l'homme; donc il fait partie de l'homme comme son acte et sa forme.

(16) Cum in omni natura est aliquid quod unicuique generi materies est, unum quidem est potentia illa cuncta, alterum vero causa est et efficiens omnia, nimirum efficiendo atque agendo talem subiens rationem, qualem ars conditionem ad materiam subit; necesse est et in anima differentias has easdem inesse. Atque quidam est intellectus talis ut omnia fiat; quidam talis ut omnia agat atque efficiat qui quidem ut habitus est quidam, et perinde ac lumen; nam et lumen colores qui sunt potentia, actu colores quodammodo facit. Et is intellectus separabilis est et non mixtus, passioneque vacat, cum sit substantia actus : semper enim id quod efficit atque agit præstabilius est eo quod patitur; et ipsum principium omnino materia (Arist. *De anima*, III, c. 5).

---

quantum est scita, non assimilatur sciens, nisi secundum species universales; scientia enim de hujusmodi est: species autem universales non possunt in intellectu passivo esse, quum sit potentia utens organo, sed solum in intellectu possibili. Scientia igitur non est in intellectu passivo, sed solum in intellectu possibili.

5° Amplius, Intellectus in habitu, ut adversarius confitetur, est effectus intellectus agentis. Intellectus autem agentis effectus sunt intelligibilia in actu, quorum proprium recipiens est intellectus possibilis, ad quem comparatur agens sicut ars ad materiam, ut Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 5). Oportet igitur intellectum in habitu, qui est habitus scientiæ, esse in intellectu possibili, non passivo.

6° Præterea, Impossibile est quod perfectio superioris substantiæ dependeat ab inferiori. Perfectio autem intellectus possibilis dependet ab operatione hominis; dependet enim a phantasmatibus quæ movent intellectum possibilem. Non igitur est intellectus possibilis aliqua substantia superior homine; ergo oportet quod sit aliquid hominis, ut actus et forma ipsius.

7° Adhuc, Quæcumque sunt separata secundum esse, habent etiam separatas operationes; nam res sunt propter suas operationes, sicut actus primus propter secundum; unde Aristoteles dicit (de Anima, I,

7° Les choses dont l'*être* est distinct ont aussi des opérations séparées; car ces choses existent pour leurs opérations, de même que l'acte premier pour l'acte second : c'est ce qui fait dire à Aristote que si l'une des opérations de l'âme est indépendante du corps, l'âme peut exister séparément (17). Or, l'opération de l'intellect possible ne peut se faire sans le corps; car le Philosophe dit encore que l'âme peut agir par elle-même, c'est-à-dire connaître, lorsque l'intelligence est entrée en acte au moyen d'une espèce abstraite des images qui ne se produisent pas sans corps (18). Donc l'intellect possible n'est pas complétement séparé du corps.

8° Tout être qui a une opération conforme à la nature a reçu d'elle également les attributs qui lui sont indispensables pour que cette opération soit accomplie. Aristote prouve en effet que si le mouvement des astres était comme celui des animaux, une locomotion progressive, la nature les aurait munis des organes propres à cette sorte de mouvement (19). Or, l'opération de l'intellect possible s'accomplit au moyen des organes corporels, sans lesquels il ne peut y avoir d'image.

(17) Est de affectibus animæ dubitatio, utrum omnes communes sint cum eo quod habet animam, an sit et ipsius animæ proprius aliquis; hoc enim ipsum accipere quidem necessarium est, non tamen accipi facile potest. Atque plurimi sunt quorum sine corpore nullum aut agere aut pati videtur, ut irasci, confidere, cupere, omnino sentire. Maxime autem ipsum intelligere proprium ejus videtur esse. Quod si hoc etiam imaginatio sit quædam, aut sine imaginatione non sit, nec istud esse sine corpore potest. Si igitur operationum animæ vel affectuum aliquis proprius sit ipsius, fieri potest ut anima ipsa separetur. Sin vero nullus, sit ejus proprius non separabilis est (Arist. *De anima*, I, c. 1).

(18) Voyez la note 4 du ch. 59.

(19) Cum consonum sit rationi, stellas hisce motibus qui ad ipsas sunt accommodati moveri, si per se moveantur, his autem moveri non videantur, patet ipsas per se non moveri. Insuper nullum ipsis instrumentum ad motum tribuisse naturam, motas egreditur rationis : nihil enim casu natura facit. Si animalia quidem ipsi curæ fuere, adeo præstabiles res non despexit; sed universa videtur, tanquam de industria, abstulisse quibus per se procedere ipsa possunt, atque ab hisce quæ instrumenta ad motum habent, quamplurimum se movisse. Quapropter et totum cœlum rotundum, cum ratione, et unaquæque stellarum videbitur. Sphæra enim figurarum maxime utilis est ad eum motum qui eodem in loco fit (Arist. *De cœlo* II, c. 8).

---

c. 1) quod, si aliqua operationum animæ est sine corpore, possibile est animam separari. Operatio autem intellectus possibilis indiget corpore; dicit enim Philosophus (de Anima, III, c. 7) quod anima potest agere per seipsam, scilicet intelligere, quando intellectus est factus in actu per speciem a phantasmatibus abstractam, quæ non sunt sine corpore. Igitur intellectus possibilis non est omnino a corpore separatus.

8° Amplius, Cuicumque competit aliqua operatio secundum naturam, sunt ei a natura attributa ea sine quibus illa operatio compleri non potest, sicut Aristoteles probat (de Cœlo, II, c. 8) quod, si stellæ moverentur motu progressivo ad modum animalium, natura dedisset eis organa motus progressivi. Sed operatio intellectus possibilis completur per organa corporea, in quibus necesse est esse phantasmata. Na-

Donc la nature a uni l'intellect possible aux organes corporels ; donc il n'est pas séparé du corps à raison de son *être*.

9° Si cet intellect est distinct du corps à raison de son *être*, il connaîtra plus parfaitement les substances séparées de la matière que les formes sensibles, qui sont plus intelligibles et ont plus de conformité avec lui. Or, il ne peut connaître les substances absolument séparées de la matière, parce qu'elles ne sont représentées par aucune image, et cet intellect est incapable de connaître sans image, ainsi que l'observe Aristote (20) ; car les images sont pour lui ce que sont les objets sensibles pour les sens, qui n'éprouvent aucune sensation s'ils n'en sont frappés. Donc l'intellect possible n'est pas une substance séparée du corps à raison de son être.

10° La puissance passive a dans tout genre la même étendue que la puissance active du même genre. C'est pourquoi il n'y a dans la nature aucune puissance passive sans une puissance active naturelle correspondante. Or, l'intelligence, lorsqu'elle agit, ne rend les êtres intelligibles qu'au moyen des images. Donc l'intellect possible ne reçoit pas le mouvement d'autres intelligibles que des espèces abstraites des images, et par conséquent, il ne peut connaître les substances séparées.

(20) Intellectivum ipsas formas in phantasmatibus ipsis intelligit..... Anima est ut manus : manus enim instrumentorum est instrumentum, et intellectus formarum est forma ; et sensus itidem sensibilium forma. Cum autem nulla res sit præter magnitudines separata, ut videntur res ipsæ sensibiles, in ipsis profecto sensibilibus formis ipsæ sunt intelligibiles formæ, tum earum rerum quæ abstractæ vocantur, tum eorum etiam sensibilium quæ sunt habitus atque affectus. Idcirco et qui non sentit, nihil discere vel intelligere potest. Et qui contemplatur, necesse est una cum phantasmate contempletur ; ipsa namque phantasmata veluti sensibilia sunt, attamen sine materia. Est autem aliud phantasia ab affirmatione negationeve : verum enim vel falsum complexio est conceptuum intellectus. At mentis primi conceptus, quo quæso different, ut non phantasmata sint ? At neque cæteri sunt phantasmata ; non tamen sine phantasmatibus sunt (Arist. *De anima*, III, c. 7 et 8). — Voyez aussi la note 4 du ch. 59, page 63.

---

tura igitur intellectum possibilem corporeis univit organis ; non est igitur secundum esse a corpore separatus.

9° Item, Si sit secundum esse a corpore separatus, magis intelliget substantias quæ sunt a materia separatæ quam formas sensibiles, quia sunt magis intelligibiles et magis ei conformes. Non potest autem intelligere substantias omnino a materia separatas, quia earum non sunt aliqua phantasmata ; hic autem intellectus nequaquam sine phantasmate intelligit, ut Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 8) ; sunt enim ei phantasmata sicut sensibilia sensui, sine quibus sensus non sentit. Non est igitur substantia separata a corpore secundum esse.

10° Adhuc, In omni genere, tantum se extendit potentia passiva quantum potentia activa illius generis ; unde non est aliqua potentia passiva in natura, cui non respondeat aliqua potentia activa naturalis. Sed intellectus agens non facit intelligibilia nisi per phantasmata. Ergo nec intellectus possibilis movetur ab aliis intelligibilibus nisi a speciebus a phantasmatibus abstractis ; et sic substantias separatas intelligere non potest.

11° Les substances séparées ont en elles les espèces des choses sensibles d'une manière intelligible, et c'est par elles qu'elles ont la science de ce qui tombe sous les sens. Si donc l'intellect possible connaissait les substances séparées, il apercevrait en elles ce qui est sensible. Donc il ne saisirait pas les objets sensibles par le moyen de leurs images; car la nature ne fait rien de superflu.

Si l'on objecte que les substances séparées n'ont aucune connaissance des objets sensibles, il faudra convenir au moins qu'elles sont douées d'une connaissance plus excellente; et cette dernière ne pourra pas faire défaut à l'intellect possible s'il connaît ces substances. Il aura donc une double science, l'une qui lui viendra par le moyen des substances séparées, l'autre qu'il aura acquise par les sens; et l'une des deux sera superflue.

12° Aristote enseigne que l'âme connaît par l'intellect possible (21). Si donc l'intellect possible connaît les substances séparées, nous les connaissons aussi nous-mêmes; ce qui est évidemment faux. Car nous sommes par rapport à elles ce qu'est pour le soleil l'œil du hibou, selon l'expression du même philosophe (22).

Ceux qui défendent l'opinion précédente nous font cette réponse : Considéré comme subsistant en lui-même, l'intellect possible connaît les substances séparées, et il est en puissance relativement à elles, comme un corps diaphane l'est pour la lumière. Mais en ce qu'il est uni avec nous dès le principe, il est en puissance pour les formes qui

(21) Voyez la note 2 du ch. 59, page 60.

(22) Speculatio de veritate, partim difficilis, partim facilis est..... Cum vero difficultas duobus sit modis, fortassis causa ejus non rebus, sed nobis ipsis inest. Quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumen dici se habent, ita et intellectus animæ nostræ ad ea, quæ manifestissima omnium sunt (Arist. *Metaphys.* II, c. 1).

11° Amplius, In substantiis separatis sunt species rerum sensibilium intelligibiliter, per quas de sensibilibus scientiam habent. Si igitur intellectus possibilis intelligit substantias separatas, in eis acciperet sensibilium cognitionem. Non ergo acciperet eam a phantasmatibus, quia natura non abundat superfluis.

Si autem dicatur quod substantiis separatis non adest cognitio sensibilium, saltem oportebit dicere quod eis adsit altior cognitio, quam oportet non deesse intellectui possibili, si prædictas substantias intelligit. Habebit igitur duplicem scientiam, unam per modum substantiarum separatarum, aliam a sensibus acceptam; quarum altera superflueret.

12° Præterea, Intellectus possibilis est quo intelligit anima, ut dicitur in tertio de Anima (c. 4). Si igitur intellectus possibilis intelligit substantias separatas, et nos intelligimus eas; quod patet esse falsum; habemus enim nos ad eas sicut oculus noctuæ ad solem, ut Aristoteles dicit (Metaphys. II, c. 1).

His autem respondetur, secundum positionem prædictam. Intellectus enim possibilis, secundum quod est in se subsistens, intelligit substantias separatas, et est in potentia ad eas sicut diaphanum ad lucem;

sont abstraites des images. C'est pourquoi nous n'arrivons pas dès le commencement à connaître par lui les substances séparées.

Cette raison n'a rien de solide. Car :

1° Nos adversaires prétendent que l'intellect possible est uni avec nous parce qu'il est perfectionné par les espèces intelligibles qui sont abstraites des images. Il est donc en puissance pour ces espèces avant de nous être uni; et, par conséquent, s'il est uni avec nous, ce n'est pas parce qu'il est en puissance pour elles.

2° S'il en est ainsi, l'intellect possible n'est pas par lui-même en puissance relativement à ces espèces, mais par le moyen d'un autre. Or, on ne doit définir aucun être d'après des qualités qui ne lui conviennent pas à raison de sa propre nature. Donc Aristote, en disant que l'intellect possible est ainsi dénommé parce qu'il est en puissance pour les espèces en question, donne une définition qui n'est pas conforme à sa nature (23).

3° L'intellect possible ne saurait connaître plusieurs choses ensemble sans les connaître l'une par l'autre; car une même puissance ne se perfectionne simultanément par plusieurs actes qu'en suivant un certain ordre. Si donc l'intellect possible connaît les substances séparées et les espèces qui sont abstraites des images, il connaîtra ces substances par les images, ou réciproquement. A quelque conséquence que l'on s'arrête, il s'ensuit que les substances séparées nous sont aussi connues, parce que si nous ne connaissons la nature de chaque être sensible qu'autant qu'elle est connue par l'intellect pos-

(23) Voyez la note 12 qui précède et la note 2 du ch. 59, p. 60.

---

secundum autem quod continuatur nobis a principio, est in potentia ad formas a phantasmatibus abstractas; unde nos a principio non intelligimus per eum substantias separatas.

Sed hoc stare non potest.

1° Intellectus enim possibilis ex hoc dicitur, secundum eos, continuari nobis, quod perficitur per species intelligibiles a phantasmatibus abstractas. Prius igitur est considerare intellectum ut in potentia ad hujusmodi species quam ut continuetur nobis. Non igitur, per hoc quod continuatur nobis, est in potentia ad hujusmodi species.

2° Præterea, Secundum hoc, esse in potentia ad prædictas species non esset ei secundum se conveniens, sed per aliud. Per ea autem quæ non conveniunt alicui secundum se, non debet aliquid diffiniri. Non igitur ratio intellectus possibilis est ex hoc quod in potentia est ad prædictas species, ut diffinit ipse Aristoteles (de Anima, III, c. 4).

est infixa animo de toto genere pronunciatio, aut unius cujusdam rei notio, quæ sit ipsa præter res singulas, sed in illis tamen omnibus una eademque manens consistat : ex ipsa inquam experientia proficiscuntur omnis artis ac scientiæ principia. Artis quidem, si ad eas res pertineant quæ oriuntur et occidunt; scientiæ autem, si ad ea quæ eadem semper sine ulla mutatione permanent (Arist. *Analytic. poster.* II, c. 18).

(9) Voyez la note 3 qui précède, p. 158.

(10) Aristote nous explique ce qu'il entend par animaux parfaits : — « Tres existunt

« quæ est scientiæ et intellectus. » Est autem hæc positio Avicennæ (Metaph., tract. IX, c. 5) consona his quæ de generatione rerum naturalium dicit; ponit enim quod omnia agentia inferiora solum per suas actiones præparant materiam ad suscipiendas formas quæ effluunt in materias ab intelligentia agente separata; unde et eadem ratione ponit quod phantasmata præparant intellectum possibilem, formæ autem intelligibiles fluunt a substantia separata. Similiter autem quod per cogitationem disponantur phantasmata ad hoc quod fiant intelligibilia actu et moventia intellectum possibilem, conveniens non videtur, si intellectus agens ponatur substantia separata; hoc enim videtur esse conforme positioni dicentium quod inferiora agentia sunt solum disponentia ad ultimam perfectionem, ultima autem perfectio est ab agente separato; quod est contra sententiam Aristotelis (Metaph. VII, c. 8); non enim videtur imperfectius se habere anima humana ad intelligendum quam inferiores naturæ ad proprias operationes.

4° Amplius, Effectus nobiliores in istis inferioribus producuntur non solum ab agentibus superioribus, sed requirunt agentia sui generis; hominem enim generat sol et homo; similiter videmus in aliis animalibus perfectis quod quædam ignobilia animalia ex solis tantum actione generantur

cun principe actif de leur genre; tels sont ceux qui sortent de la putréfaction (11). Or, la connaissance est le plus noble des effets qui puissent se rencontrer dans les êtres inférieurs. L'agent éloigné ne peut donc pas le produire seul; mais il faut encore un agent prochain. Cependant cette raison ne peut être opposée à Avicenne, qui regarde la génération de tout animal comme possible sans sperme.

5° L'intention qu'on remarque dans l'effet fait connaître l'agent (12). D'où il suit que les animaux nés de la putréfaction n'existent pas en vertu de l'intention d'une nature inférieure, mais d'une nature supérieure, puisque le seul agent qui les produit est d'un ordre plus élevé; et pour cette raison, Aristote considère comme fortuite la formation e ces êtres (13), tandis que les animaux formés du sperme résultent de l'intention de deux natures, l'une supérieure et l'autre inférieure. Or, cet effet qui consiste à abstraire les formes universelles des images

partes, in quas perfecta animalia dividuntur : una qua cibum capiunt; altera qua excrementum emittunt; tertia quæ inter illas media est. Hæc in maximis animalibus pectus nuncupatur, in cæteris proportionale, in quibusdam autem magis quam in aliis articulata discretaque est..... Vegetalis profecto animæ principium in medio illarum trium partium haberi, tum visu, tum etiam ratione deprehenditur » (*De juventute et senectute*, c. 2).

(11) Saint Thomas parle ici d'après Aristote qui, dans son livre *De la génération des animaux*, admet que certains êtres peuvent naître de la putréfaction fécondée par l'influence du soleil, influence qui remplace le principe actif de la procréation. Cette doctrine fut généralement admise jusqu'à ce qu'à l'aide du microscope on parvînt à découvrir que les animalcules, dont la production paraissait spontanée, sortent réellement d'œufs ou de germes précédemment déposés par des êtres de même espèce, et qui éclosent et se développent lorsque la fermentation a élevé la chaleur au degré convenable. Quelques naturalistes sont même arrivés à étudier, dans le plus grand détail, la manière dont plusieurs se reproduisent, et les transformations diverses qu'ils subissent.

(12) L'*intention*, dont il est ici question, paraît avoir le même sens que *tendance* ou *fin naturelle*.

(13) Manifestum est quod quodam modo omnia fiunt ex univoco (*être de la même espèce*), quemadmodum quæ natura sunt, aut ex parte univoca, ut domus ex domo aut ab intellectu; ars enim species est, at ex parte aut habente aliquam partem, si non secundum accidens fiat..... Semen facit sicut ea quæ ab arte sunt. Habet enim potestate speciem, et a quo semen est, quodam modo univocum (non enim omnia ita oportet quærere, sicuti ex homine homo; etenim mulier ex viro; unde mulus non ex mulo), sed si non læsura fuerit. Quæcumque vero quorum materia potest et a seipsa moveri eo motu quo semen movet, a casu, sicut ibi fiunt : quorum autem non, hæc impossibilia sunt aliter fieri, quam ex ipsis (Arist. *Metaphys.* VII, c. 9).

---

absque principio activo sui generis; sicut patet in animalibus generatis ex putrefactione. Intelligere autem est nobilissimus effectus qui est in istis inferioribus. Non igitur sufficit ponere, ad ipsum, agens remotum, nisi etiam ponatur agens proximum. Hæc autem ratio contra Avicennam non procedit, nam ipse ponit omne animal posse generari absque semine.

5° Adhuc, Intentio effectus demonstrat agentem; unde animalia generata ex putrefactione non sunt ex intentione naturæ inferioris, sed superioris tantum, quia producuntur ab agente superiori tantum; propter quod Aristoteles (Metaphys. VII, c. 9) dicit ea fieri casu; animalia autem quæ fiunt ex semine, sunt ex intentione naturæ superioris et inferioris. Hic autem

est non-seulement dans l'intention de l'agent éloigné, mais aussi dans la nôtre. Il faut donc admettre qu'il existe en nous quelque principe prochain d'un tel effet. Or, l'intellect actif est ce principe. Donc cet intellect actif n'est pas une substance séparée, mais une vertu [ou faculté] de notre âme.

6° Chaque moteur renferme en lui-même, suivant sa nature, le principe qui lui convient pour réaliser son opération propre. Si cette opération est une action, le principe est actif, comme le prouvent les puissances de l'âme nutritive des plantes; si, au contraire, elle consiste simplement dans la passiveté, le principe est également passif, ainsi que cela a lieu pour les puissances sensitives des animaux. Or, l'homme est de tous les moteurs inférieurs le plus parfait; son opération propre et naturelle est celle de connaître, et cette opération présente toujours un double caractère : de passiveté, en ce que l'intellect est affecté par un être intelligible, et d'activité, parce que l'intellect fait passer ce qui est intelligible en puissance à l'état d'intelligible en acte. La nature de l'homme exige donc qu'il y ait en lui un principe particulier de chacune de ces opérations, savoir l'intellect actif et l'intellect possible, et que ni l'un ni l'autre ne soient distincts de l'âme humaine à raison de leur *être*.

7° Si l'intellect actif est une substance séparée, il est évidemment supérieur à la nature humaine. Or, l'opération que l'homme réalise par la seule vertu d'une substance surnaturelle est elle-même surnaturelle; tels sont les miracles, les prophéties, et les autres œuvres qui demandent chez l'homme l'intervention divine. En admettant donc que l'intellect actif est une substance séparée, comme il est impossible

---

effectus qui est abstrahere formas universales a phantasmatibus, est in intentione nostra, non solum in intentione agentis remoti. Igitur oportet in nobis ponere aliquod proximum principium talis effectus. Hoc autem est intellectus agens. Non est igitur substantia separata, sed aliqua virtus animæ nostræ.

6° Item, In natura cujuslibet moventis est principium sufficiens ad operationem naturalem ejusdem; si quidem operatio illa consistat in actione, adest ei principium activum, sicut patet de potentiis animæ nutritivæ in plantis; si vero operatio illa consistat in passione, adest ei principium passivum, sicut patet de potentiis, sensitivis in animalibus. Homo autem est perfectissimus inter omnia inferiora moventia; ejus autem propria et naturalis operatio est intelligere, quæ non completur sine passione quadam, in quantum quilibet intellectus patitur ab intelligibili, nec etiam sine actione, in quantum intellectus facit intelligibilia in potentia esse intelligibilia in actu. Oportet igitur in natura hominis esse utriusque proprium principium, scilicet intellectum agentem et possibilem, et neutrum, secundum esse, ab anima hominis separatum esse.

7° Adhuc, Si intellectus agens est quædam substantia separata, manifestum est quod est supra naturam hominis. Operatio autem quam homo exercet sola virtute alicujus supernaturalis substantiæ, est ope-

à l'homme de connaître autrement que par la vertu de cet intellect, il suit de là que connaître n'est pas l'opération propre et naturelle de l'homme; et, par conséquent, on ne doit pas faire entrer dans la définition de l'homme la qualité d'être intelligent ou raisonnable.

8° Toute opération est nécessairement faite au moyen d'une vertu [ou puissance active] qui réside formellement dans l'agent. C'est pour cela qu'Aristote s'attache à prouver que le principe qui nous fait vivre et sentir est une forme et un acte (14). Or, l'action de l'intellect possible et celle de l'intellect actif conviennent également à l'homme, qui sépare par l'abstraction les espèces des images et reçoit dans son esprit les intelligibles actuels; car nous ignorerions ces actions si nous ne savions par expérience qu'elles se passent en nous. Donc les principes auxquels on les attribue, et qui sont l'intellect possible et l'intellect actif, sont des vertus [ou facultés] qui existent formellement en nous.

A qui nous objectera que l'on attribue ces actions à l'homme, parce que, selon la doctrine d'Averrhoès, le double intellect, dont il est maintenant question, s'adjoint en quelque sorte à nous, nous répondrons, comme nous l'avons déjà fait [ch. 59], que si l'intellect possible

(14) Est anima causa principiumque corporis viventis. Atqui cum multifariam hæc dicantur, omnia pari modo tribus determinatis modis causa est. Nam est ea causa a qua profluit motus : est etiam cujus gratia cætera fiunt, et insuper ut forma corporum animatorum, substantiave. Atque causam ut substantiam animantium esse, non est obscurum; causa namque cunctis ut sint, formam ipsam atque substantiam esse patet. At vivere viventium est esse : cujus sane causa est, ut constat, atque principium anima. Præterea actus ejus quod est potentia, ratione ejusdem ; at anima viventis est corporis actus. Patet etiam animam esse causam, ut id cujus gratia cætera fiunt ; nam ut mens, sic et natura alicujus gratia facit, quod quidem ipsius est finis : atque tale est in ipsis viventibus anima, et secundum naturam; universa namque naturalia corpora, tam animalium quam etiam plantarum, ipsius animæ sunt instrumenta (Arist. *De anima*, II, c. 4).

---

ratio supernaturalis, ut miracula facere et prophetare et alia hujusmodi quæ divino munere homines operantur. Quum igitur homo non possit intelligere nisi virtute intellectus agentis, si intellectus agens est quædam substantia separata, sequitur quod intelligere non sit operatio propria et naturalis homini; et sic homo non poterit diffiniri per hoc quod est intellectivus aut rationalis.

8° Præterea, Nihil operatur nisi per aliquam virtutem quæ formaliter in ipso est; unde Aristoteles [de Anima, II, c. 4] ostendit quod quo vivimus et sentimus est forma et actus. Sed utraque actio, scilicet intellectus possibilis et intellectus agentis, convenit homini; homo enim species abstrahit a phantasmatibus, et recipit mente intelligibilia actu; non enim aliter in notitiam harum actionum venissemus, nisi eas in nobis experiremur. Oportet igitur quod principia quibus attribuuntur hæ actiones, scilicet intellectus possibilis et agens, sint virtutes quædam in nobis formaliter exsistentes.

Si autem dicatur quod hæ actiones attribuuntur homini in quantum prædicti intellectus continuantur nobis, ut Averrhoes dicit, jam supra (c. 59) ostensum est quod continuatio intellectus possibilis nobiscum,

est une substance séparée, son adjonction, telle que ce philosophe la conçoit, n'est nullement suffisante pour que nous puissions connaître par son moyen. — La même raison s'applique à l'intellect actif; car cet intellect est, pour les espèces intelligibles reçues dans l'intellect possible, ce qu'est l'art, relativement aux formes artificielles qu'il introduit dans la matière, ainsi qu'Aristote nous le fait voir (15). Or, l'art, en produisant ses formes, ne leur communique pas la faculté qu'il a d'agir, mais seulement sa ressemblance formelle. D'où il suit que le sujet qui reçoit ces formes est incapable d'imiter, à son tour, l'action de l'ouvrier. Donc, de ce que les espèces rendues actuellement intelligibles par l'intellect actif sont dans l'homme, on n'en peut pas conclure davantage qu'il a le pouvoir d'opérer de la même manière que l'intellect actif.

9o Tout être qui ne peut se livrer à son opération propre qu'autant qu'il est mû par un principe extérieur est plutôt poussé à agir qu'il ne s'y porte lui-même. C'est ce qui a lieu pour les êtres privés de raison, qui, dans leurs opérations, se déterminent moins qu'ils ne sont déterminés, parce que toutes leurs opérations dépendent d'un principe extrinsèque qui devient leur moteur. Le sens, frappé par un objet sensible extérieur, produit une impression dans l'imagination; et c'est ainsi que les choses se passent dans toutes les puissances, jusqu'aux puissances motrices, en suivant un ordre réglé. Or, l'opération propre de l'homme, c'est celle de connaître, donc le premier principe est l'intellect actif, qui donne naissance aux espèces intelligibles. Ces espèces affectent d'une certaine manière l'intellect possible, lequel, en-

(15) Voyez la note 2 qui précède, p. 156.

---

si sit quædam substantia separata, qualem ipse intelligit, non sufficit ad hoc quod per ipsum intelligamus — Similiter etiam patet de intellectu agente. Comparatur enim intellectus agens ad species intelligibiles receptas in intellectu possibili, sicut ars ad formas artificiales quæ per artem ponuntur in materia, ut patet ex exemplo Aristotelis (de Anima, III, c. 5). Formæ autem artis non consequuntur actionem artis sed solum similitudinem formalem; unde nec subjectum harum formarum potest per hujusmodi formas actionem artificis facere. Ergo nec homo, per hoc quod sunt in ipso species intelligibiles actu factæ ab intellectu agente, potest facere operationem intellectus agentis.

9o Adhuc, Unumquodque quod non potest exire in propriam operationem nisi per hoc quod movetur ab exteriori principio, magis agitur ad operandum quam seipsum agat; irrationalia enim magis aguntur ad operandum quam seipsa agant, quia omnis operatio eorum dependet a principio extrinseco movente; sensus autem motus a sensibili exteriori imprimit in phantasiam; et sic per ordinem procedit in omnibus potentiis usque ad motivas. Operatio autem propria hominis est intelligere, cujus primum principium est intellectus agens, qui facit species intelligibiles a quibus patitur quodammodo intellectus possibilis, qui factus in actu movet voluntatem. Si igitur intellectus agens est quædam substantia

trant en acte, ébranle la volonté. Si donc l'intellect actif subsiste hors de l'homme, cette opération de l'homme dépend tout entière d'un principe extérieur. Donc l'homme n'agira pas par lui-même, mais par un autre. Donc il n'aura aucun domaine sur ses actes, et ne sera digne ni de louange ni de blâme. Ainsi se trouvent renversées du même coup, quoi qu'il fasse, toute la morale et l'économie politique; ce qui est absurde. Donc l'intellect actif n'est pas une substance distincte de l'homme.

CHAPITRE LXXVII.

L'intellect possible et l'intellect actif peuvent se trouver réunis dans une même substance, qui est l'âme.

Peut-être s'imaginera-t-on qu'une seule et même substance, comme notre âme, ne saurait à la fois être en puissance pour toutes les espèces intelligibles, ce qui est le propre de l'intellect possible, et les rendre actuellement telles, opération qui convient à l'intellect actif, pour cette raison que nul être n'agit selon qu'il est en puissance, mais parce qu'il est en acte; et la conclusion que l'on en tirera, c'est que l'intellect actif et l'intellect possible ne peuvent se réunir dans l'unique substance de l'âme.

---

extra hominem, tota operatio hominis dependet a principio extrinseco. Non igitur erit homo agens seipsum, sed actus ab alio; et sic non erit dominus suarum operationum, nec meretur laudem aut vituperium; et peribit tota scientia moralis et conversatio politica; quod est inconveniens. Non est igitur intellectus agens substantia separata ab homine.

CAPUT LXXVII.

Quod non est impossibile intellectum possibilem, et agentem, in una substantia animæ convenire.

Videbitur autem forsan alicui hoc esse impossibile quod una et eadem substantia, scilicet nostræ animæ, sit in potentia ad omnia intelligibilia (quod pertinet ad intellectum possibilem) et faciat ea actu (quod est intellectus agentis), quum nihil agat secundum quod est in potentia, sed secundum quod est in actu. Unde non videbitur quod agens et possibilis intellectus possint in una substantia animæ convenire.

Si quis autem recte inspiciat, nihil inconveniens aut difficile sequitur. Nihil enim prohibet hoc, respectu illius, esse secundum aliquid in potentia et secundum aliud in actu, sicut in rebus naturalibus videmus; aer enim est actu humidus et potentia siccus, terra autem e converso. Hæc autem comparatio invenitur esse inter animam intellectivam et phantasmata. Habet enim

Si l'on examine avec l'attention requise cette question, on verra qu'elle ne présente ni contradiction ni difficulté. Rien, en effet, ne s'oppose à ce qu'un être soit, relativement à un autre, en puissance sous un rapport et en acte sous un autre rapport, ainsi que cela arrive dans les choses de la nature : l'atmosphère, par exemple, est humide actuellement et sèche en puissance, tandis que la terre est dans un état opposé. La même relation existe entre l'âme intelligente et les images ; car il y a dans cette âme intelligente une faculté qui est en acte et pour laquelle l'image est en puissance, et réciproquement, elle est en puissance elle-même pour une chose qui se trouve en acte dans l'image. En voici la raison. L'âme humaine est une substance immatérielle, et, comme il résulte de ce que nous avons dit plus haut [ch. 49, 50 et 51], sa nature est par cela même intellectuelle, puisque c'est la condition de toute substance immatérielle. Cependant cette qualité ne suffit pas seule pour l'assimiler réellement à tel ou tel être déterminé, et l'assimilation est indispensable, pour que notre âme connaisse cet être déterminé ; car il n'y a de connaissance qu'autant que la ressemblance de l'objet connu pénètre dans le sujet qui connaît. L'âme intelligente reste donc en puissance, par rapport à certaines ressemblances des choses que nous pouvons connaître, et qui ne sont autres que les natures mêmes des objets sensibles. Ces natures déterminées des objets sensibles, les images nous les rendent présentes ; cependant elles ne sont pas encore arrivées à l'état d'êtres intelligibles, parce qu'elles ne sont que des ressemblances d'objets sensibles, même à raison de leurs qualités matérielles, qui sont des propriétés individuelles résidant dans des organes composés de matière. Ces natures ne sont donc pas encore actuellement intelligibles ; toutefois, comme il est possible de saisir dans tel homme, dont les

---

anima intellectiva aliquid in actu, ad quod phantasma est in potentia; et ad aliquid est in potentia, quod in phantasmatibus actu invenitur. Habet enim substantia animæ humanæ immaterialitatem ; et, sicut ex dictis patet (c. 49, 50 et 51), ex hoc habet naturam intellectualem, quia omnis substantia immaterialis est hujusmodi. Ex hoc autem nondum habet quod assimiletur huic vel illi rei determinate, quod requiritur ad hoc quod anima nostra hanc vel illam rem determinate cognoscat; omnis enim cognitio fit secundum similitudinem cogniti in cognoscente. Remanet igitur ipsa anima intellectiva in potentia ad determinatas similitudines rerum cognoscibilium a nobis, quæ sunt naturæ rerum sensibilium. Et has quidem determinatas naturas rerum sensibilium præsentant nobis phantasmata, quæ tamen nondum pervenerunt ad esse intelligibile, quum sint similitudines rerum sensibilium etiam secundum conditiones materiales, quæ sunt proprietates individuales et sunt etiam in organis materialibus. Non igitur sunt intelligibilia actu ; et tamen quia, in hoc homine cujus similitudinem repræsentant phantasmata, est accipere naturam universalem denudatam ab omni-

images reproduisent la ressemblance, la nature universelle [ou le genre] dépouillée de tout ce qui l'individualise, elles sont intelligibles en puissance. Elles ont donc en puissance la qualité d'êtres intelligibles, et actuellement elles déterminent [et précisent] la ressemblance des objets. Or, l'âme intelligente est dans la disposition inverse correspondante. Donc l'âme intelligente renferme en elle une vertu active qui s'exerce sur les images en les rendant actuellement intelligibles; et cette faculté prend le nom d'intellect actif. Elle est douée aussi d'une autre faculté, qui est en puissance relativement aux ressemblances déterminées des objets sensibles, et celle-ci est l'intellect possible.

Il y a pourtant une différence entre les dispositions respectives de l'âme et des agents naturels. Elle consiste en ce que, lorsqu'il s'agit des agents naturels, un être est en puissance pour une chose parce qu'il est susceptible du mode d'existence suivant lequel cette chose est actuellement dans un autre être; par exemple, la substance de l'air est en puissance pour la forme de l'eau, telle qu'elle se trouve dans ce liquide. En sorte que les corps naturels, qui ont eu une matière commune, deviennent réciproquement, et suivant un ordre invariable, agents et sujets de l'action. Quant à l'âme intelligente, elle est en puissance par rapport aux ressemblances des choses attachées à leurs images, non parce qu'elle est apte à recevoir le mode d'existence que ces ressemblances ont dans leurs images, mais en ce sens que les ressemblances se trouvent élevées jusqu'à un être qui leur est supérieur, afin d'être séparées par l'abstraction des qualités matérielles qui les individualisent; ce qui les fait passer à l'état d'intelligibles actuels. Par conséquent, l'action qu'exerce l'intellect actif sur les images pré-

---

bus conditionibus individuantibus, sunt intelligibilia in potentia. Sic igitur habent intelligibilitatem in potentia, determinationem autem similitudinis rerum in actu. E contrario autem erat in anima intellectiva. Est igitur in anima intellectiva virtus activa in phantasmata, faciens ea intelligibilia actu; et hæc potentia animæ vocatur intellectus agens. Est etiam in ea virtus quæ est in potentia ad determinatas similitudines rerum sensibilium; et hæc est potentia intellectus possibilis.

Differt tamen hoc quod invenitur in anima ab eo quod invenitur in agentibus naturalibus, quia ibi unum est in potentia ad aliud secundum eumdem modum quo in altero invenitur actu; nam materia aeris est in potentia ad formam aquæ eo modo quo est in aqua; et ideo corpora naturalia quæ communicabant in materia, eodem ordine agunt et patiuntur ad invicem; anima autem intellectiva non est in potentia ad similitudines rerum quæ sunt in phantasmatibus, per modum illum quo sunt ibi, sed secundum quod illæ similitudines elevantur ad aliquid altius, ut scilicet sint abstractæ a conditionibus individuantibus materialibus, ex quo fiunt intelligibiles actu; et ideo actio intellectus agentis in phantasmata præcedit receptionem intellectus possibilis, ac sic principalitas actionis non attribuitur phantasmatibus, sed intel-

cède la perception de ces images dans l'intellect possible, et ainsi la part principale de cette action revient, non pas aux images, mais à l'intellect actif; ce qui fait dire à Aristote que le premier intellect est au second ce qu'est l'art relativement à la matière (1). Nous aurions de ceci un exemple parfait, si l'œil, outre la propriété qu'il possède d'être diaphane et de percevoir les couleurs, renfermait encore en lui la lumière nécessaire pour rendre ces couleurs actuellement visibles, comme cela a lieu, selon quelques auteurs, pour certains animaux qui projettent sur les objets une lumière inhérente à leur organe, et suffisante pour les leur faire distinguer. C'est même pour cette raison qu'ils sont plus clairvoyants la nuit que le jour; car leur vue étant faible, une lumière douce leur convient, tandis qu'elle les éblouit en devenant trop brillante. Un fait analogue se produit dans notre intelligence, qui est, pour les choses les plus claires, dans la même disposition que l'œil du hibou par rapport au soleil (2). C'est pourquoi une lumière intellectuelle modérée, comme il convient à notre nature, nous suffit pour connaître suivant notre capacité.

Si l'on réfléchit bien à la nécessité où l'on se trouve d'admettre un intellect actif, on restera convaincu de cette vérité, qu'une lumière intellectuelle proportionnée à la nature de notre âme est suffisante pour que l'intellect actif réalise son action. En effet, de même que les sens sont en puissance pour les objets sensibles, il y a également un instant où notre âme est en puissance pour les êtres intelligibles; car comme

(1) Voyez la note 2 du ch. 76, p. 156.

(2) Cette comparaison est empruntée à Aristote qui s'exprime ainsi : « Speculatio de veritate partim difficilis, partim facilis est..... Cum difficultas duobus sit modis, fortassis causa ejus non rebus, sed nobis ipsis inest; quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita intellectus animæ nostræ ad ea quæ manifestissima omnium sunt (*Metaphys.* II, c. 1).

---

lectui agenti; propter quod Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 5) quod se habet ad possibilem sicut ars ad materiam. — Hujus autem exemplum omnino simile esset, si oculus, simul cum hoc quod est diaphanum et susceptivus colorum, haberet tantum de luce quod posset colores facere visibiles actu; sicut quædam animalia dicuntur sui oculi luce sufficienter sibi illuminare objecta, propter quod de nocte vident magis, in die vero minus; sunt enim debilium oculorum, quia a parva luce moventur, ad multam autem confunduntur. Cui etiam simile est in intellectu nostro, qui ad ea quæ sunt manifestissima se habet sicut oculus noctuæ ad solem; unde parvum lumen intelligibile quod est nobis connaturale sufficit ad nostrum intelligere.

Quod autem lumen intelligibile nostræ animæ connaturale sufficiat ad faciendum actionem intellectus agentis, patet, si quis consideret necessitatem ponendi intellectum agentem. Inveniebatur enim anima nostra in potentia ad intelligibilia, sicut sensus ad sensibilia; sicut enim non semper sentimus, ita non semper intelligimus. Hæc autem intelligibilia quæ anima intellectiva humana intelligit Plato posuit esse intelligibilia per seipsa, scilicet *ideas;* unde non erat ei necessarium ponere intellectum

nous ne sentons pas continuellement, ainsi nous ne connaissons pas toujours. Selon Platon (3), ces êtres intelligibles que l'âme intelligente de l'homme connaît sont intelligibles par eux-mêmes; ce qui revient à dire que ce sont des *idées*. C'est pourquoi, dans son système, il n'avait aucun besoin d'un intellect qui exerce son action sur les intelligibles. Mais cela supposé, il s'ensuit que plus une chose sera intelligible en raison de sa nature, et plus nous la connaîtrons parfaitement. Or, cette conséquence est évidemment fausse; car les choses les plus accessibles aux sens sont les plus intelligibles pour nous, quoiqu'elles le soient moins en elles-mêmes. C'est pour cette raison qu'Aristote enseigne que les êtres intelligibles pour nous ne le sont pas par eux-mêmes, mais le deviennent par le moyen des sens (4). Il est ainsi nécessairement conduit à déduire de ce principe l'existence d'une faculté qui leur fait subir cette transformation, et cette faculté est l'intellect actif. La fonction propre de l'intellect actif est donc de former des êtres intelligibles qui soient à la portée de notre esprit. Or, il n'y a rien en cela qui soit disproportionné à la lumière intellectuelle que notre nature comporte. Nous pouvons donc, sans aucune difficulté, attribuer à la lumière même qui est dans notre âme l'action de l'intellect actif, surtout en voyant qu'Aristote compare cet intellect actif à une lumière (5).

(3) Voyez la note 4 du ch. 54, liv. I, p. 181.
(4) Voyez la note 2 du ch. 59, p. 60; et la note 2 du ch. 76, p. 156.
(5) Voyez la note 2 du ch. 76, p. 156.

---

agentem intelligibilia. Si autem hoc esset verum, oporteret quod, quanto aliqua sunt secundum se magis intelligibilia, eo magis intelligerentur a nobis; quod patet esse falsum; nam magis sunt nobis intelligibilia quæ sunt sensui proximiora, quæ (tamen) in se sunt minus intelligibilia. Unde Aristoteles fuit motus ad ponendum (de Anima, III, c. 4 et 5) quod ea quæ sunt nobis intelligibilia non sunt aliqua existentia intelligibilia per seipsa, sed fiunt ex sensibilibus; unde oportuit quod poneret virtutem quæ hoc faceret; et hæc est intellectus agens. Ad hoc ergo ponitur intellectus agens ut faciat intelligibilia nobis proportionata. Hoc autem non excedit modum luminis intelligibilis nobis connaturalis. Unde nihil prohibet ipsi lumini nostræ animæ attribuere actionem intellectus agentis, et præcipue quum Aristoteles (de Anima, III, c. 5) intellectum agentem comparet lumini.

CHAPITRE LXXVIII.

Aristote ne considère pas l'intellect actif comme une substance séparée, mais comme une faculté de notre âme.

Plusieurs ont embrassé l'opinion qui vient d'être réfutée, parce qu'ils la prenaient pour le sentiment d'Aristote. Nous allons donc démontrer, par ses propres paroles, qu'à son jugement l'intellect actif n'est pas une substance séparée (1).

1° Voici comment il s'exprime d'abord [note 1, 12°] : « De même qu'on rencontre constamment dans la nature quelque chose qui est comme la matière de chaque genre et cette matière est en puissance par rapport à tous les êtres qui font partie de ce genre, et de plus

(1) Nous reproduisons ici les passages d'Aristote, indiqués ou cités par saint Thomas, en les rétablissant dans leur ordre naturel. Ces passages sont distingués les uns des autres par des chiffres correspondant aux renvois du texte. Tous sont extraits du liv. III du traité *De l'âme*. La traduction latine est celle que l'on attribue à Jean Argyropulo.

1° Instrumentum uniuscujusque sensus ipsum sensibile sine materia suscipit. Quocirca sensibilibus ipsis semotis, insunt in sensuum instrumentis sensus imaginationesque. Atqui operatio rei sensibilis atque sensus una quidem et eadem est; at earum ratio non eadem est : dico autem sonum actu et auditum actu..... Eadem est et in cæteris sensibus et sensibilibus ratio ; atque ut actio passioque non in agente est, sed in eo quod patitur, sic et ipsius sensibilis actio in ipso est sensitivo (c. 2). — 2° Neque formas simul sensus ac intellectus, si talia sint ut patiantur, suscipiunt (c. 2 in fine). — 3° Si intelligere sit ut sentire, aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale. Vacare igitur ipsam (animam) passione, sed formæ susceptivam esse oportet ; et potentia talem, sed non illam esse ; et similitudinem subire cum sensu, ut quemadmodum se habet ad sensibilia sensus, sic se habeat ad intelligibilia intellectus (c. 4 init.). — 4° Intellectus a corpore est separabilis. Factus autem unumquodque, perinde atque is qui dicitur actu sciens ; quod quidem tum accidit, cum ipse per seipsum operari potest, est quidem et tunc quodammodo potentia, sed non perinde ut erat antea quam didiscisset vel invenisset ; atque tunc seipsum etiam intelligere potest (c. 4 ad med.). — 5° Omnino igitur ut res separabiles sunt a materia, sic sese habent et ea quæ sunt circa intellectum ipsum. Dubitabit autem non injuria quispiam, quonam modo intelliget intellectus, si ipse quidem simplex sit ac passionis expers, nihilque habeat cum ulla re prorsus commune, sicut Anaxagoras asserit, intelligere autem pati quoddam sit, ut diximus ; quo namque quippiam est utriusque commune, hoc nimirum alterum agere, alterum pati videtur. — 6° Præterea ambiget quispiam si ipse etiam intelligibilis sit. Nam aut cæteris rebus

---

CAPUT LXXVIII.

Quod non fuit sententia Aristotelis quod intellectus agens sit substantia separata, sed magis quod sit aliquid animæ.

Quia vero plures opinioni suprapositæ assentiunt, credentes eam fuisse opinionem Aristotelis, ostendendum est, ex verbis ejus (de Anima, III), quod ipse hoc non sentit de intellectu agente quod sit substantia separata.

1° Dicit enim primo (vid. not. 1, n. 12) quod, « sicut in omni natura est aliquid

quelque chose qui est doué d'une vertu efficiente et réalise tous les êtres de ce genre par une opération semblable à celle que l'art exerce sur la matière, nous devons nécessairement retrouver dans l'âme des différences analogues. » En effet, ce qui dans l'âme tient lieu de matière, c'est l'intellect possible, dans lequel tous les êtres deviennent intelligibles. Ce qui fait l'office de cause efficiente, c'est l'intellect qui a la vertu de produire tous les êtres sous quelque rapport, en les rendant actuellement intelligibles : tel est l'intellect actif, qui est à l'état d'*habitude* et non pas de puissance. Pour nous faire comprendre quel sens il attache à ce mot d'*habitude* appliqué à l'intellect actif, le Philosophe ajoute que cette faculté est comme une lumière [note 1, 12°]; car la lumière fait en quelque sorte passer les couleurs de la puissance à l'acte, lorsqu'elle les rend actuellement visibles, et nous attribuons une opération semblable à l'intellect actif à l'égard des êtres intelligibles. Il ressort donc clairement de tout cela que l'intellect

inerit intellectus, nisi alia ratione sit intelligibilis ipse, intelligibile autem unum quoddam est specie; aut aliquid ipse mixtum habebit, quod ipsum intelligibilem perinde atque cætera facit. At enim ipsum pati divisum est prius, una quadam ratione communi. — 7° Atque intellectus potentia quidem est quodam modo intelligibilia ipsa, actu vero nihil est eorum antea quam intelligat ipsa. Oportet autem in ipso nihil esse, perinde atque in tabula nihil est actu scriptum, antea quam in ipsa scribatur ; hoc enim in ipso fit atque accidit intellectu — 8° Est etiam intelligibilis et ipse ut intelligibilia cuncta. — 9° Nam in hisce quidem quæ sine materia sunt, intelligens et id quod intelligitur idem est ; etenim idem est contemplativa scientia et id quod sub scientiam cadit ; sed cur non semper intelligit, consideranda est causa. In iis autem quæ materiam habent, unumquodque intelligibilium potentia est. Quare illis quidem non inerit intellectus ; — 10° nam intellectus talium potentia sine materia est. — 11° Ipse autem intelligibilis rationem subibit (c. 4 in fine). — 12° Cum autem in omni natura sint quædam quorum alterum quidem unicuique generi materies est ; quod id esse patet, quod est potentia illa cuncta ; alterum vero causa est et efficiens omnia, nimirum efficiendo atque agendo talem subiens rationem, qualem ars conditionem ad materiam subit ; necesse est et in anima differentias has easdem inesse. Atque quidam est intellectus talis ut omnia fiat, quidam talis ut omnia agat atque efficiat, qui quidem ut habitus est quidam et perinde ac lumen ; nam et lumen colores, qui sunt potentia, actu colores quodammodo facit. — 13° Et is intellectus separabilis est et non mixtus, passioneque vacat, cum sit substantia actus ; semper enim id, quod efficit atque agit, præstabilius est eo quod patitur, et ipsum principium omnino materia. — 14° Scientia autem ea quæ est actu est idem quod res ; ea vero quæ est potentia, in uno prior est tempore ; absolute autem neque tempore ; sed non nunc quidem intelligit, nunc autem non intelligit. — 15° Separatus vero, id est solum quod est, atque id solum est immortale perpetuumque (c. 5).

---

quasi materia in unoquoque genere (et hoc est in potentia ad omnia quæ sunt illius generis), et aliquid quasi efficiens (quod facit omnia quæ sunt illius generis, sicut se habet ars ad materiam), necesse est et in anima esse has differentias, » et hujusmodi quidem, scilicet : quod in anima est sicut materia, est intellectus possibilis, in quo fiunt omnia intelligibilia ; ille vero qui in anima est sicut efficiens causa, est intellectus quo est omnia facere, scilicet intelligibilia in actu, id est intellectus agens, qui est sicut habitus et non sicut potentia. Qualiter autem dixerit intellectum agentem habitum, exponit subjungens (not. 1, n. 12) quod est sicut lumen ; quodam enim modo lumen facit potentia colores esse actu colores, in quantum scilicet

actif n'est pas une substance séparée, mais plutôt une faculté de l'âme, puisqu'Aristote dit expressément que l'intellect possible et l'intellect actif sont des différences de l'âme qui résident dans l'âme. Donc elles ne sont ni l'une ni l'autre une substance séparée.

2° Le raisonnement suivant du Philosophe nous découvre que c'est là son sentiment [note 1, 12°]. Il existe dans toute nature composée de puissance et d'acte une chose qui, comme matière, est en puissance pour tout ce qui fait partie du même genre, et une autre chose qui, comme agent, fait arriver la puissance à l'acte; et il en est de même de tout produit artificiel qui suppose un art et une matière. Or, l'âme intelligente est une nature qui renferme la puissance et l'acte, puisqu'elle connaît tantôt en acte et tantôt en puissance. Donc il y a dans cette nature de l'âme intelligente un principe qui, tenant lieu de matière, est en puissance pour tous les intelligibles, et nous l'appelons l'intellect possible; et un autre principe qui, en qualité de cause efficiente, rend actuels tous ces intelligibles, et nous le désignons sous le nom d'intellect actif. Donc, d'après la démonstration d'Aristote, ces deux intellects sont dans la nature même de l'âme, et ils n'ont pas un *être* distinct de celui du corps, dont l'âme est l'acte.

3° Aristote dit au même endroit que l'intellect actif est « une sorte d'*habitude*, de même que la lumière » [note 1, 12°]. Or, une habitude ne s'individualise pas comme un être qui existe par lui-même; mais c'est un attribut dans un sujet. Donc l'intellect actif n'est pas une substance qui a une existence propre et distincte, mais une faculté de l'âme humaine. Aristote ne veut pas dire que cette habitude est un effet de l'intellect actif; mais sa pensée est que l'homme connaît tout

---

facit eos visibiles actu; hoc autem circa intelligibilia attribuitur intellectui agenti. Ex his autem manifeste habetur quod intellectus agens non sit substantia separata, sed magis aliquid animæ; expresse enim dicit quod intellectus possibilis, et agens, sunt differentiæ animæ, et quod sunt in anima; neutra ergo earum est substantia separata.

2° Adhuc, Ratio ejus hoc idem ostendit (not. 1, n. 12): « Quia in omni natura in qua invenitur potentia et actus, est aliquid quasi materia, quod est in potentia ad ea quæ sunt illius generis, et aliquid quasi agens, quod reducit potentiam in actum, sicut in artificialibus est ars in materia; » sed anima intellectiva est quædam natura in qua invenitur potentia et actus, quum quandoque sit actu intelligens et quandoque in potentia; est igitur, in natura animæ intellectivæ, aliquid quasi materia, quod est in potentia ad omnia intelligibilia, quod dicitur intellectus possibilis, et aliquid quasi causa efficiens, quod facit omnia in actu, et dicitur intellectus agens. Uterque igitur intellectus, secundum demonstrationem Aristotelis, est in natura animæ, et non aliquid separatum, secundum esse, a corpore cujus anima est actus.

3° Amplius, Aristoteles dicit (not. 1, n. 12) quod intellectus agens est sicut habitus, quod est lumen. Habitus autem non signatur ut aliquid per se exsistens, sed alicujus habentis. Non est igitur intellectus agens aliqua substantia separatim per se exsistens, sed est aliquid animæ

par l'intellect actif, ce qui équivaut à une habitude. Averrhoès le Commentateur attache le même sens au mot *habitude*, dans le cas présent, lorsqu'il dit que celui qui la possède connaît, en vertu de cette habitude, tout ce qui est à sa portée, de lui-même, quand il le veut, et sans aucun secours extérieur; car il assimile expressément à l'habitude, non pas l'effet produit par l'intellect actif, mais cet intellect lui-même, qui a la propriété de tout reproduire.—Il ne faut pas croire pour cela que l'intellect actif est une habitude semblable à celle qui appartient aux qualités de la seconde espèce (2), ce qui a fait croire à quelques-uns que l'intellect actif est la connaissance habituelle des principes; car Aristote enseigne que nous arrivons à cette connaissance habituelle par les objets sensibles (3), et par conséquent,

(2) Aristote, dans son livre des *Catégories*, distingue quatre espèces de qualités, et la seconde espèce, dont il est ici question, est la *puissance naturelle*. — « Qualitatem voco ex qua quales nominamur Qualitatis autem genera sunt plura, unum *habitus* et *affectio*. Sed habitus hoc differt ab affectione, quod habitus longinquior est et permanentior, quales sunt scientia atque virtutes..... Hoc igitur inter habitum et affectionem interest, quod hæc facile desistere potest, ille diuturnior est difficulterque divellitur. Habitus vero etiam affectiones sunt; affectiones autem non necesse est vicissim esse habitus ; nam ii in quibus habitus insunt, iis etiam afficiuntur. At qui affecti sunt, ii non continuo habitibus sunt præditi. — Alterum genus qualitatis est ex quo aliquos ad pugnandum aptos et ad cursum, alios ad bonam valetudinem et ad morbos proclives esse dicimus, et omnino ea omnia quæ a vi et facultate naturali aut imbecillitate appellantur. Non enim ex eo hæc dicuntur quod affecti sint quodam certo genere, sed quia vim quamdam aut imbecillitatem eis natura tribuit, qua apti sunt ad *facile aliquid faciendum*, *nihilve patiendum*...— Tertium qualitatis genus conficiunt *patibiles qualitates* ac *perturbationes*, *affectusve*, in quo genere sunt dulcedo, amaror, acerbitas, quæque sunt ejusdem generis ; itemque calor, frigus, candor, atror. Has autem esse qualitates hinc perspici potest, quod ea in quibus insunt, qualia ex eis nominantur..... — Quartum qualitatis genus est *figura* et ea quæ in quoque est forma, itemque rectitudo et obliquitas et si quid aliud his simile est Nam ex his aliquid quale dicitur. Nam et triangulum et quadratum et rectum et obliquum esse quale quiddam nominatur » (*Categoriæ*, cap. *De qualitate*).

On peut encore partager les qualités en *substantielles* et *accidentelles* : les premières tiennent à l'essence même de la chose ; les secondes sont contingentes. Dans les créatures, toutes les qualités sont contingentes, puisque nulle créature n'existe nécessairement, et les qualités *substantielles* sont seules nécessaires conditionnellement, c'est-à-dire, supposé que la chose même existe. En Dieu, toutes les qualités sont *substantielles*, et, par conséquent, nécessaires ; car il existe nécessairement et il y a identité parfaite entre son essence et son *être*, ses attributs et sa substance.

(3) Neque certi cujusdam generis habitus sunt nobis natura insiti, quibus principia intelligamus, neque ex aliis habitibus prioribus ac notioribus oriuntur, sed sensibus modo

---

humanæ. — Non autem intelligitur littera Aristotelis ut habitus dicatur esse effectus intellectus agentis, sed ut sit sensus : Intellectus agens facit hominem intelligere omnia, quod est sicut habitus. Hæc enim est diffinitio habitus, ut commentator Averrhoes ibidem dicit, quod habens habitum intelligat per ipsum quod est sibi proprium, ex se, et quando voluerit, absque hoc quod indigeat in eo aliquo extrinseco; expresse enim assimilat habitui non ipsum factum, sed intellectum quo est omnia facere. — Nec tamen intelligendum est quod intellectus agens sit habitus per modum quo habitus est in secunda specie qualitatis, secundum quod quidam dixerunt intellectum agentem esse habitum principiorum; quia habitus ille principiorum est acceptus a

elle doit avoir pour cause l'intellect actif, dont la fonction propre est de faire connaître actuellement ce qui n'est connu qu'en puissance. Mais on considère cette habitude comme l'opposé de la privation et de la puissance [passive], et, sous ce rapport, toute forme et tout acte peut s'appeler une habitude; ce qui le prouve, c'est que le Philosophe, en disant que l'intellect actif est une habitude, le compare à la lumière [note 1, 12°].

4° Plus loin, le Philosophe ajoute que « l'intellect actif est séparé, sans mélange, impassible, et que c'est un être actuel à raison de la substance » [note 1, 13°]. Un peu auparavant, il accorde positivement à l'intellect possible deux des quatre qualités qu'il attribue maintenant à l'intellect actif; car il dit que l'intellect possible est exempt de mélange et séparé. Il lui reconnaît également la troisième, mais en faisant une distinction; car il établit d'abord qu'il n'est pas passible à la manière des sens [note 1, 2°], et ensuite qu'en prenant la *passiveté* dans sa plus large extension, il est passible, parce qu'il est en puissance pour les êtres intelligibles [note 1, 3°]. Quant à la quatrième, il la refuse absolument à l'intellect possible, puisqu'il dit que « cet intellect est d'abord en puissance pour les êtres intelligibles, et qu'il n'est actuellement aucun d'eux avant de connaître. » L'intellect possible a donc en commun avec l'intellect actif les deux premières qualités; la troisième lui convient seulement en partie, et la quatrième lui est complétement étrangère.

tribuenda est hujus cognitionis origo..... Ac primum, cum se aliquod individuum sensibus offert, tum primum animo comprehenditur universum genus. Etenim singulare quidem est quod sentitur, sed sensus ipsi intimaque cogitatio ad genus universum pertinet (Arist. *Analytic. poster.* II, c. 18).

---

sensibilibus, ut probat Aristoteles (Analytic. poster. II, c. 18), et sic oportet quod sit effectus intellectus agentis, cujus est phantasmata, quæ sunt intellecta in potentia, facere intellecta in actu. Sed accipitur habitus secundum quod dividitur contra privationem et potentiam, sicut omnis forma et actus potest dici habitus; et hoc apparet, quia dicit hoc modo intellectum agentem esse habitum sicut lumen habitus est (not. 1, n. 12).

4° Deinde subjungit (not. 1, n. 13) quod hic intellectus, scilicet agens, « est separatus et immixtus et impassibilis et substantia actu ens. » Horum autem quatuor quæ attribuit intellectui agenti, duo supra expresse de intellectu possibili dixerat, scilicet quod sit immixtus et quod sit separatus. Tertium, scilicet quod sit impassibilis, sub distinctione dixerat; ostendit enim primo (not. 1, n. 2) quod non est passibilis sicut sensus, et postmodum (not 1, n. 3) ostendit quod, communiter accipiendo pati, passibilis est, in quantum scilicet est in potentia ad intelligibilia. Quartum vero omnino negaverat de intellectu possibili, dicendo quod « erat in potentia ad intelligibilia, et nihil horum erat actu ante intelligere. » Sic igitur, in duobus primis, intellectus possibilis convenit cum agente; in tertio, partim convenit et partim differt; in quarto autem, omnino differt agens a possibili.

Has quatuor conditiones agentis probat

Pour prouver que ces quatre qualités appartiennent à l'intellect actif, Aristote apporte cette seule raison : « Dans tous les cas, l'agent est plus noble que le sujet passif, et le principe [ce qui s'entend du principe actif] l'emporte sur la matière » [note 1, 13°]. Nous lisons, en effet, plus haut, que « l'intellect actif tient la place de la cause efficiente, et l'intellect possible, celle de la matière » [note 1, 12°]. Cette raison sert à prouver les deux premiers points, de cette manière. L'agent est plus noble que le sujet passif et que la matière. Or, l'intellect possible, qui tient lieu de sujet passif et de matière, est séparé et exempt de mélange [ch. 62]. Donc il en est de même, à plus forte raison, de l'intellect actif. Quant aux deux derniers points, voici comment ils se démontrent. L'agent est plus noble que le sujet passif et que la matière, à raison même de la relation qui existe entre l'agent, qui est aussi un être actuel, et le sujet passif, qui n'est un être qu'en puissance. Or, l'intellect possible est, à certains égards, un sujet passif et un être en puissance. Donc l'intellect actif est exempt de passiveté, et son être est actuel. — On voit clairement qu'on ne peut pas conclure des paroles d'Aristote que l'intellect actif est une substance séparée, mais seulement qu'il est séparé de la même manière que l'intellect possible, c'est-à-dire qu'il n'a point d'organe corporel. Il ne se contredit pas non plus lorsqu'il dit que cet intellect est « un être actuel à raison de la substance ; » et ensuite que « la substance de l'âme est en puissance, » comme nous l'avons établi nous-même [ch. 76].

5° On lit immédiatement après le passage qui précède ces paroles [note 1, 14°] : « La science actuelle est la même chose que son objet » (4). Le Commentateur [Averrhoès] dit qu'en cela que con-

(4) Nous traduisons ainsi d'après le texte grec que voici : Τὸ αὐτὸ δέ ἐστιν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐπιστήμη τῷ πράγματι. La version latine porte : *Scientia autem ea, quæ est actu, est idem quod res.*

---

per unam rationem, subjungens (not. 1, n. 13) : « Semper enim honorabilius est agens patiente, et principium (scilicet activum) materia ; » supra enim (not. 1, n. 12) dixerat quod « intellectus agens est sicut causa efficiens, et possibilis sicut materia. » Per hoc autem medium concluduntur duo prima sic : Agens est honorabilius patiente et materia ; sed possibilis, qui est sicut patiens et materia, est separatus et immixtus, ut supra (c. 62) probatum est ; ergo multo magis agens. Alia vero per hoc medium sic excluduntur : Agens in hoc est honorabilius patiente et materia quod comparatur ad ipsum sicut agens et actu ens ad patiens et ens in potentia ; intellectus autem possibilis est patiens quodammodo et potentia ens ; intellectus igitur agens est non patiens, et actu ens. — Patet autem quod nec ex his verbis Aristotelis haberi potest quod intellectus agens sit quædam substantia separata, sed quod sit separatus hoc modo quo supra dixit de possibili, scilicet ut non habeat organum. Quod autem dicit quod ést « substantia actu ens, » non repugnat ei quod « substantia animæ est in potentia, » ut supra (c. 76) ostensum est.

5° Deinde subjungit (not. 1, n. 14) :

siste la différence entre les deux intellects; car dans l'intellect actif, le sujet qui connaît et l'objet connu sont une même chose, ce qui n'a pas lieu pour l'intellect possible. Mais cette interprétation est certainement contraire à la pensée d'Aristote, qui accorde, plus haut [note 1, 4°, 8° et 11°], la même propriété à l'intellect possible, en ces termes: « Cet intellect est intelligible comme tous les êtres intelligibles; car lorsqu'il s'agit des substances immatérielles, le sujet qui connaît et l'objet connu sont une même chose, parce qu'il y a identité entre la science contemplative et l'être qu'elle contemple » (5). En disant que l'intellect possible, lorsqu'il connaît actuellement, devient une même chose avec l'objet connu, il veut manifestement nous faire comprendre que l'intellect possible est connu comme le sont tous les êtres intelligibles. — D'abord, il a affirmé positivement auparavant [note 1, 7°] que « l'intellect possible est, en quelque manière, les intelligibles mêmes; cependant il n'est rien actuellement avant de connaître; » ce qui signifie évidemment que, par là même qu'il a une connaissance actuelle, il devient une même chose avec les êtres [ou les formes] intelligibles. On ne doit pas s'étonner que le Philosophe s'exprime ainsi en parlant de l'intellect possible, puisqu'il a précédemment professé la même doctrine au sujet des sens et des espèces sensibles qui arrivent à l'acte [note 1, 1° et 3°]. Le sens (6), en effet, entre en acte par le moyen de l'espèce [ou forme sensible] actuellement sentie (7); de

(5) Καὶ αὐτὸς δὲ νοητός ἐστιν ὥσπερ τὰ νοητά· ἐπὶ μὲν γὲ των ἄνευ ὕλης, τὸ αὐτὸ ἐστι τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον· ἡ γὲ ἐπιστήμη ἡ θεωρητικὴ, καὶ τὸ ἐπιστητὸν τὸ αὐτὸ ἐστι. — L'objet connu qui s'identifie avec l'intelligence n'est pas la substance même de la chose, mais son *être* ou sa forme intelligible.

(6) Voyez la note 5 du ch. 74, p. 143; et la note 2 du ch. 80, p. 192.

(7) Ou qui cause la sensation actuelle.

« Idem autem est, secundum actum, scientia rei; » in quo Commentator dicit quod differt intellectus agens a possibili; nam, in intellectu agente, idem est intelligens et intellectum, non autem in possibili Hoc autem manifeste est contra intentionem Aristotelis; nam supra (not. 1, n. 4, 8 et 11) eadem verba dixerat de intellectu possibili, ubi dixit de intellectu possibili quod « ipse intelligibilis est sicut intelligibilia; in his enim quæ sine materia sunt, idem est intelligens et quod intelligitur; scientia namque speculativa et quod speculatum est idem est. » Manifeste enim, per hoc quod intellectus possibilis, prout est actu intelligens, idem est cum eo quod intelligitur, vult ostendere quod intellectus possibilis intelligitur sicut alia intelligibilia. — Et primum, supra (not. 1, n. 7) dixerat quod « intellectus possibilis est quodammodo intelligibilia; sed nihil actu est antequam intelligat; » ubi expresse dat intelligere quod, per hoc quod intelligit actu, fit ipsa intelligibilia. Nec est mirum si hoc dicat de intellectu possibili, quia hoc etiam supra (not. 1, n. 1 et 3) dixerat de sensu et sensibili secundum actum; sensus enim fit actu per speciem sensatam in actu, et similiter intellectus possibilis fit actu per speciem intelligibilem actu; et hac ratione intellectus in actu dicitur ipsum intelligibile in actu. Est igitur dicendum quod, postquam Aris-

même, l'intellect possible passe à l'acte au moyen de l'espèce [ou forme] intelligible actuelle, et c'est pour cette raison que l'on regarde comme une seule chose l'intellect en acte et l'intelligible actuel. Il faut donc admettre qu'après avoir traité de l'intellect possible et de l'intellect actif, Aristote aborde la question de l'intelligence en acte, lorsqu'il dit que « la science actuelle est la même chose que l'objet actuel de cette science » [note 1, 14°].

6° Notre auteur poursuit [note 1, 14°] : « Celui [l'intellect] qui, à raison de la puissance, a la priorité sous le rapport du temps, dans un seul et même être considéré absolument, n'a plus cette priorité, même sous le rapport du temps » (8). Dans plusieurs endroits, il fait la même distinction entre la puissance et l'acte, savoir : que l'acte est, suivant l'ordre naturel, antérieur à la puissance; tandis que, si l'on tient compte du temps, la puissance précède l'acte dans un seul et même être, qui passe de la puissance à l'acte Mais en prenant les choses absolument, la puissance n'est pas antérieure à l'acte, même quant au temps, puisque la puissance ne peut arriver à l'acte que par l'acte (9). C'est pour cela qu'il nous dit que l'intellect en puissance [c'est-à-dire l'intellect possible], selon qu'il est en puissance, a la priorité de temps sur l'intellect en acte; ce qui n'est vrai que pour un seul et même être, mais non absolument [ou en général]; car l'intellect possible est réduit à l'acte par l'intellect actif, ainsi qu'il l'observe, et aussi par un

(8) Suivant le texte grec, il faudrait traduire : *Celle qui*, *quæ vero*, *quæ* se rapportant à *scientia;* car le passage cité à la note 4 est immédiatement suivi de ces paroles : Ἡ δὲ κατα δύναμιν, χρόνῳ προτερα ἐν τῳ ἑνι · ὅλως δέ, οὐδὲ χρονῳ · ἀλλ' οὐχ ὁτὲ μὲν νοεῖ, ὁτὲ δὲ οὐ νοεῖ. — Ea vero quæ est potentia, in uno prior est tempore; absolute autem, neque tempore : sed non nunc quidem intelligit, nunc autem non intelligit.

(9) C'est-à-dire que, pour donner une existence actuelle à un être qui n'est encore qu'à l'état de possible, il faut nécessairement un être réel, ou qui existe actuellement, puisque rien n'est cause de soi-même.

toteles determinavit de intellectu possibili et agente, hic incipit determinare de intellectu in actu, dicens (not. 1, n. 14) quod « scientia in actu est idem rei scitæ in actu. »

6° Deinde dicit (not. 1, n. 14) : « Qui vero secundum potentiam tempore prior in uno est, omnino autem neque in tempore. » Quaquidem distinctione inter potentiam et actum in pluribus locis utitur, scilicet quod actus, secundum naturam, est prior potentia; tempore vero, in uno et eodem quod mutatur de potentia in actum, est prior potentia actu; simpliciter vero loquendo, non est potentia etiam tempore prior actu, quia potentia non reducitur in actum nisi per actum. Dicit ergo quod intellectus qui est secundum potentiam (scilicet possibilis), prout est in potentia, prior est tempore quam intellectus in actu; et hoc dico in uno et eodem, non tamen omnino (id est universaliter); quia intellectus possibilis reducitur in actum per intellectum agentem, qui est in actu, ut dixit, et iterum per aliquem intellectum possibilem factum actu; unde dicit (Physic. III) quod ante addis-

autre intellect possible qui est arrivé à l'acte. Et d'après le même principe, il dit encore ailleurs que « le disciple a besoin, pour apprendre, d'un maître qui le fasse passer de la puissance à l'acte. » Il se propose donc, dans le passage précédent, de nous faire voir l'ordre corrélatif qui existe entre l'intellect possible, lorsqu'il est encore en puissance, et l'intelligence en acte.

7° Le Philosophe continue : « On ne peut pas dire qu'il y a un instant où il connaît et un autre instant où il ne connaît pas » [note 1, 14°], nous indiquant par là en quoi diffèrent l'intelligence en acte et l'intellect possible. Auparavant, en effet, il a dit, en parlant de l'intellect possible [note 1, 4°], qu'il ne connaît pas toujours ; mais que tantôt il est privé de connaissance, c'est-à-dire lorsqu'il est en puissance pour les êtres intelligibles ; et tantôt il connaît, savoir lorsqu'il est devenu actuellement une même chose avec ces intelligibles [note 1, 9°]. Or, l'intelligence est en acte lorsqu'elle s'identifie avec les espèces intelligibles, comme nous l'avons vu [note 1, 4° et 7°]. Donc il ne lui convient pas de connaître maintenant et d'être plus tard privée de connaissance.

8° Quelques lignes plus loin nous lisons (10) : « Cela seulement est séparé qui existe réellement » [note 1, 15°] ; ce qui ne peut s'entendre de l'intellect actif, car il n'est pas le seul qui soit séparé, puisqu'Aristote affirme la même chose de l'intellect possible [note 1, 4°] ; ni pareillement de l'intellect possible, parce qu'il reconnaît aussi cette propriété à l'intellect actif [note 1, 13°]. Ce jugement porte donc sur la faculté qui les comprend tous deux, c'est-à-dire sur

(10) Χωρισθεὶς δὲ ἐστι μόνον τοῦθ' ὅπερ ἐστι, καὶ τοῦτο μόνον ἀθανάτον καὶ ἀΐδιον. — Separatus vero, id est solum quod est, atque id solum est immortale perpetuumque.

---

cere, indiget aliquis docente ut reducatur de potentia in actum. Sic igitur in verbis istis ostendit ordinem intellectus possibilis, prout est in potentia, ad intellectum in actu.

7° Deinde dicit (not. 1, n. 14) : « Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit ; » in quo ostendit differentiam intellectus in actu et intellectus possibilis. Supra enim (not. 1, n. 4) dixit de intellectu possibili quod non semper intelligit, sed quandoque non intelligit (quando scilicet est in potentia ad intelligibilia), quandoque intelligit (quando scilicet est in actu ipsa). Intellectus autem per hoc fit actu quod est ipsa intelligibilia, ut jam dixit (not. 1, n. 4 et 7). Unde non competit ei quandoque intelligere et quandoque non intelligere.

8° Deinde subjungit (not. 1, n. 15) : « Separatum autem hoc solum quod vere est ; » quod non potest intelligi de agente ; non enim ipse solus est separatus, quia jam idem dixerat (not. 1, n. 4) de intellectu possibili ; nec potest intelligi de possibili, quia jam idem dixerat (not. 1, n. 13) de agente. Relinquitur ergo quod dicatur de eo quod comprehendit utrumque, scilicet de intellectu in actu, de quo loquebatur ; quia hoc solum in anima nostra est separatum, non utens organo, quod pertinet ad intellectum in actu, id est illa pars animæ qua intelligimus actu, comprehendens possibi-

l'intelligence en acte, dont il est en effet question. Il en est ainsi pour cette raison, qu'il n'y a de séparé dans notre âme que la faculté qui agit sans organe [corporel]; et c'est ce qui a lieu pour l'intelligence en acte, qui est cette partie de l'âme au moyen de laquelle nous connaissons actuellement et qui renferme l'intellect possible et l'intellect actif. C'est pourquoi le Philosophe ajoute [note 1, 15°] que « cette partie de l'âme est seule immortelle et perpétuelle » comme indépendante du corps, puisqu'elle en est séparée [ou distincte].

CHAPITRE LXXIX.

L'âme humaine n'est point détruite avec le corps.

Il est facile maintenant de démontrer avec évidence, d'après tout ce qui précède, que la destruction du corps n'entraîne pas celle de l'âme humaine (1). En effet :

1° Nous avons prouvé [ch. 55] que toute substance intelligente est

(1) Selon la pensée du saint Docteur, les termes de *corruption* et de *destruction* sont ici synonymes. La destruction s'entend en deux sens différents, suivant la nature de la substance à laquelle on l'applique. S'il s'agit d'un corps, comme tout corps est composé de matière et, par conséquent, de parties, la destruction n'est qu'un changement formel qui, donnant aux éléments de ce corps une organisation nouvelle, en fait un être d'une autre espèce. Les êtres spirituels étant parfaitement simples et sans parties, la destruction ne peut être, pour eux, que l'*annihilation* complète de la substance elle-même. Le corps humain est détruit, dans le premier sens, lorsqu'après la mort la *putréfaction* (que l'on appelle aussi *corruption*) en dissout les parties sans les anéantir; mais cette destruction n'entraîne pas celle de l'âme humaine, qui diffère essentiellement du corps, et qui ne pourrait être détruite sans retomber dans le néant.

---

lem et agentem. Et ideo subjungit (not. 1, n. 15) quod « hoc solum (animæ) immortale et perpetuum est, » quasi a corpore non dependens, quum sit separatum.

CAPUT LXXIX.

Quod anima humana, corrupto corpore, non corrumpitur.

Ex præmissis igitur manifeste ostendi potest animam humanam non corrumpi, corrupto corpore.

1° Ostensum est enim supra (c. 55) omnem substantiam intellectualem esse incorruptibilem. Anima autem hominis est quædam substantia intellectualis, ut ostensum est (c. 56-78). Oportet igitur animam humanam incorruptibilem esse.

2° Adhuc, Nulla res corrumpitur ex eo in quo consistit sua perfectio; hæ enim mutationes sunt contrariæ, scilicet ad perfectionem et ad corruptionem. Perfectio au-

indestructible. Or, l'âme de l'homme est du nombre des substances intelligentes [ch. 56-78]. Donc l'âme humaine est incorruptible.

2° La corruption [ou destruction] d'un être ne peut avoir pour cause le principe même de sa perfection; car il y a contrariété entre deux changements qui aboutissent, l'un à la perfection, et l'autre à la corruption. Or, la perfection consiste, pour l'âme humaine, à être séparée du corps en quelque manière. Elle se perfectionne, en effet, par sa science et sa vertu. La perfection de la science est d'autant plus complète que son objet est plus immatériel; et la vertu se perfectionne, lorsque l'homme, au lieu d'obéir à ses passions, les modère et les réprime, conformément à la raison. Donc l'âme ne se corrompt pas en se séparant du corps.

On ne détruit pas la force de cet argument en disant que la perfection de l'âme consiste en ce que son opération est distincte de celle du corps, tandis qu'elle se corrompt lorsqu'elle se trouve séparée de lui sous le rapport de l'*être* [*esse*]; car l'opération est le signe qui caractérise la substance et l'*être* de la chose, parce que tout être opère en sa qualité d'être, et l'opération propre de chacun est déterminée par sa propre nature. Donc l'opération d'un être ne peut devenir plus parfaite qu'autant que sa substance se perfectionne tout d'abord. Si donc l'âme se perfectionne dans son opération à mesure qu'elle s'éloigne du corps et des choses corporelles, sa substance ne perdra rien de son *tre* en se séparant du corps.

3° Le principe propre qui perfectionne l'homme dans son âme est quelque chose d'incorruptible; et l'opération propre à l'homme, en sa qualité d'homme, c'est celle de connaître, qui le distingue des brutes, des plantes et des êtres inanimés; car l'objet de la connais-

---

tem animæ humanæ consistit in abstractione quadam a corpore; perficitur enim anima scientia et virtute; secundum scientiam autem tanto magis perficitur quanto magis immaterialia considerat; virtutis autem perfectio consistit in hoc quod homo corporis passiones non sequatur, sed eas secundum rationem temperet et refrenet. Non ergo corruptio animæ consistit in hoc quod a corpore separetur.

Si autem dicatur quod perfectio animæ consistit in separatione ejus a corpore secundum operationem, corruptio autem in separatione secundum esse, non convenienter obviatur. Operatio enim rei demonstrat substantiam et esse ipsius; quia unumquodque operatur secundum quod est ens, et propria operatio rei sequitur propriam ipsius naturam. Non potest igitur perfici operatio alicujus rei, nisi secundum quod perficitur ejus substantia. Si igitur anima secundum operationem suam perficitur in relinquendo corpus et corporea, substantia sua in esse suo non deficiet per hoc quod a corpore separatur.

3° Item, Proprium perfectivum hominis secundum animam, est aliquid incorruptibile; propria enim operatio hominis, in quantum hujusmodi, est intelligere; per hanc enim differt a brutis et plantis et inanimatis; intelligere enim est universalium et incorruptibilium, in quantum hujusmodi. Per-

sance consiste dans les universaux et les choses incorruptibles, considérés comme tels. Or, il doit y avoir quelque proportion entre chaque perfection et l'être qui en est susceptible. Donc l'âme humaine est incorruptible.

4° Aucune propension naturelle ne peut être vaine. Or, naturellement l'homme désire exister toujours, puisque tout ce qui existe recherche l'*être* [ou l'existence]. Par son intelligence, l'homme perçoit l'*être*, non-seulement comme actuel, à la manière des animaux sans raison, mais comme quelque chose d'absolu. Donc il jouit, par son âme, de cette perpétuité qui lui fait concevoir l'*être* absolument et dans tous les temps.

5° Tout ce qui passe dans un autre être est reçu dans le sujet suivant le mode d'existence propre à ce dernier. Or, les formes des choses sont perçues par l'intellect possible, selon qu'elles sont actuellement intelligibles; et elles sont intelligibles actuellement, parce qu'elles sont immatérielles et universelles, et par conséquent, incorruptibles. Donc l'intellect possible est incorruptible. Or, nous avons prouvé [ch. 59 et 61] que cet intellect fait partie de l'âme humaine. Donc l'âme humaine est incorruptible.

6° L'*être* [d'une chose] intelligible est plus stable que l'*être* sensible. Or, la matière première qui, dans les choses sensibles, remplit le rôle de premier sujet, est incorruptible dans sa substance (2). Il en est donc

(2) La matière première est l'ensemble des différents corps simples ou élémentaires, dont les combinaisons diverses produisent les êtres sensibles de tout genre et de toute espèce. Tout corps étant composé de parties, et ces parties étant matérielles, il est corruptible dans sa forme, c'est-à-dire que la forme sous laquelle il existe actuellement peut être détruite; mais la matière ou les éléments qui entrent dans sa composition ne sont pas pour cela altérés, et ils concourront, chacun pour sa part, à réaliser une forme nouvelle, puisque la matière ne peut subsister sans la forme. Les végétaux peuvent nous servir d'exemple. Lorsqu'ils tombent en pourriture et se décomposent,

---

fectiones autem oportet esse perfectibilibus proportionatas. Ergo anima humana est incorruptibilis.

4° Amplius, Impossibile est appetitum naturalem esse frustra. Sed homo naturaliter appetit perpetuo manere; quod patet ex hoc quod esse est quod ab omnibus appetitur; homo autem per intellectum apprehendit esse, non solum ut nunc, sicut bruta animalia, sed simpliciter. Consequitur ergo homo perpetuitatem secundum animam, qua esse simpliciter et secundum omne tempus apprehendit.

5° Item, Unumquodque quod recipitur in aliquo recipitur in eo secundum modum ejus in quo est. Formæ autem rerum recipiuntur in intellectu possibili prout sunt intelligibiles actu; sunt autem intelligibiles actu prout sunt immateriales et universales, et per consequens incorruptibiles. Ergo intellectus possibilis est incorruptibilis. Sed, sicut probatum est supra (c. 59 et 61), intellectus possibilis est aliquid animæ humanæ. Est igitur anima humana incorruptibilis.

6° Adhuc, Esse intelligibile est permanentius quam esse sensibile. Sed id quod se habet in rebus sensibilibus per modum pro-

de même, à plus forte raison, de l'intellect possible, qui a la faculté de recevoir les formes intelligibles. Donc l'âme humaine, dont l'intellect possible fait partie, est incorruptible.

7° Aristote observe que l'agent est supérieur à la chose qu'il produit (3). Or, ainsi qu'il résulte des démonstrations précédentes [ch. 76-78], c'est l'intellect actif qui rend les intelligibles actuels. Donc, si les intelligibles actuels sont, à ce titre, incorruptibles, l'intellect actif devra, préférablement encore, être dans la même condition, et par conséquent aussi, l'âme humaine, dont l'intellect actif est la lumière [ch. 78].

8° La forme ne peut être détruite que par l'action de son contraire, ou par suite de la corruption de son sujet, ou encore parce que sa cause lui fait défaut. Ainsi, pour le premier cas, la chaleur est détruite par l'action du froid (4); pour le second, on perd avec l'œil la faculté de voir; pour le troisième, il n'y a plus de lumière dans l'air, quand le soleil, qui en est la source, disparaît. Or, l'âme humaine ne saurait se corrompre : ni par l'action de son contraire; car rien ne lui est contraire, puisque, par l'intellect possible, elle est capable de connaître et de recevoir tous les contraires; ni par la corruption de son sujet, car nous avons prouvé [ch. 68] que l'âme humaine est une forme

d'autres prennent dans leurs débris les sucs qui leur conviennent, et se les assimilent jusqu'à ce qu'ils éprouvent, à leur tour, le même sort : *Omne enim quod transmutatur aliquid est, et ab aliquo in aliquod transmutatur* (Arist. *Metaphys.* XII, c. 3). Il est donc vrai que la matière première est incorruptible dans sa substance et corruptible dans sa forme.

(3) Semper id quod efficit atque agit præstabilius est eo quod patitur, et ipsum principium omnino materia (Arist. *De anima*, III, c. 5)

(4) Le froid est considéré ici comme un être réel, tandis que c'est simplement la *négation* ou l'absence du colorique.

---

prium primi recipientis, est incorruptibile secundum suam substantiam, scilicet materia prima. Multo igitur fortius intellectus possibilis, qui est receptivus formarum intelligibilium. Ergo et anima humana, cujus intellectus possibilis est pars, est incorruptibilis.

7° Amplius, Faciens est honorabilius facto, ut etiam Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 5). Sed intellectus agens facit actu intelligibilia, ut ex præmissis (c. 76-78) patet. Quum igitur intelligibilia actu, in quantum hujusmodi, sint incorruptibilia, multo fortius intellectus agens erit incorruptibilis. Ergo et anima humana, cujus lumen est intellectus agens, ut ex præmissis patet (c. 78).

8° Item, Nulla forma corrumpitur nisi vel actione contrarii vel per corruptionem sui subjecti vel per defectum suæ causæ : per actionem quidem contrarii, sicut calor destruitur per actionem frigidi; per corruptionem autem sui subjecti, sicut, destructo oculo, destruitur vis visiva; per defectum autem causæ, sicut lumen aeris deficit, deficiente solis præsentia, quæ erat ipsius causa. Sed anima humana non potest corrumpi per actionem contrarii; non est enim ei aliquid contrarium, quum per intellectum possibilem ipsa sit cognoscitiva et receptiva omnium contrariorum. Similiter autem neque per corruptionem sui subjecti; ostensum est enim supra (c. 68) quod anima humana est forma non dependens a corpore

dont l'être ne dépend pas du corps; ni enfin parce que sa cause lui fait défaut, puisque sa cause doit être éternelle, comme nous le démontrerons plus loin [ch. 87]. Donc l'âme humaine ne peut se corrompre en aucune manière.

9° En admettant que la destruction du corps entraîne réellement la destruction de l'âme, l'*être* de l'âme devra également souffrir de l'affaiblissement du corps. Or, s'il arrive qu'une faculté de l'âme s'affaiblisse lorsque le corps éprouve quelque infirmité, ce n'est que par accident; et cela vient de ce que cette faculté de l'âme a besoin, pour s'exercer, d'un organe corporel. La vue, par exemple, est plus faible quand l'organe a perdu en partie sa puissance; mais c'est un simple accident. En voici la preuve: c'est que si cette faculté se trouvait affaiblie d'une manière essentielle, elle ne se rétablirait jamais, lors même que l'organe serait revenu à son premier état; et nous voyons, au contraire, que la vue, à quelque degré de faiblesse qu'elle semble tombée, revient complétement, aussitôt que l'infirmité de l'organe disparaît; ce qui fait dire à Aristote qu'un vieillard qui aurait les yeux d'un jeune homme verrait aussi clair que lui (5). Puis donc que l'intelligence est une faculté de l'âme qui agit sans le secours d'un organe [corporel] [ch. 68 et 69], elle ne s'affaiblit ni dans son essence, ni par

(5) Dicere animam irasci vel timere, simile est atque si quispiam animam texere dicat vel ædificare. Nam melius est fortasse dicere, non animam, sed hominem anima misereri, vel dicere, vel ratiocinari, idque non quia motus in illa sit, sed quia nonnumquam quidem usque ad illam, nonnumqnam vero ab illa, veluti sensus quidem ex hisce; recordatio autem ab illa, ad eos motus vel status qui sunt in ipsorum sensuum instrumentis. — Intellectus autem advenire videtur, et substantia quædam esse, ac non corrumpi. Nam ab ea maxime, quæ in senectute fit, obfuscatione corrumperetur. Nunc autem perinde fit atque in sensuum instrumentis; etenim si senex talem acciperet oculum, videret sicut et juvenis. Quare senectus non est quia anima quicquam est passa; sed quia id in quo est, aliquid passum est, quemadmodum in ebrietatibus et in morbis fieri solet. Et ipsum igitur intelligere ac contemplari marcescit, quia aliud quoddam intus corrumpitur; ipsum autem passione vacat (Arist. *De anima*, I, c. 4).

---

secundum suum esse. Similiter autem neque per deficientiam suæ causæ, quia non potest habere aliquam causam nisi æternam, ut infra (c. 87) ostendetur. Nullo igitur modo anima humana corrumpi potest.

9° Adhuc, Si anima humana corrumpitur per corruptionem corporis, oportet quod ejus esse debilitetur per debilitatem corporis. Si autem aliqua virtus animæ debilitetur, debilitato corpore, hoc non est nisi per accidens, in quantum scilicet virtus animæ indiget organo corporali, sicut visus debilitatur, debilitato organo, per accidens tamen; quod ex hoc patet: Si enim ipsi virtuti per se accideret aliqua debilitas, nunquam restauraretur, organo reparato; videmus autem quod, quantumcumque vis visiva videatur debilitata, si organum reparetur, vis visiva restauratur; unde dicit Aristoteles (de Anima, 1, c. 4) quod, si senex accipiat oculum juvenis, videbit utique sicut juvenis. Quum igitur intellectus sit virtus animæ, quæ non indiget organo, ut ex præmissis (c. 68 et 69) patet, ipse non debilitatur neque per se, neque per accidens per senium vel per aliquam aliam debilitatem

accident, à cause de la vieillesse ou de toute autre infirmité du corps. Lors donc que l'intelligence se trouve en quelque sorte fatiguée, ou entravée dans ses opérations par suite d'une infirmité corporelle, on ne doit pas attribuer cet effet à la faiblesse de l'intelligence elle-même, mais à l'affaiblissement des facultés qui sont au service de l'intelligence et qui sont : l'imagination, la mémoire et la faculté de penser. Il est évident, par là, que l'intelligence de l'homme est incorruptible. Donc il en faut dire autant de l'âme humaine, qui est une substance intellectuelle. Nous avons pour nous l'autorité d'Aristote, qui dit dans son traité *De l'âme* : « L'intelligence paraît être une sorte de substance « incorruptible (6). » On comprendra, d'après les observations qui précèdent, que ces paroles ne doivent pas s'entendre de l'intellect possible ou de l'intellect actif considéré comme une substance séparée.

10° Nous voyons par la manière dont Aristote s'exprime en réfutant Platon (7) que les causes motrices existent antérieurement au mobile, et que les causes formelles commencent d'exister simultanément avec leurs effets. « A l'instant même où un homme est guéri, dit-il, la « santé existe. » Mais elle n'est pas auparavant; et ceci est opposé à l'opinion de Platon, qui prétend que toutes les formes des choses précèdent les sujets qui les reçoivent. Le Philosophe ajoute : « Nous avons maintenant à rechercher si quelque chose peut survivre, et nous ne voyons rien qui s'oppose à ce qu'il en soit ainsi pour certains êtres,

(6) Voyez la note précédente.

(7) Causæ moventes tanquam antea ortæ existunt; quæ vero ut ratio, simul sunt; cum enim sanus fit homo, tunc etiam sanitas est; et forma æneæ sphæræ simul atque ænea sphæra. Si autem aliquid posterius permanet considerandum est. In quibusdam enim nihil prohibet; veluti si anima tale sit, non omnis, sed intellectus; omnem namque fortassis impossibile est (Arist. *Metaphys.* XII, c. 3).

---

corporis; si autem in operatione intellectus accidit fatigatio aut impedimentum propter infirmitatem corporis, hoc non est propter debilitatem ipsius intellectus, sed propter debilitatem virium quibus intellectus indiget, scilicet imaginationis, memorativæ et cogitativæ virtutum. Patet igitur quod intellectus humanus est incorruptibilis; ergo et anima humana, quæ est intellectiva quædam substantia. Hoc etiam apparet per auctoritatem Aristotelis; dicit enim (de Anima, 1, c. 4) quod « intellectus videtur quædam substantia esse, et non corrumpi; » quod autem hoc non possit intelligi de aliqua substantia separata quæ sit intellectus possibilis vel agens, ex præmissis haberi potest.

10° Præterea, Apparet ex ipsis verbis Aristotelis (Metaphys. XII, c. 3), contra Platonem loquentis, quod « causæ moventes præexsistunt, causæ vero formales sunt simul cum his quorum sunt causæ; quando enim sanatur homo, tunc etiam sanitas est, » et non prius; contra hoc quod Plato posuit formas rerum præexsistere rebus. Et his dictis postmodum subdit (ibid.) : « Si autem posterius aliquid manet perscrutandum est; in quibusdam enim nihil prohibet ut, si est anima talis, non omnis, sed intellectus. » Ex quo patet, quum loquatur de formis, quod vult intellectum, qui est forma hominis, post materiam remanere, scilicet post corpus. Patet autem ex præmissis verbis Aristotelis quod,

non de l'âme tout entière, mais de l'intelligence » (8). Comme Aristote s'occupe dans cette partie de son traité de la question des formes, il est clair d'après ce passage que, dans sa pensée, l'intelligence étant la forme du corps, elle peut survivre à la matière, c'est-à-dire au corps. Il résulte encore des paroles du Philosophe citées auparavant qu'en considérant l'âme comme une forme, il ne prétend pas, pour cela, qu'elle est privée d'une subsistance propre, et par conséquent corruptible, ainsi que saint Grégoire de Nysse le suppose (9) ; car il distingue expressément l'âme intellectuelle de toutes les autres formes, en disant qu'elle continue d'exister après le corps et qu'elle est une substance.

Nous n'avons rien dit jusqu'ici qui ne soit conforme à la foi catholique ; car nous lisons dans le livre des *Dogmes ecclésiastiques* [de Gennade de Marseille] : « Nous croyons que l'homme seul possède une « âme substantielle qui continue de vivre après qu'elle est sortie du « corps, et qui conserve dans toute leur activité ses sens et ses puis- « sances naturelles. Elle ne meurt pas en même temps que le corps, « comme l'affirme un philosophe arabe, ni après un court intervalle, « selon le sentiment de Zénon, parce que sa vie est celle d'une « substance. »

Ainsi se trouve confondue l'erreur des impies, à qui l'Écriture fait dire : *Nous sommes sortis du néant, et après cette vie, nous serons comme*

(8) Aristoste distingue dans l'âme trois parties, qui sont : la partie sensitive, la partie nutritive et la partie intellectuelle (*De anima*, III, c. 9). La mort est la séparation de l'âme et du corps. Il est donc évident, d'après cette doctrine, que les deux premières parties ne peuvent survivre au corps, puisque l'âme sensitive est celle qui perçoit les sensations ou affections des sens, et que l'âme nutritive entretient la vie de l'homme dans la partie matérielle de son être. Quant à l'âme intellectuelle ou intelligente, comme son opération propre (qui est la connaissance actuelle de formes intelligibles des êtres, lesquelles formes sont absolument immatérielles) est complétement indépendante des organes corporels, rien n'empêche qu'elle survive à la destruction du corps, dont elle est substantiellement distincte.

(9) Le commentateur de saint Thomas indique un traité de saint Grégoire de Nysse, intitulé : *De philosophia* ou *De philosophis*. Il nous a été impossible de le découvrir dans plusieurs éditions de ce Père. Sans doute que ce traité, après lui avoir été longtemps attribué, aura été restitué à son véritable auteur.

---

licet ponat animam esse formam, non tamen ponit eam non subsistentem et per consequens corruptibilem (sicut Gregorius Nyssenus ei imponit) ; nam a generalitate aliarum formarum animam intellectivam excludit, dicens eam post corpus remanere et substantiam quamdam esse.

Præmissis autem sententia catholicæ fidei concordat ; dicitur enim in libro de Ecclesiasticis Dogmatibus : « Solum hominem credimus habere animam substantivam, quæ exuta corpore vivit, et sensus « suos atque ingenia vivaciter tenet. Non « cum corpore moritur, sicut Arabs asserit, « neque post modicum intervallum, sicut « Zenon dicit, quia substantialiter vivit. » (Gennad. massil., c. 16, in tomo VIII opp. S. Aug.)

Per hoc autem excluditur error impio-

si nous n'avions jamais été [*Sap.* II, 2] (10). Salomon leur prête encore ces paroles : *L'homme finit comme les animaux sans raison, et leur condition est la même : telle la mort de l'homme, telle est leur mort. Tous les êtres* [animés] *respirent de la même manière, et l'homme n'a rien de plus que la brute* [Ecclés., III, 19]. Ce qui prouve qu'il ne parle pas ainsi de lui-même, mais qu'il répète les discours des impies, c'est ce qu'il ajoute à la fin de ce livre, comme pour décider la question : [*Souvenez-vous de votre Créateur*] *avant que la poussière* [qui compose notre corps] *rentre dans la terre d'où elle est sortie, et que l'esprit* [qui l'anime] *retourne à Dieu, qui* [vous] *l'a donné* [XII, 7] (11). On trouve dans la Sainte-Écriture une infinité d'autres passages qui établissent l'immortalité de l'âme.

CHAPITRE LXXX.

Raisons que l'on apporte pour prouver que l'âme humaine est détruite avec le corps.

Quelques auteurs croient prouver, par les raisons suivantes, que l'âme humaine ne peut subsister après la destruction du corps :

(10) Dixerunt enim cogitantes apud se non recte : Exiguum et cum tædio est tempus vitæ nostræ, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis : quia ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquam non fuerimus ; quoniam fumus flatus est in naribus nostris, et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum : qua extincta, cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tanquam mollis aer, et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur quæ fugata est a radiis solis, et a calore illius aggravata : et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, et nemo memoriam habebit operum nostrorum. Umbræ enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri : quoniam consignata est, et nemo revertitur. Venite ergo et fruamur bonis (*Sap.* II, 1-6).

(11) Vidi sub sole in loco judicii impietatem, et in loco justitiæ iniquitatem. Et dixi in corde meo : Justum et impium judicabit Deus, et tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestiis.

---

rum, ex quorum persona dicitur : *Ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquam non fuerimus* (*Sap.* II, 2), et ex quorum persona dicit Salomon : *Unus interitus est hominis et jumentorum, et æqua utriusque conditio ; sicut moritur homo, sic et illa moriuntur ; similiter spirant omnia et nihil habet homo jumento amplius* (*Eccles.*, III, 19) ; quod enim non ex persona sua, sed impiorum dicat, patet per hoc quod, in fine libri, quasi determinando subjungit : *Donec revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum* (XII, 7). — Infinitæ etiam sunt auctoritates sacræ Scripturæ, quæ immortalitatem animæ protestantur.

1° Si, comme on l'a démontré [ch. 75], les âmes des hommes se multiplient dans la même proportion que les corps, il s'ensuit que, les corps étant détruits, il ne peut plus y avoir le même nombre d'âmes. Il en résulte donc nécessairement de deux choses l'une : ou que l'âme humaine est complétement anéantie, ou bien qu'il n'en reste qu'une seule ; et cette dernière conséquence se rapproche de l'opinion qui n'accorde l'incorruptibilité qu'à ce qui est unique dans tous les hommes, que ce soit l'intellect actif seul, comme le veut Alexandre [d'Aphrodisée], ou l'intellect possible, aussi bien que l'intellect actif, ainsi qu'Averrhoès l'enseigne [*De l'âme*, III].

2° C'est de la raison formelle que dérive la distinction spécifique. Or, en supposant que les âmes restent en nombre après la destruction des corps, elles doivent être distinctes entre elles ; car, de même que l'identité est une propriété de ce qui est un substantiellement, ainsi la distinction existe entre les êtres qui sont en nombre à raison de leur substance. Or, il ne peut y avoir, pour les âmes qui survivent au corps, d'autre distinction qu'une distinction formelle, puisque, comme toutes les substances intellectuelles [ch. 50], elles ne sont pas composées d'une matière et d'une forme. Donc elles se distinguent les

Idcirco unus interitus est hominis et jumentorum, et æqua utriusque conditio ; sicut moritur homo, sic et illa moriuntur ; similiter spirant omnia, et nihil habet homo jumento amplius ; cuncta subjacent vanitati, et omnia pergunt ad unum locum ; de terra facta sunt, et in terram pariter revertuntur. Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum ? Et deprehendi nihil esse melius quam lætari hominem in opere suo, et hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat (*Eccles.* III, 16-22) ?

CAPUT LXXX.

Rationes probare volentium animam humanam corrumpi, corrupto corpore.

Videtur autem quibusdam rationibus posse probari animas humanas non posse remanere post corpus.

1° Si enim animæ humanæ multiplicantur secundum multiplicationem corporum, ut supra (c. 75) ostensum est, destructis ergo corporibus, non possunt animæ in sua multitudine remanere. Unde oportet alterum duorum sequi : aut quod totaliter anima humana esse desinat ; aut quod remaneat una tantum, quod videtur esse secundum opinionem eorum qui ponunt incorruptibile solum id quod est unum in omnibus hominibus, sive hoc sit intellectus agens tantum, ut Alexander dicit, sive cum agente etiam possibilis, ut dicit Averrhoes.

2° Amplius, Ratio formalis est causa diversitatis secundum speciem. Sed, si remanent multæ animæ post corporum corruptionem, oportet eas esse diversas ; sicut enim idem est quod est unum secundum substantiam, ita diversa sunt quæ sunt multa secundum substantiam. Non potest autem esse, in animabus remanentibus post corpus, diversitas nisi formalis ; non enim sunt compositæ ex materia et forma, ut supra (c. 50) probatum est de omni substantia intellectuali. Relinquitur igitur quod sunt diversæ secundum speciem. Non autem per corruptionem corporis mutantur animæ ad aliam speciem, quia omne quod mutatur de specie in speciem, corrumpitur. Relinquitur ergo quod, antequam essent a corporibus separatæ, erant secundum spe-

unes des autres par l'espèce. Or, la destruction du corps n'a pas pour effet de faire passer les âmes dans une espèce différente ; car un être ne peut changer d'espèce qu'autant qu'il est soumis à la corruption [ou destruction]. Donc, avant de se séparer des corps, les âmes appartenaient à différentes espèces. Or, c'est la forme qui fait entrer le composé dans son espèce. Donc tous les individus de la race humaine étaient distincts spécifiquement les uns des autres ; ce qui est contradictoire. — Il paraît donc impossible que les âmes humaines soient en nombre après les corps.

3° On ne peut admettre, dans l'opinion de l'éternité du monde, que le nombre des âmes humaines reste le même après la mort du corps. En effet, l'éternité du monde une fois admise, il s'ensuit que le mouvement est éternel, et, par conséquent, que la production des êtres a eu lieu éternellement. Or, si des êtres ont été produits dès l'éternité, il est mort avant nous une infinité d'hommes. Donc, en supposant qu'après la mort les âmes continuent d'exister en nombre égal, nous devons forcément en conclure qu'il existe actuellement une infinité d'âmes ayant appartenu aux hommes qui sont morts jusqu'ici. Or, il y a en cela une impossibilité, parce que la nature ne comporte pas d'infini actuel. Donc, si le monde est éternel, les âmes ne peuvent être encore en nombre après la mort.

4° Tout ce qui survient dans un être et se sépare de lui sans le corrompre lui est accidentel ; et c'est ainsi que se définit l'accident. Si donc la séparation du corps et de l'âme humaine n'entraîne pas la destruction de cette dernière substance, leur union est purement accidentelle. Donc l'homme, qui est composé d'un corps et d'une âme, n'est un être que par accident. Donc, encore, il n'y a pas d'espèce humaine;

---

ciem diversæ. Composita autem sortiuntur speciem secundum formam. Ergo et individua hominum erant secundum speciem diversa ; quod est inconveniens. — Ergo impossibile videtur quod animæ humanæ multæ remaneant post corpora.

3° Adhuc, Videtur omnino esse impossibile, secundum ponentes æternitatem mundi, ponere quod animæ humanæ in sua multitudine remaneant post mortem corporis. Si enim mundus est ab æterno, motus fuit ab æterno ; ergo et generatio est æterna. Sed si generatio est æterna, infiniti homines mortui sunt ante nos. Si ergo animæ mortuorum remanent post mortem in sua multitudine, oportet dicere animas infinitas esse nunc in actu hominum prius mortuorum. Hoc autem est impossibile ; nam infinitum actu non potest esse in natura. Relinquitur igitur, si mundus est æternus, quod animæ non remaneant multæ post mortem.

4° Item, Quod advenit alicui et discedit ab eo præter sui corruptionem, advenit ei accidentaliter ; hæc enim est diffinitio accidentis. Si ergo anima humana non corrumpitur, corpore abscedente, sequetur quod anima humana accidentaliter corpori uniatur. Ergo homo est ens per accidens, qui est compositus ex anima et corpore. Et

car les choses qui ne s'unissent qu'accidentellement ne peuvent constituer une espèce unique : par exemple, l'homme blanc n'est pas une espèce distincte.

5° Il n'existe pas de substance qui soit privée d'une opération, quelle qu'elle soit. Or, toutes les opérations de l'âme finissent avec le corps, et nous le prouvons par induction. — Les vertus [ou principes actifs] de l'âme nutritive opèrent au moyen des qualités du corps et d'un instrument corporel, et le terme de l'opération est le corps lui-même, qui reçoit par l'âme sa perfection, sa nourriture et son accroissement, et duquel provient le sperme générateur. Toutes les opérations des puissances qui appartiennent à l'âme sensitive se réalisent également par le moyen des organes corporels, et quelques-unes sont accompagnées d'un certain changement du corps : telles sont celles que l'on appelle les passions de l'âme, par exemple, l'amour, la joie et autres semblables. Quoique l'opération de connaître ne s'exerce pas au moyen d'un organe corporel, elle a cependant pour objets les images, qui sont, par rapport à elle, ce que sont les couleurs pour la vue. D'où il suit que, de même que la vue ne saurait voir sans les couleurs, de même aussi l'âme intellectuelle ne peut connaître sans les images. L'âme a besoin également, pour connaître, du secours des facultés qui disposent les images à devenir actuellement intelligibles, savoir la faculté de penser et la mémoire, qui, étant les actes (1) de certains organes corporels, par lesquels elles opèrent, ne peuvent certainement pas durer plus longtemps que le corps. C'est ce qui fait dire à Aristote que « l'âme ne connaît rien sans image ; » et encore, « qu'elle ne con-

(1) Ces facultés sont les actes de certains organes, en ce sens, qu'elles mettent ces organes en état d'exercer les fonctions qui leur sont attribuées.

---

sequetur ulterius quod non sit aliqua species humana ; non enim ex his quæ conjunguntur per accidens fit species una ; nam homo albus non est aliqua species.

5° Amplius, Impossibile est aliquam substantiam esse, cujus non sit aliqua operatio. Sed omnis operatio animæ finitur cum corpore ; quodquidem patet per inductionem : nam virtutes animæ nutritivæ operantur per qualitates corporeas et per instrumentum corporeum, et in ipsum corpus, quod perficitur per animam, quod nutritur et augetur, et ex quo deciditur semen ad generationem. Operationes etiam omnes potentiarum quæ pertinent ad animam sensitivam, complentur per organa corporalia ; et quædam earum complentur cum aliqua transmutatione corporali, sicut quæ dicuntur animæ passiones, ut amor, gaudium et hujusmodi. Intelligere autem, etsi non sit operatio per aliquod organum corporale exercita, tamen objecta ejus sunt phantasmata, quæ ita se habent ad ipsam ut colores ad visum ; unde, sicut visus non potest videre sine coloribus, ita anima intellectiva non potest intelligere sine phantasmatibus. Indiget etiam anima, ad intelligendum, virtutibus præparantibus phantasmata ad hoc quod fiant intelligibilia actu, scilicet virtute cogitativa et memorativa, de quibus constat quod, quum sint actus quorumdam

naît rien sans l'intellect passif, » auquel il donne aussi le nom de faculté de penser, et qu'il regarde comme corruptible (2). De ce principe il conclut que, « si l'opération intellectuelle de l'homme est altérée, c'est par suite de l'altération de quelque chose qui est à l'intérieur, » c'est-à-dire de l'image ou de l'intellect passif (3). Il ajoute encore « qu'après la mort nous perdons le souvenir des choses que nous avons sues pendant la vie » (4).—Il est donc évident qu'aucune opération de l'âme ne peut continuer de s'exercer après la mort, et conséquemment, qu'elle ne subsiste plus elle-même, puisque nulle substance ne saurait exister sans avoir une opération quelconque.

(2) *Animæ*, quæ principium est ratiocinandi, ipsa phantasmata perinde atque sensibilia sensui ipsi subjiciuntur; atque cum bonum aut malum esse dicit affirmando aut negando, tum fugit aut persequitur. Quapropter ipsa anima sine phantasmate numquam intelligit... Intellectivum ipsas formas in phantasmatibus ipsis intelligit... Qui non sentit nihil discere vel intelligere potest : et qui contemplatur, necesse est una cum phantasmate contempletur ; ipsa namque phantasmata veluti sensibilia sunt, attamen sine materia (Arist. *De anima*, III, c. 7 et 8).

Quidam est intellectus talis ut omnia fiat; quidam talis ut omnia agat atque efficiat, qui quidem ut habitus est quidam et perinde ac lumen; nam et lumen colores, qui sunt potentia, actu colores quodammodo facit... Non autem recordamur, qui hoc quidem expers est passionis. Intellectus vero passivus extinguitur, et sine hoc nihil intelligit (Arist. *De anima*, III, c. 5).

(3) Ipsum intelligere ac contemplari marcescit quia aliud quoddam intus corrumpitur; ipsum autem passione vacat. Ratiocinari vero, et amare, aut odisse, non sunt illius affectus, sed hujusce quod habet illud, ea ratione qua illud habet. Quapropter et hoc corrupto, nec recordatur, neć amat; non enim erant illius, sed ipsius communis, quod quidem periit. Intellectus autem divinum quid est fortasse, passioneque vacat (Arist. *De anima*, I, c. 4). — Voyez aussi la note 5 du ch. 79, p. 185.

(4) Voyez le second paragraphe de la note 2 qui précède.

---

organorum corporis per quæ operantur, non possunt remanere post corpus. Unde et Aristoteles dicit (de Anima, III, c. 7) quod « nequaquam sine phantasmate intelligit anima, » et quod « nihil intelligit sine intellectu passivo, » (ibid. c. 5), quem vocat virtutem cogitativam, quæ est corruptibilis; et propter hoc dicit (de Anima, I, c. 4) quod « intelligere hominis corrumpitur, quodam interius corrupto, » scilicet phantasmate vel passivo intellectu; et (de Anima, III, c. 5) dicitur quod « non reminiscimur, post mortem, eorum quæ scivimus in vita. » — Sic igitur patet quod nulla operatio animæ potest remanere post mortem ; neque igitur substantia ejus manet, quum nulla substantia possit esse absque operatione.

CHAPITRE LXXXI.

Réponse aux raisons précédentes.

Comme il a été démontré [ch. 79] que la conclusion qui ressort de tous ces arguments est fausse, nous allons essayer de leur opposer une réponse.

1° La première observation à faire, c'est que toutes les fois que des êtres sont disposés l'un pour l'autre et proportionnés entre eux, ils se multiplient ou restent dans l'unité, chacun en vertu de sa cause. Si donc l'*être* de l'un dépend de l'autre, c'est ce dernier qui déterminera également l'unité ou le nombre, à moins que cette détermination ne soit faite par une autre cause extrinsèque. Or, il y a nécessairement une certaine proportion et une sorte d'aptitude naturelle entre la forme et la matière, puisque l'acte propre se réalise dans la propre matière; d'où il suit que la matière et la forme se multiplient conjointement ou se réduisent ensemble à l'unité. Donc, en supposant que l'*être* de la forme dépende de la matière, c'est aussi de la matière que dépendra le nombre ou l'unité de la forme. Dans le cas contraire, la forme, il est vrai, se multipliera nécessairement en raison du nombre qu'atteindra la matière, c'est-à-dire conjointement et dans une exacte proportion, mais non cependant de telle sorte que l'unité ou le nombre de la forme dépende réellement de la matière. Or, nous avons prouvé [ch. 68] que l'âme humaine est une forme qui, sous le rapport de l'*être*, est complétement indépendante de la matière. Nous

---

CAPUT LXXXI.

Solutio præcedentium rationum.

Has autem rationes, quia falsum concludunt, ut ex præmissis (c. 79) ostensum est, tentandum est solvere.

6° Præterea, Si generatio alicujus est causa quod aliquid sit, corruptio ejus erit causa quod illud esse desinat. Corruptio autem corporis non est causa quod anima humana esse desinat, quum sit immortalis, ut supra (c. 79) ostensum est. Neque igitur generatio corporis est causa quod anima incipiat esse. Sed traductio seminis est causa propria generationis corporis. Non est igitur traductio seminis causa generationis animæ in esse.

Per hoc autem excluditur error Apollinaris et sequacium ejus, qui dixerunt, teste Gregorio Nysseno, animas ab animabus generari sicut a corporibus corpora.

CHAPITRE LXXXVII.

Dieu donne l'existence à l'âme par voie de création.

Tout ce que nous avons dit ci-dessus prouve que Dieu seul peut donner l'*être* à l'âme. En effet :

1° Tout ce qui reçoit l'existence est nécessairement le produit d'une génération essentielle ou accidentelle, ou bien d'une création. Or, l'âme humaine n'est point engendrée essentiellement, puisqu'elle n'est pas composée d'une matière et d'une forme [ch. 50 et suiv.], ni par accident ; car, comme elle est la forme du corps, sa génération, dans ce cas, serait le résultat de la génération du corps, qui a pour cause le principe actif du sperme ; et nous avons démontré le contraire [ch. 86]. Donc, puisque l'âme humaine commence entièrement d'exister, car nous avons prouvé qu'elle n'est pas éternelle et antérieure au corps [ch. 83 et 84], nous en concluons qu'elle arrive à l'*être* par voie de création. Or, il n'appartient qu'à Dieu de créer [ch. 21]. Donc Dieu seul peut donner l'existence à l'âme humaine.

2° Dès lors que la substance d'une chose n'est pas son *être*, l'*être* qu'elle possède lui a été donné par un autre [ch. 15]. Or, l'âme humaine n'est pas à elle-même son *être*; car Dieu seul a cette propriété [liv. I, ch. 21 et 22]. Donc elle a reçu son *être* d'une cause active. Tout ce qui a un *être* substantiel est produit selon sa substance ; et toutes les fois, au contraire, que l'*être* de la chose n'est pas substantiel, mais qu'elle participe seulement à l'*être* d'une autre, elle n'est pas produite

---

CAPUT LXXXVII.

Quod anima humana producatur in esse a Deo per creationem.

Ex his autem quæ dicta sunt ostendi potest quod solus Deus animam humanam in esse producit.

1° Omne enim quod in esse producitur, vel generatur per se aut per accidens, vel creatur. Anima autem humana non generatur per se, quum non sit composita ex materia et forma, ut supra (c. 50 et seqq.) ostensum est ; neque generatur per accidens ; quum enim sit forma corporis, generaretur per corporis generationem, quæ est ex virtute activa seminis, quod improbatum est (c. 86). Quum ergo anima humana de novo esse incipiat (non enim est æterna nec præexsistit corpori, ut supra (c. 83 et 84) ostensum est), relinquitur quod exeat in esse per creationem. Ostensum est autem supra (c. 21) quod solus Deus potest creare. Solus igitur Ipse animam humanam in esse producit.

2° Amplius, Omne illud cujus substantia non est suum esse, habet sui esse auctorem, ut supra (c. 15) ostensum est. Anima autem humana non est suum esse ; hoc enim solius Dei est (l. I, c. 21 et 22). Habet igitur causam activam sui esse. Sed quod per se habet esse per se etiam agitur ; quod

selon sa substance, mais avec cette autre chose : par exemple, la forme du feu n'existe qu'autant que le feu est produit. Or, l'âme humaine a cela de plus que les autres formes, que son *être* est subsistant et qu'elle communique au corps son *être* propre. Donc sa production est substantielle, contrairement à ce qui a lieu pour les autres formes, qui ne sont produites qu'accidentellement, lorsque le composé lui-même est devenu un *fait*. Or, comme l'âme humaine n'admet pas de matière qui soit une partie d'elle-même, elle ne peut être faite de quelque chose comme d'une matière. Donc elle est faite de rien, c'est-à-dire qu'elle est créée. Donc, puisque l'œuvre de la création appartient exclusivement à Dieu [ch. 21], l'âme est créée immédiatement par Dieu seul.

3° Il n'y a qu'une manière d'arriver à l'existence pour tous les êtres d'un même genre [ch. 16]. Or, l'âme humaine est du genre des substances intellectuelles, et l'on ne conçoit pas que ces substances commencent d'exister autrement que par voie de création. Donc l'âme humaine arrive à l'être en vertu d'une création qui a Dieu pour auteur.

4° Rien n'est produit par une action étrangère sans recevoir de l'agent le principe qui détermine l'espèce à laquelle il doit appartenir, ou bien l'être absolu lui-même. Or, l'âme ne peut être produite de telle manière qu'elle reçoive seulement le principe de l'existence, ainsi que cela a lieu pour les choses composées d'une matière et d'une forme, et dont la génération consiste en ce qu'elles reçoivent actuellement leur forme; car l'âme ne renferme pas en elle quelque chose qui soit pour elle le principe de l'existence, puisqu'elle est une sub-

---

vero non habet esse per se, sed solum cum alio, non per se fit, sed alio facto, sicut forma ignis fit igne generato. Anima autem humana hoc habet proprium, inter alias formas, quod est in suo esse subsistens, et esse quod est sibi proprium corpori communicat. Anima igitur per se habet suum fieri, præter modum aliarum formarum quæ fiunt per accidens compositis factis. Sed, quum anima humana non habeat materiam partem sui, non potest fieri ex aliquo sicut ex materia. Relinquitur ergo quod ex nihilo fiat, et sic creetur. Quum igitur creatio sit opus proprium Dei, ut supra (c. 21) ostensum est, sequitur quod a solo Deo immediate creatur.

3° Adhuc, Eorum quæ sunt unius generis est idem modus prodeundi in esse, ut supra (c. 16) probatum est. Anima autem est de genere substantiarum intellectualium, quæ non possunt aliter intelligi prodiri in esse nisi per viam creationis. Anima igitur humana exit in esse per creationem a Deo.

4° Item, Quidquid producitur in esse ab aliquo agente acquirit ab ipso vel aliquid quod est principium essendi in tali specie vel ipsum esse absolutum. Anima autem non potest sic produci in esse quod acquiratur ei aliquid quod sit principium essendi, sicut contingit in rebus compositis ex materia et forma, quæ generantur per hoc quod acquirunt formam in actu; non enim habet anima aliquid in seipsa quod sit sibi

stance parfaitement simple [ch. 50 et suiv.]. Donc elle n'est pas amenée à l'existence par un agent, autrement qu'en recevant de lui l'*être* absolu. Or l'*être* absolu est l'effet propre de l'agent premier et universel; car l'action des agents secondaires se borne à imprimer la ressemblance de leurs formes dans les êtres produits, dont la forme [ou principe d'existence] est cette même ressemblance. Donc l'agent premier et universel, qui est Dieu, a tout le pouvoir de donner l'*être* à l'âme.

5º Il y a corrélation entre la fin d'un être et son principe, et une chose est parfaite lorsqu'elle se rapproche du premier principe par la ressemblance qu'elle a avec lui, ou de toute autre manière. Or, la fin de l'âme humaine et sa perfection dernière consistent à dominer par la connaissance et l'amour tout l'ensemble des créatures, pour s'élever jusqu'au premier principe, qui est Dieu. Donc c'est de Dieu même immédiatement qu'elle tire son origine (1).

Cette vérité est implicitement contenue dans la Sainte-Écriture. En racontant la création des animaux distincts de l'homme, elle attribue la formation de leurs âmes à d'autres causes. Elle dit, par exemple, *que les eaux produisent un genre d'êtres capables de nager et ayant une âme vivante* [Gen., I, 20], et de même pour les autres; mais lorsqu'elle arrive à l'homme, elle nous fait bien voir que Dieu a créé son âme, par ces paroles : *Dieu forma l'homme du limon de la terre et déposa sur son visage le souffle de la vie* [Gen., II, 7].

En établissant ce point de doctrine, nous avons détruit l'erreur de ceux qui prétendent que les âmes ont été créées par les Anges (2).

(1) Voyez la note 1 du ch. 86, p. 240.
(2) Seleuciani sunt vel Hermiani ab auctoribus Seleuco vel Hermia, qui elementorum

---

principium essendi, quum sit substantia simplex, ut supra (c. 50 et seq.) ostensum est. Relinquitur igitur quod non producatur in esse ab aliquo agente, nisi per hoc quod consequitur ab ipso esse absolute. Ipsum autem esse est proprius effectus primi et universalis agentis; secunda enim agentia agunt per hoc quod imprimunt similitudines suarum formarum in rebus factis, quæ sunt formæ factorum. Anima igitur non potest produci in esse nisi a primo et universali agente, quod est Deus.

5º Præterea, Finis rei respondet principio ejus; tunc enim res perfecta est quum ad primum principium pertingit vel per similitudinem vel quocumque modo. Finis autem animæ humanæ et ultima ejus perfectio est quod per cognitionem et amorem transcendat totum ordinem creaturarum, et pertingat ad primum principium, quod Deus est. Igitur a Deo habet proprie suæ originis principium.

Hoc etiam innuere videtur sacra Scriptura. Quum enim, de institutione aliorum animalium loquens, eorum animas aliis causis adscribat, utpote quum dicit : *Producant aquæ reptile animæ viventis* (*Gen.* I, 20), et similiter de aliis, ad hominem veniens, animam ejus a Deo creari ostendit, dicens : *Formavit Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ* (*Gen.* II, 7).

CHAPITRE LXXXVIII.

Objections contre la vérité qui vient d'être démontrée.

Plusieurs raisons paraissent contredire notre démonstration. Les voici :

1° L'homme est un animal par son âme sensitive, et la raison constitutive de l'animal, telle qu'elle convient à l'homme et aux autres animaux, s'exprime par un seul terme; d'où il semble résulter que l'âme sensitive de l'homme est du même genre que les âmes des autres animaux. Or, les êtres d'un même genre arrivent à l'existence de la même manière. Donc l'âme sensitive de l'homme, aussi bien que celle des autres animaux, reçoit l'*être* du principe actif contenu dans le sperme. L'âme intellectuelle est substantiellement la même que l'âme sensitive dans l'homme [ch. 58]. Donc le principe spermatique produit l'âme intellectuelle elle-même.

2° Selon la doctrine d'Aristote, le fœtus est à l'état d'animal avant de devenir un homme (1). Or, tant que ce fœtus est un animal et non un

materiam, de qua factus est mundus, non a Deo factam dicunt, sed Deo coæternam. Nec animam tribuunt Deo creatori, sed creatores esse animarum Angelos volunt de igne et spiritu (S. Aug. *De hæresib.*, n° 59).

(1) Definiendum est de anima, qua animal dicitur (est autem animal parte animæ sensuali) utrum in semine et conceptu inest, an non, et unde. Conceptum enim inanimatum esse nemo statuerit et vita omnibus modis privatum; quippe cum nihilo minus semina et conceptus animalium vivant ,quam stirpes, et aliquandiu prolifica sunt. Ergo animam in iis habere vegetalem palam est... Sensualem etiam, qua animal est, tempore procedente recipi, et rationalem, qua homo, certum est. Non enim simul et animal fit et homo; nec animal et equus. Eademque in cæteris animalibus ratio est; finis enim postea contingit. Proprium autem est finis cujusque generationis... Animam

---

Per hoc autem excluditur error ponentium animas ab Angelis esse creatas.

CAPUT LXXXVIII.

Rationes contra determinatam veritatem.

Sunt autem quædam quæ præmissis videntur esse adversa.

1° Quum enim homo sit animal, in quantum habet animam sensitivam, ratio autem animalis univoce homini et aliis animalibus conveniat, videtur quod anima sensitiva hominis sit ejusdem generis cum animabus aliorum animalium. Quæ autem sunt unius generis eumdem modum habent procedendi in esse. Anima igitur sensitiva hominis, sicut et aliorum animalium, per virtutem quæ est in semine in esse procedit. Est autem idem secundum substantiam anima intellectiva et sensitiva in homine, ut supra (c. 58) ostensum est. Videtur igitur quod etiam anima intellectiva per virtutem seminis producatur.

2° Præterea, Sicut docet Aristoteles (de Generat. Anim., II, c. 3), prius tempore est fœtus animal quam homo. Sed quum

homme, il a une âme sensitive et non une âme intellectuelle. Son âme sensitive est certainement produite par la vertu active du sperme, ainsi que cela a lieu pour les autres animaux. Cette âme sensitive est en puissance pour devenir intellectuelle, de même que cet animal est en puissance pour devenir un animal raisonnable, à moins que l'on ne prétende que l'âme intellectuelle qui survient ensuite est une substance distincte; ce qui a été rejeté plus haut [ch. 58]. Donc la substance de l'âme intellectuelle procède du principe actif inhérent au sperme (2).

3° Parce que l'âme est la forme du corps, elle est unie au corps à raison de son *être*. Or, l'action unique d'un seul agent a pour terme les choses qui se réunissent dans un même *être;* car s'il y a diversité entre les agents, et par conséquent, entre les actions, leurs produits seront nécessairement divers sous le rapport de l'*être*. Donc l'*être* com-

igitur vegetalem in seminibus, conceptibus, scilicet nondum separatis, haberi potentia statuendum est, non actu, priusquam eo modo, quo conceptus qui jam separatur, cibum trahant et officio ejus animæ fungantur; principio enim hæc omnia vitam stirpis vivere videntur. De anima quoque sensuali pari modo dicendum est, atque etiam de intellectuali. Omnes enim potentia prius haberi quam actu necesse est... Itaque extrinsecus ea (principia) venire impossibile est... Restat igitur ut mens sola extrinsecus accedat, eaque sola divina sit. Nihil enim cum ejus actione communicat actio corporalis (Arist. *De generat. animal.* II, c. 3).

(2) Cet argument repose sur l'opinion erronée de l'animation du fœtus, postérieure à la conception. « Platon, Asclepiade, Protagoras et plusieurs stoïciens ont prétendu que l'âme raisonnable n'existait point avant la naissance. L'enfant, disent-ils, reçoit l'âme par infusion au moment de la naissance. Il est évident qu'ils ont pris le souffle, *spiritus*, le *pneuma* des Grecs, pour l'âme humaine. C'est Aristote qui, le premier, a fixé l'animation au quarantième jour pour les garçons, et au quatre-vingtième ou quatre-vingt-dixième jour pour les filles. Saint Augustin, saint Thomas, et tous les théologiens, d'après eux, ont adopté l'opinion d'Aristote, qui a régné dans l'école jusque vers le milieu du XVIIe siècle » (Debreyne, *Mœchialogie*, p. 374). — Le sentiment d'Aristote est en partie exprimé dans la note précédente, et il est généralement abandonné aujourd'hui, parce qu'il est en opposition avec les découvertes de la science et la doctrine de plusieurs Pères de l'Église, au nombre desquels on compte saint Basile, saint Grégoire de Nysse, saint Césaire et d'autres Docteurs. Cette opinion est, en outre, formellement contredite par la Sainte-Ecriture, qui nous rappelle que nous avons été *conçus dans l'iniquité. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea* (Ps. L, 6). La croyance à l'*immaculée conception* de la sainte Vierge est aussi ancienne que l'Eglise, ainsi que des témoignages nombreux l'établissent. Or, nous ne serions pas

---

est animal et non homo, habet animam sensitivam et non intellectivam; quamquidem sensitivam non est dubium ex virtute activa seminis produci, sicut et in cæteris animalibus contingit; illa autem met anima sensitiva est in potentia ut sit intellectiva, sicut illud animal est in potentia ut sit animal rationale; nisi forte dicatur quod anima intellectiva superveniens sit alia substantia, quod supra (c. 58) improbatum est. Videtur ergo quod substantia animæ intellectivæ sit ex virtute quæ est in semine.

3° Item, Anima, quum sit forma corporis, unitur corpori secundum suum esse. Sed ad ea quæ sunt unum secundum esse terminatur una actio unius agentis; si enim sunt diversa agentia et per consequens diversæ actiones, sequetur quod sint facta

mun de l'âme et du corps est le terme de l'action unique d'un seul agent. Or, il est constant que le corps a pour cause l'action d'une vertu résidant dans le sperme. Donc l'âme, qui est la forme du corps, procède du même principe, et non d'un agent distinct.

4° L'homme engendre un être qui lui ressemble, sous le rapport de l'espèce, au moyen de la vertu inhérente au sperme détaché. Or, tout agent ayant une dénomination commune avec son effet engendre un être de même espèce, en réalisant pour ce sujet la forme qui détermine son espèce. Donc l'âme qui détermine l'espèce de l'homme est produite par la vertu active du sperme.

5° Apollinaire fait encore ce raisonnement : Celui qui achève un ouvrage s'associe à l'opération de l'agent. Or, s'il est vrai que Dieu crée les âmes, il complète lui-même la génération des enfants, qui doivent quelquefois leur naissance à un adultère. Donc Dieu coopère au péché de l'adultère ; et cette conséquence répugne.

On trouve dans un ouvrage attribué à saint Grégoire de Nysse plusieurs arguments qui appuient la même thèse. Nous les reproduisons ici.

6° L'âme et le corps se réunissent dans un tout qui est un seul homme. Si donc l'âme est formée avant le corps, ou le corps avant l'âme, le même être sera antérieur et postérieur à lui-même ; ce qui est contradictoire. Donc le corps et l'âme sont formés simultanément. Or, la formation du corps commence dans l'acte même de l'émission du sperme. Donc l'âme reçoit l'existence par cet acte.

conçus dans le péché et on ne pourrait pas dire que Marie a été exempte de la tache originelle dès le premier instant de sa *conception*, si l'enfant n'avait pas, aussitôt qu'il commence d'exister, une âme raisonnable ; car ce n'est pas l'âme sensitive qui est souillée par le péché, puisque par elle l'homme n'est qu'un animal. — Cette question est examinée à fond dans le savant traité d'*Embryologie sacrée* de Cangiamila.

---

diversa secundum esse. Oportet ergo unius agentis unam actionem terminari ad esse animæ et corporis. Constat autem quod corpus fit per actionem virtutis quæ est in semine. Ergo et ab eadem est anima, quæ est ejus forma, et non ab agente separato.

4° Amplius, Homo generat sibi simile secundum speciem per virtutem quæ est in semine deciso. Omne autem agens univocum generat sibi simile in specie per hoc quod causat formam generati, a qua est ejus species. Anima igitur humana, a qua est species hominis, producitur ex virtute quæ est in semine.

5° Item, Apollinaris sic argumentatur : Quicumque dat complementum operi cooperatur agenti ; sed si animæ creantur a Deo, ipse dat complementum generationi puerorum qui quandoque ex adulteris nascuntur ; ergo Deus cooperatur adulteris ; quod sibi inconveniens videtur.

Inveniuntur autem, in libro qui Gregorio Nysseno adscribitur, quædam rationes ad hoc idem probandum. Argumentatur autem sic :

6° Ex anima et corpore fit unum, quod est homo unus ; si igitur anima fiat prius quam corpus aut corpus prius quam anima, idem erit prius et posterius seipso, quod videtur impossibile ; simul igitur fit corpus

7° L'opération de l'agent est incomplète s'il ne donne pas l'*être* à la chose tout entière, mais seulement à une de ses parties. Si donc l'âme recevait son *être* de Dieu, et le corps sa forme de la vertu spermatique, comme ces deux substances sont les parties [essentielles] d'un seul être, qui est l'homme, il s'ensuivrait que l'opération de Dieu et celle de la vertu spermatique seraient incomplètes. Or, nous ne pouvons admettre une telle conséquence. Donc l'âme et le corps de l'homme procèdent de la même cause. Or, le corps humain est incontestablement le produit de la vertu spermatique. Donc il en est de même de l'âme.

8° Lorsque la reproduction a lieu par le moyen des semences, toutes les parties de la chose reproduite sont toujours virtuellement contenues ensemble dans la semence, bien qu'elles ne soient pas actuellement visibles. Prenons pour exemple le froment ou toute autre graine. L'herbe, la tige, les entre-nœuds, les fruits et les épis sont virtuellement renfermés dans le premier grain : ce grain s'allonge ensuite et se dilate, en suivant une tendance naturelle, pour arriver au degré voulu, sans s'approprier rien d'étranger. Or, l'âme est certainement une partie de l'homme. Donc l'âme humaine est contenue virtuellement dans le sperme humain, et ne tire pas son origine d'une cause extérieure.

9° Deux choses qui croissent et se perfectionnent ensemble tirent nécessairement leur origine du même principe. Or, quand un homme est produit, son corps et son âme croissent et se perfectionnent ensemble, puisque, à mesure que la forme des membres se dessine et que leur volume augmente, les opérations de l'âme deviennent de

---

et anima. Sed corpus incipit fieri in decisione seminis. Ergo et per decisionem seminis anima in esse producitur.

7° Adhuc, Imperfecta videtur esse operatio agentis qui non totam rem in esse producit, sed solum ejus alteram partem. Si igitur Deus animam in esse produceret, corpus vero virtute seminis formaretur, quæ duo sunt partes unius, scilicet hominis, utriusque operatio, scilicet Dei et seminativæ virtutis, imperfecta videretur; quod patet esse inconveniens. Ab una igitur et eadem causa producitur anima et corpus hominis. Constat autem corpus hominis produci virtute seminis. Ergo et anima.

8° Item, In omnibus quæ generantur ex semine, omnes partes rei generatæ simul comprehenduntur virtute in semine, licet actu non appareant; sicut videmus, in tritico aut in quolibet alio semine, quod herba et culmus et internodia et fructus et aristæ virtute comprehenduntur in primo semine, et postea protenditur semen et dilatatur quadam consequentia naturali ad perfectionem, non assumens aliquid extrinsecum. Constat autem animam esse partem hominis. In semine igitur hominis, virtute continetur anima humana; non autem ex aliqua exteriori causa principium sumit.

9° Amplius, Eorum quorum invenitur idem processus et terminus, oportet esse idem originis principium. Sed in generatione hominis idem processus corporis et animæ et idem terminus invenitur: secun-

plus en plus sensibles; car la première opération qu'on peut saisir est celle de l'âme sensitive; vient ensuite l'opération de l'âme intellectuelle, lorsque le corps est complet. Donc l'âme et le corps ont un seul principe. Or, le corps commence d'exister par l'émission du sperme. Donc l'âme a la même origine.

10° Une chose qui prend la figure d'une autre est ainsi constituée d'après la manière d'être de la chose qu'elle imite : par exemple, la cire, qui reproduit l'empreinte du sceau, reçoit sa conformation par l'apposition de ce sceau. Or, le corps de l'homme, et en général de tout animal, est formé sur l'âme qui lui convient; car les organes sont disposés de telle sorte que les opérations de l'âme puissent s'exercer par leur moyen. Donc le corps reçoit sa forme en vertu d'une action de l'âme. Aussi Aristote enseigne-t-il que l'âme est la cause efficiente du corps (3). Or, il n'en serait pas ainsi, si l'âme n'était pas contenue dans le sperme, puisque c'est la vertu spermatique qui constitue le corps. Donc l'âme humaine est contenue dans le sperme humain, et doit son origine à l'émission de cette substance.

11° Rien ne vit que par l'âme (4). Or, le sperme est vivant, et trois

(3) Est anima causa principiumque corporis viventis. Atqui cum multifariam hæc dicantur, anima pari modo tribus determinatis modis causa est. Nam est ea causa a qua profluit motus; est etiam cujus gratia cætera fiunt, et insuper ut forma corporum animatorum, substantiave. Atque causam ut substantiam animantium esse, non est obscurum; causam namque cunctis ut sint, formam ipsam atque substantiam esse patet. At vivere viventium est esse, cujus sane causa est, ut constat, atque principium anima. Præterea actus ejus quod est potentia, ratione ejusdem; at anima viventis est corporis actus. Patet etiam animam esse causam, ut id cujus gratia cætera fiunt... universa namque naturalia corpora, tam animalium quam etiam plantarum, ipsius animæ sunt instrumenta. Quo fit ut ipsa sint animæ, sine controversia, gratia. Duplex est autem id, causa cujus cætera fiunt; atque unum est quo, alterum cui. At vero constat animam id etiam esse unde primum motus ad locum accommodatus emergit; verum hæc vis non universis inest viventibus. Fit etiam per animam et alteratio et accretio; sensus enim alteratio quædam esse videtur, sentitque nihil quod non habeat animam, etc. (Arist. *De anima*, II, c. 4).

(4) Voyez la note qui précède.

---

dum enim quod figuratio et quantitas membrorum procedit, et animæ etiam operationes magis ac magis manifestantur; nam prius apparet operatio animæ sensitivæ, et tandem, corpore completo, operatio animæ intellectivæ. Ergo idem est principium animæ et corporis. Sed principium originis corporis est per decisionem seminis. Ergo est et principium originis animæ.

10° Adhuc, Quod configuratur alicui, constituitur ex ratione ejus cui configuratur; sicut cera, quæ configuratur sigillo, accipit hanc configurationem ex impressione sigilli. Constat autem corpus hominis et cujuslibet animalis esse propriæ animæ configuratum; talis est enim organorum dispositio qualis competit ad operationes animæ per ea exercendas. Corpus igitur formatur ex actione animæ; unde etiam Aristoteles dicit (de Anima, II, c. 4) quod anima est efficiens causa corporis. Hoc autem non esset, nisi anima esset in semine; nam corpus per virtutem quæ est in semine constituitur. Est igitur anima humana in semine hominis, et ita ex decisione seminis originem habet.

raisons le prouvent : premièrement, il sort d'un être vivant; secondement, on distingue en lui la chaleur vitale et une opération dont la vie est le principe, deux choses qui prouvent la réalité de la vie; troisièmement, si les semences des plantes confiées à la terre n'avaient pas la vie en elles, jamais elles ne tireraient de la terre, qui est sans vie, la chaleur qui les fait vivre. Donc l'âme est dans le sperme, et, par conséquent, elle reçoit, par l'émission de ce fluide, l'existence et la vie.

12° Si l'âme n'est pas antérieure au corps [ch. 83] et ne commence pas non plus d'exister à l'instant de l'émission spermatique, il faut que le corps soit formé le premier et reçoive ensuite, par une sorte d'infusion, une âme nouvellement créée. Dans cette hypothèse, l'âme existe à cause du corps; car un être qui existe à cause d'un autre lui est postérieur, comme, par exemple, le vêtement, qui n'est que pour l'homme. Or, cette conséquence est fausse, et il est bien plus vrai que le corps est pour l'âme, puisque la fin est toujours la plus noble. Donc on est forcé d'accorder que l'âme prend naissance au moment de l'émission du sperme.

CHAPITRE LXXXIX.

Reponse aux objections précédentes.

Afin de résoudre plus facilement les difficultés qui viennent d'être

---

11° Item, Nihil vivit nisi per animam. Semen autem est vivum; quod patet ex tribus : Primo quidem, quia a vivente deciditur; secundo, quia in semine apparet calor vitalis et operatio vitæ, quæ sunt rei viventis indicia; tertio, quia semina plantarum terræ mandata, nisi in se vitam haberent, ex terra, quæ est exanimis, non possent calescere ad vivendum. Est igitur anima in semine, et sic ex decisione seminis vitam habet et originem capit.

12° Amplius, Si anima non est ante corpus, ut ostensum est [c. 83], neque incipit esse cum seminis decisione, sequitur quod prius formetur corpus et postea ei infundatur anima de novo creata. Sed si hoc est verum, sequitur ulterius quod anima sit propter corpus; quod enim est propter aliud invenitur eo posterius, sicut vestimenta sunt propter hominem. Hoc autem est falsum; nam magis est corpus propter animam; finis enim semper nobilior est. Oportet igitur dicere quod anima simul cum decisione seminis oriatur.

CAPUT LXXXIX.

Responsiones ad prædicta.

Ad faciliorem vero præmissarum rationum solutionem, præmittenda sunt quædam

exposées, il sera bon de faire connaître sommairement l'ordre et les progrès de la génération de l'homme, et en général de tous les animaux.

La première observation à faire, c'est que plusieurs sont tombés dans l'erreur en croyant que les opérations vitales qu'on remarque dans l'embryon, avant qu'il ait atteint son entier développement, n'ont pas pour principe une certaine âme ou vertu de l'âme existant en lui, mais l'âme de sa mère; car, d'après cette opinion, l'embryon ne serait pas un animal, puisque tout animal est composé d'une âme et d'un corps.

Les opérations vitales ne procèdent pas non plus d'un principe actif extérieur, mais d'une vertu intrinsèque; et c'est là principalement ce qui distingue des êtres privés de vie les êtres vivants, qui ont seuls la faculté de se mouvoir eux-mêmes. En effet, la nutrition n'est autre que l'assimilation des aliments; d'où il suit qu'il doit y avoir dans l'être qui se nourrit une vertu active qui réalise cette opération, puisque l'agent produit toujours un être semblable à lui. La même chose paraît plus clairement encore dans les opérations des sens; car si l'on peut voir et entendre, c'est à raison d'une vertu [ou faculté] qui est dans le sujet lui-même et non dans un autre. C'est pourquoi, si l'embryon se nourrit et sent, même avant d'être complétement développé, on n'est pas en droit d'attribuer ces effets à l'âme de sa mère.

Il ne serait cependant pas exact de dire que, dès le principe, l'âme est complète dans le sperme, à raison de son essence, et que ses opérations ne sont pas sensibles tout d'abord à cause de l'imperfection des organes; car l'âme étant unie au corps comme sa forme, cette union n'est possible qu'avec le corps dont elle est l'acte propre. Or,

---

ad exponendum ordinem et processum generationis humanæ, et generaliter animalis.

Primo itaque sciendum est falsam esse opinionem quorumdam dicentium quod opera vitæ, quæ apparent in embryone ante ultimum complementum, non sunt ex aliqua anima vel virtute animæ in eo exsistente, sed ex anima matris. Si enim hoc esset verum, jam embryo non esset animal, quum omne animal ex anima et corpore constet. Operationes etiam vitæ non proveniunt a principio activo extrinseco, sed ab intranea virtute; in quo præcipue a non viventibus viventia videntur discerni, quorum est proprium movere seipsa. Quod enim nutritur assimilat sibi nutrimentum; unde oportet in nutrito esse virtutem nutritionis activam, quum agens sibi simile agat; et multo est hoc manifestius in operibus sensus; nam videre et audire convenit alicui per virtutem aliquam in ipso exsistentem, non in alio. Unde, quum embryo inveniatur nutriri ante ultimum complementum et etiam sentire, non potest hoc attribui animæ matris.

Nec tamen potest dici quod in semine, ab ipso principio, sit anima secundum suam essentiam completam, cujus tamen operationes non apparent propter organorum defectum. Nam, quum anima uniatur corpori ut forma, non unitur nisi corpori cujus est proprie actus. Est autem anima actus cor-

l'âme est l'acte du corps organisé. Donc, avant l'organisation du corps, elle n'est pas en acte dans le sperme, mais seulement en puissance, ou virtuellement. C'est ce qui fait dire à Aristote que le sperme et le fruit ont la vie en puissance, en ce sens qu'ils ont perdu l'âme ou qu'ils en sont privés, quoique cependant l'être, dont l'âme est l'acte, ait la vie en puissance, sans pour cela avoir perdu cette âme (1).

Si l'âme était dès le principe contenue dans le sperme, il faudrait en conclure encore que la génération de l'animal serait effectuée uniquement par l'émission spermatique, d'une manière analogue à ce qui arrive pour les animaux annelés, constitués de telle sorte que d'un seul on peut en faire deux. En effet, si le sperme, à l'instant même de son émission, renfermait une âme, il aurait aussi une forme substantielle. Or, la production de la substance précède la forme substantielle et ne vient pas après elle; et lorsqu'il survient quelques changements postérieurs à la forme substantielle, ils ne concourent pas à réaliser l'*être* de la chose produite, mais seulement à lui conférer quelque degré de bonté. Dans cette hypothèse, la génération de l'animal serait donc complète par le fait même de l'émission du sperme, et toutes les modifications subséquentes ne contribueraient en rien à cette génération. Une telle conséquence est plus absurde encore, appliquée à l'âme

(1) La pensée d'Aristote, telle du moins qu'elle est exprimée dans l'édition que nous suivons, nous paraît rendue ici peu exactement. Ce philosophe veut dire que « l'être qui a perdu la vie (ou l'âme) n'est pas un être animé en puissance, mais celui qui la possède actuellement, tel que le sperme ou le fruit, qui est en puissance tel ou tel corps (animal ou plante). » — Afin que le lecteur puisse en juger par lui-même, nous mettons sous ses yeux le texte d'Aristote et la traduction latine qui l'accompagne : Ἔστι δὲ οὐ τὸ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχήν, τὸ δυνάμει ὂν ὥστε ζῆν, ἀλλὰ τὸ ἔχον. Τὸ δὲ σπέρμα καὶ ὁ καρπός, τὸ δυνάμει τοιονδὲ σῶμα. Non est autem id potentia vivens, quod abjecit animam, eaque vacat; sed id quod ipsam habet. Semen vero fructusve id mirum est quod potest tale corpus evadere (*De anima*, II, c. 1).

---

poris organici. Non est igitur ante organizationem corporis in semine anima actu, sed solum potentia sive virtute Unde Aristoteles dicit in secundo de Anima (c. 1) quod semen et fructus sic sunt potentia vitam habentia quod abjiciunt animam, id est anima carent, quum tamen id cujus anima est actus sit potentia vitam habens, non tamen abjiciens animam.

Sequeretur etiam, si a principio anima esset in semine, quod generatio animalis esset solum per decisionem, sicut est, in animalibus annulosis, quod ex uno fiunt duo. Semen enim, si, statim quum est decisum, animam haberet, jam haberet formam substantialem. Omnis autem generatio substantialis præcedit formam substantialem, non eam sequitur; si quæ vero transmutationes formam substantialem sequuntur, non ordinantur ad esse generati, sed ad bene esse ipsius. Sic igitur generatio animalis compleretur in ipsa decisione seminis; omnes autem transmutationes sequentes essent ad generationem impertinentes. Sed adhuc magis est ridiculum, si hoc de anima rationali dicatur : tum quia impossibile est ut dividatur secundum divisionem corporis, ad hoc ut in deciso semine esse possit; tum quia sequeretur quod, in omnibus pollutionibus ex quibus conceptus

raisonnable : d'abord parce que l'âme ne peut se fractionner par suite de la division du corps, de manière à accompagner le sperme lorsqu'il est émis ; en second lieu, parce que toutes les pollutions non suivies de conception n'en auraient pas moins pour effet de multiplier les âmes raisonnables.

On serait dans l'erreur en adoptant le sentiment de quelques auteurs, qui se résume ainsi : Quoique dès le commencement de l'émission du sperme, l'âme ne soit pas en acte, mais virtuellement dans cette substance, à cause du défaut d'organes, cependant la vertu propre du sperme, qui est un corps capable de recevoir son organisation et non organisé, est, en raison de sa proportion avec le sperme, une âme en puissance, mais non en acte. Comme les plantes n'ont pas besoin pour vivre d'organes aussi nombreux que ceux des animaux, lorsque la première semence est organisée comme il convient pour que la plante vive, la vertu en question devient une âme végétative; ensuite, quand les organes sont mieux conformés et plus nombreux, la même vertu passe à l'état d'âme sensitive; enfin, s'ils arrivent à leur perfection, cette vertu se transforme en âme raisonnable, non par l'action propre de la vertu spermatique, mais par l'influence d'un agent extérieur. C'est pourquoi ces auteurs disent qu'Aristote fait venir l'intelligence d'un principe extrinsèque (2).

(2) Animam vegetabilem in seminibus, conceptibus, scilicet nondum separatis, haberi potentia statuendum est, non actu, prius quam eo modo, quo conceptus qui jam separatur, cibum trahant et officio ejus animæ fungantur. Principio enim hæc omnia vitam stirpis vivere videntur. De anima quoque sensuali pari modo dicendum est, atque etiam de intellectuali. Omnes enim potentia prius haberi quam actu necesse est. Sed aut omnes contingere, cum ante non fuerint, aut partim cum ante non fuerint, partim cum ante fuerint ; et contingere aut in materia non subeuntes semen maris, aut eo quidem inde venientes, sed in mare aut omnes extrinsecus contingere, aut nullam, aut partim extrinsecus, partim non extrinsecus. Cæterum omnes ante esse, impossibile rationibus his esse ostenditur. Quorum enim principiorum actio est corporalis, hæc sine corpore inesse non posse certum est : verbi gratia, ambulare sine pedibus. Itaque extrinsecus ea venire impossibile est. Nec enim ipsa per se accedere possunt, cum inseparabilia sint,

---

non sequitur, nihilominus rationales animæ multiplicarentur.

Neque etiam dici potest (quod quidam dicunt), etsi a principio decisionis in semine non sit anima actu, sed virtute, propter deficientiam organorum, tamen ipsammet virtutem seminis, quod est corpus organizabile, etsi non organizatum, esse proportionaliter semini animam in potentia, sed non actu; et, quia vita plantæ pauciora requirit organa quam vita animalis, primo semine sufficienter ad vitam plantæ organizato, ipsam prædictam virtutem fieri animam vegetabilem; deinde, organis magis perfectis et multiplicatis, eamdem perduci ut sit anima sensitiva; ulterius autem, forma organorum perfecta, eamdem animam fieri rationalem, non quidem per actionem virtutis seminis, sed ex influxu exterioris agentis ; propter quod suspicantur Aristotelem dixisse (de Generat. Animal., II, c. 3) intellectum ab extrinseco esse.

Cette opinion étant admise, il en résulte que la même vertu, tout en conservant son identité numérique, est d'abord une âme végétative seulement, ensuite une âme sensitive, et conséquemment, que la forme substantielle elle-même va toujours en se perfectionnant davantage; en second lieu, que cette forme substantielle passe de la puissance à l'acte successivement et non en un seul instant; et encore que la génération est un mouvement continu, de même que l'altération : conclusions qui renversent l'ordre de la nature.

De cette même opinion nous tirons une autre conséquence, qui fait une difficulté plus grande encore, savoir que l'âme raisonnable est mortelle. En effet, rien de ce qui survient en qualité de forme dans un être corruptible ne peut le rendre incorruptible par nature; car dans ce cas, le corruptible serait changé en incorruptible; ce qui répugne, puisque, selon Aristote, ils appartiennent à des genres différents (3). Or, puisque l'on veut que la substance de l'âme sensitive ait été produite par la génération du corps, en suivant le progrès ci-dessus indiqué, la destruction du corps entraîne de toute nécessité la sienne. Si donc cette âme devient raisonnable en vertu d'une lumière qui lui est communiquée intérieurement et qui est pour elle une forme; car le principe sensitif est intelligent en puissance, il s'ensuit nécessairement que l'âme raisonnable est détruite avec le corps. Or, nous avons démontré [ch. 79] et la foi catholique enseigne que cela est impossible.

neque cum corpore. Semen enim excrementum alimenti mutati est. Restat igitur ut mens sola (τὸν νοῦν μόνον) extrinsecus accedat, eaque sola divina sit; nihil enim cum ejus actione communicat actio corporalis (Arist. *De generat. animal.* II, c. 3).

(3) Cum contraria specie diversa sint, corruptibile autem et incorruptibile contraria sint (privatio namque determinata impotentia), necesse est diversum genere esse corruptibile et incorruptibile (Arist. *Metaphys.* X, c. 10).

Secundum enim hanc positionem, sequeretur quod aliqua virtus eadem numero nunc esset anima vegetabilis tantum et postmodum anima sensitiva, et sic ipsa forma substantialis continue magis ac magis perficeretur; et ulterius sequeretur quod non simul, sed successive, educeretur forma substantialis de potentia in actum; et ulterius quod generatio esset motus continuus, sicut et alteratio; quæ omnia sunt impossibilia in natura.

Sequeretur etiam adhuc majus inconveniens, scilicet quod anima rationalis esset mortalis. Nihil enim formaliter alicui rei corruptibili adveniens facit ipsum esse incorruptibile per naturam; alias corruptibile mutaretur in incorruptibile; quod est impossibile, quum differant secundum genus, ut dicitur in decimo Metaphysicorum (c. 10). Substantia autem animæ sensibilis, quum ponatur esse per accidens generata a corpore generato in processu prædicto, de necessitate est corruptibilis ad corruptionem corporis. Si igitur ipsamet sit rationalis, quodam lumine intrinsecus inducto, quod formaliter se habet ad ipsam (est enim sensitivum potentia intellectivum), de necessitate sequitur quod anima rationalis, cor-

Donc la vertu émise avec le sperme, et que nous appelons formelle, n'est pas une âme et ne devient pas une âme dans le cours de la génération; mais parce qu'elle est attachée, comme à son propre sujet, à l'esprit contenu dans le sperme, qui est une sorte de substance de forme mousseuse, elle opère la formation du corps, déterminée à l'action par l'âme du père, auquel on attribue la génération comme au principal générateur, et non par l'âme du sujet conçu, même après qu'il est en possession de cette âme; car ce sujet conçu ne s'engendre pas lui-même, mais il est engendré par son père.

Cela est évident pour qui veut examiner séparément chacune des vertus [ou facultés] de l'âme. On ne peut, en effet, accorder cette vertu formelle à l'âme de l'embryon, en la considérant comme le principe de la génération : d'abord, parce que la vertu génératrice n'exerce son opération qu'autant que les vertus auxiliaires auxquelles appartiennent la nutrition et l'accroissement ont complété les leurs; car la génération est l'action d'un être qui est déjà parfait; ensuite parce que l'opération de la vertu génératrice n'a pas pour fin la perfection de l'individu même, mais la conservation de l'espèce. Cette puissance ne peut pas non plus appartenir à la vertu nutritive, dont la fonction est d'assimiler les aliments à l'être qui s'en nourrit, et il ne se passe ici rien de semblable; car tant que la formation est en progrès, les aliments ne sont pas convertis en la ressemblance d'un être préexistant, mais ils ont pour but de perfectionner la forme et de la faire approcher de plus en plus de la ressemblance du père. Elle n'est pas davantage inhérente à la vertu qui donne l'accroissement et qui ne peut causer aucun changement dans la forme, mais seulement dans la quantité. Quant aux vertus sensitive et intellectuelle, il est

---

pore corrupto, corrumpitur; quod est impossibile, ut supra (c. 79) probatum est et fides catholica docet.

Non igitur ipsamet virtus quæ cum semine deciditur et dicitur formativa, est anima neque in processu generationis fit anima; sed, quum ipsa fundetur, sicut in proprio subjecto, in spiritu cujus est semen contentivum sicut quoddam spumosum, operatur formationem corporis, prout agit ex vi animæ patris cui attribuitur generatio sicut principali generanti, non ex vi animæ concepti, etiam postquam anima inest; non enim conceptum generat seipsum, sed generatur a patre.

Et hoc patet discurrenti per singulas virtutes animæ. Non enim potest attribui animæ embryonis, ratione virtutis generativæ : tum quia vis generativa non habet suam operationem nisi completo opere nutritivæ et augmentativæ quæ ei deserviunt, quum generare sit jam perfecti; tum quia opus generativæ non ordinatur ad perfectionem ipsius individui, sed ad speciei conservationem. Nec etiam potest attribui virtuti nutritivæ, cujus opus est assimilare nutrimentum nutrito, quod hic non apparet; non enim nutrimentum in processu formationis trahitur in similitudinem præexsistentis, sed producitur ad perfectiorem formam et viciniorem similitudini patris. Similiter nec augmentativæ, ad quam non

évident qu'elles sont dépourvues de l'opération requise pour produire cette conformation. Nous concluons donc que la formation du corps, surtout en ce qui concerne les parties principales qui précèdent les autres, n'est pas due à l'âme même qui est produite, ni à une vertu formelle agissant d'après son impulsion, mais à une vertu formelle qui agit sous l'influence de l'âme du père, laquelle est le principe de la génération, et dont l'opération consiste à réaliser un être qui, sous le rapport de l'espèce, ressemble à l'être générateur.

Cette vertu formelle demeure donc dans l'esprit dont nous avons parlé, depuis l'instant où le travail de formation commence jusqu'à celui où il s'achève; et cependant la figure de l'être qui subit ce travail ne reste pas la même; car sa forme primitive est celle du sperme, qui fait bientôt place à la forme du sang, et ainsi de suite jusqu'à ce qu'il ait atteint son entier développement. En effet, bien qu'il n'y ait pas un ordre de succession dans la production des corps simples, parce que la forme s'unit immédiatement à leur matière première, il est nécessaire que cet ordre soit observé dans la production des autres corps, à cause des nombreuses formes intermédiaires qui se succèdent depuis la forme élémentaire jusqu'à la dernière forme, terme de la génération; et par conséquent, il y a plusieurs générations et corruptions consécutives.

Nous ne voyons aucune difficulté à ce que certaines formes intermédiaires soient produites pour disparaître aussitôt après, parce que, n'appartenant à aucune espèce complète, elles sont de simples transitions qui conduisent à l'espèce déterminée; par conséquent, elles ne reçoivent pas l'existence pour la conserver, mais uniquement afin que

---

pertinet mutatio secundum formam, sed solum secundum quantitatem. De sensitiva autem et intellectiva, patet quod non habent aliquod opus formationi tali appropriatum. Relinquitur igitur quod formatio corporis, præcipue quantum ad primas et principales partes, non est ab anima genita, nec a virtute formativa agente ex vi ejus, sed agente ex vi animæ generativæ patris, cujus opus est facere simile generanti secundum speciem.

Hæc igitur vis formativa eadem manet in spiritu prædicto, a principio formationis usque in finem; species tamen formati non manet eadem; nam primo habet formam seminis, postea sanguinis, et sic inde quousque veniat ad ultimum complementum. Licet enim generatio simplicium corporum non procedat secundum ordinem, eo quod quodlibet eorum habet formam immediatam materiæ primæ, in generatione tamen corporum aliorum oportet esse generationum ordinem, propter multas formas intermedias inter primam formam elementi et ultimam formam ad quam generatio ordinatur; et ideo sunt multæ generationes et corruptiones sese consequentes.

Nec est inconveniens si aliquid intermediorum generatur, et statim postmodum interrumpitur, quia intermedia non habent speciem completam, sed sunt ut via ad speciem; et ideo non generantur ut permaneant, sed ut per ea ad ultimum generatum perveniatur. Nec est mirum si tota genera-

par elles l'être, qui est la fin dernière de la génération, se trouve réalisé. On ne doit pas être étonné en voyant que la même transformation ne se continue pas durant tout le temps de la génération, mais qu'il y a un certain nombre de générations intermédiaires; car c'est ce qui a lieu également pour l'altération et l'accroissement, et Aristote nous démontre que le seul mouvement qui soit réellement continu est le mouvement local (4). Donc le nombre des formes intermédiaires qui préparent graduellement la forme dernière, et par conséquent, le nombre des générations moyennes, et en proportion de la noblesse de cette forme et de la distance qui la sépare de la forme élémentaire. C'est pourquoi, lorsque la génération a pour terme l'animal et l'homme, dont la forme est la plus parfaite, il y a beaucoup de formes ou générations intermédiaires et, conséquemment, de corruptions, puisque la forme actuelle n'est produite que par la destruction de la précédente. Donc l'âme végétative, qui donne d'abord à l'embryon la vie de la plante, est détruite après quelque temps et fait place à une âme plus parfaite, qui est tout à la fois nutritive et sensitive. L'embryon vit alors de la vie animale, et lorsque cette seconde est détruite à son tour, elle est remplacée par une âme raisonnable qui vient du dehors, bien que les deux autres aient existé en vertu du principe actif inhérent au sperme (5).

Il est facile, après ces explications, de répondre aux objections qui nous sont faites.

(4) Aristote prouve, dans les chapitres 7, 8 et 9 du VIII[e] livre de sa *Physique*, que le mouvement local et circulaire peut seul se continuer jusqu'à l'infini, au indéfiniment. Il dit encore ailleurs : — « Motus non est continuus, præter hunc qui secundum locum, et hunc qui circularis est » (*Metaphys.* XII, c. 6).

(5) Voyez la note 2 du ch. 89, p. 252.

---

tionis transmutatio non est continua, sed sunt multæ generationes intermediæ, quia hoc etiam accidit in alteratione et augmento; non enim est tota alteratio continua neque totum augmentum, sed solum motus localis est vere continuus, ut patet in octavo Physicorum (c. 7, 8 et 9). Quanto igitur aliqua forma est nobilior et magis distans a forma elementi, tanto oportet esse plures formas intermedias quibus gradatim ad formam ultimam veniatur, et per consequens plures generationes medias; et ideo in generatione animalis et hominis, in quibus est forma perfectissima, sunt plurimæ formæ et generationes intermediæ, et per consequens corruptiones, quia generatio unius est corruptio alterius. Anima igitur vegetabilis, quæ primo inest quum embryo vivit vita plantæ, corrumpitur, et succedit anima perfectior quæ est nutritiva et sensitiva simul, et tunc embryo vivit vita animalis; hac autem corrupta, succedit anima rationalis ab extrinseco immissa, licet præcedentes fuerint virtute seminis.

His igitur visis, facile est respondere ad objecta.

Quod enim primo objicitur, oportere

(2) Ipsum bonum ipsamet substantia sua rebus omnibus, pro cujusque captu, totius bonitatis suæ radios effundit. His constiterunt omnes intellectiles ac intelligentes substantiæ et virtutes et operationes ; horum virtute sunt, vitamque habent sempiternam et indeficientem, ab omni corruptione ac morte et materia generationeque liberæ, necnon ab instabili fluxaque, quæ in diversa diversimode fertur, permutatione semotæ, et tanquam incorporeæ et immateriales intelliguntur, et ut mentes *supermundialiter* intelligunt (καὶ ὡς νόες ὑπερκοσμίως νοοῦσι), atque propriis rerum rationibus illustrantur, rursumque in ea quæ illis cognata sunt munera derivant (S. Dionys. *De divin. nom.*, c. 4).

(3) In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, et interrogaverunt eum... In resurrectione ergo cujus erit de septem uxor ? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Jesus, ait illis : Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei ; in resurrectione enim neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob ? Non est Deus mortuorum, sed viventium... Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis, convenerunt in unum (Matth. XXII, 23, 28-34). — Sciens autem Paulus quia una pars esset Sadducæorum et altera Pharisæorum, exclamavit in concilio : Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe et resurrectione mortuorum ego judicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos et Sadducæos, et soluta est multitudo ; Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum ; Pharisæi autem utraque confitentur (Act. apost. XXIII, 6-8).

(4) Plurimi eorum qui primo philosophati sunt, solas causas existimarunt omnium esse principia, quæ in materiæ specie sunt. Ex quo enim omnia entia sunt, et ex quo primo fiunt, et ad quod ultimum corrumpuntur, substantia quidem permanente, mutata vero passionibus, hoc elementum, et hoc omnium entium esse principium aiunt ; et ob hoc nihil fieri, neque corrumpi opinantur, tanquam hujuscemodi natura semper conservata (Arist. *Metaphys.* I, c. 3).

(l. I, c. 13); motor autem incorporeus, unitus corpori, movetur per accidens ad motum corporis, sicut patet de anima. Oportet igitur esse plures motores qui neque sint corpora neque corporibus uniti. Motus autem cœlestes sunt ab aliquo intellectu, ut supra (l. I, c. 20) probatum est. Sunt igitur plures substantiæ intellectuales corporibus non unitæ.

His autem concordat sententia Dionysii (de Divin. Nom., c. 4), dicentis de Angelis quod « sicut immateriales et incorporei intelliguntur. »

Per hoc autem excluditur error Sadducæorum, qui dicebant spiritum non esse ; et positio antiquorum naturalium, qui dicebant omnem substantiam corpoream esse ; positio etiam Origenis, qui dixit quod nulla substantia, post Trinitatem divinam, absque corpore potest subsistere ; et omnium

CHAPITRE XCII.

Du nombre des substances séparées.

Aristote s'efforce de prouver, non-seulement qu'il existe quelques substances intellectuelles sans corps, mais, de plus, que leur nombre est égal à celui des mouvements observés dans le ciel, et qu'il n'y en a ni plus, ni moins.

Il établit d'abord qu'il n'y a dans le ciel aucun mouvement que nous ne puissions apercevoir, parce que tout mouvement céleste est produit par le changement de position d'un astre, qui est une chose sensible; car les orbites transportent les astres, et le mouvement du véhicule a pour cause [finale] le mouvement de l'objet transféré (1).

(1) Voyez d'abord le passage rapporté dans la note 1 du chapitre précédent, p. 272. Aristote continue ainsi : — « Nam et stellarum natura, perpetua substantia quædam existens; et quod movet perpetuum et prius est moto; et quod prius substantia est, substantia sit necesse est. Constat itaque necesse esse, tot substantias esse natura perpetuas, et per se immobiles, ac absque magnitudine, ob causam prius dictam. Quod igitur substantiæ sunt, et harum quænam prima, quæve secunda, secundum eumdem ordinem quem et lationes siderum habent, patet. Pluralitatem vero lationum, ex peculiarissima philosophia mathematicarum scientiarum, videlicet ex astrologia, considerandum est; hæc enim de substantia sensibili quidem, at sempiterna speculatur; cæteræ vero, de nulla quidem substantia, veluti quæ circa numeros, atque quæ circa geometriam. Et quidem quod plures sint eorum quæ feruntur lationes, manifestum est etiam iis qui parum attigerunt; pluribus enim quam una, errantium astrorum unumquodque fertur... Quod si nullam lationem possibile est esse quæ non ordinetur ad lationem stellæ, omnem item naturam, omnemque substantiam impassibilem, et per se, arbitrari oportet optimum sortitam finem esse, nulla profecto præter has alia natura erit, sed hunc necesse est numerum substantiarum esse. Si etenim aliæ sunt, utique movebunt, cum lationis finis sint. Sed esse alias lationes præter dictas, impossibile est : hoc autem ex iis, quæ feruntur, rationabile est accipere. Si enim omne quod fert, ejus gratia quod fertur, suapte natura est, omnisque latio alicujus quod fertur est, nulla latio sui gratia erit profecto, nec alterius lationis, verum stellarum causa. Si namque latio causa erit, illam quoque oportebit aliarum gratia esse. Quare cum non sit processus in infinitum, finis omnis lationis erit divinorum corporum aliquod, quæ in cœlo feruntur » (Arist. *Metaphys.* XII, c. 8).

---

aliorum ponentium omnes Angelos, bonos et malos, habere corpora naturaliter sibi unita.

CAPUT XCII.

De multitudine substantiarum separatarum.

Sciendum est autem quod Aristoteles probare nititur, non solum esse aliquas substantias intellectuales absque corpore, sed etiam quod sunt ejusdem numeri cujus sunt motus deprehensi in cœlo, neque plures neque pauciores.

Probat enim (Metaph. XII, c. 8) quod non sunt aliqui motus in cœlo, qui a nobis deprehendi non possint, per hoc quod omnis motus, qui est in cœlo, est propter motum alicujus stellæ, quæ sensibilis est;

Il en vient ensuite à montrer qu'il n'y a point de substance séparée qui ne produise quelque mouvement dans le ciel. La raison qu'il en donne, c'est que les mouvements célestes étant coordonnés par rapport aux substances séparées, comme avec leurs fins, s'il existait d'autres substances séparées que celles qu'il énumère, il y aurait également d'autres mouvements coordonnés avec elles, comme avec leur fin, sans quoi ces mouvements seraient imparfaits.

Il conclut de là que les substances séparées ne sont pas en plus grand nombre que les mouvements connus, ou que l'on pourra découvrir dans le ciel, surtout en considérant qu'il n'y a pas plusieurs corps célestes de la même espèce, en sorte que nous puissions ignorer encore quelques mouvements (2).

Cette conclusion ne nous paraît pas nécessaire. Lorsqu'une chose existe pour une fin, sa nécessité se tire de la fin, ainsi que le Philosophe lui-même l'enseigne, mais non réciproquement (3). C'est pourquoi, si nous admettons ce qu'il dit, que les mouvements célestes sont coordonnés avec les substances séparées, comme avec leurs fins, il ne s'ensuit pas nécessairement que l'on peut connaître le nombre des substances séparées par le nombre de ces mouvements. On peut,

(2) Les découvertes successives faites par l'astronomie, au moyen des divers instruments inventés et perfectionnés dans les siècles derniers, prouvent combien Aristote se serait trompé, s'il avait réellement voulu affirmer, comme une chose certaine, qu'il ne pouvait exister d'autres mouvements, et par conséquent, d'autres corps célestes que ceux qui furent observés de son temps.

(3) In universis in quibus est id quod alicujus gratia fit, non sunt sine hisce quæ necessariam habent naturam ; non tamen sunt ob hæc ipsa, nisi ut ob materiam, sed alicujus sunt gratia. Veluti, propter quid serra est talis ? ut hoc et hujusce gratia sit. Hoc tamen gratia cujus est, fieri non potest, si non ferrea sit : necesse est ergo ferream esse, si serra atque opus ipsius erit. Est igitur necessarium ipsum ex suppositione, sed non ut finis ; nam necessarium quidem in materia, id vero gratia cujus est, in ratione consistit (*Physic.* II, c. 9).

---

orbes enim deferunt stellas ; motus autem deferentis est propter motum delati.

Item probat (ibid.) quod non sunt aliquæ substantiæ separatæ a quibus non proveniant aliqui motus in cœlo ; quia, quum motus cœlestes ordinentur ad substantias separatas sicut ad fines, si essent aliæ substantiæ separatæ quam istæ quas numerat, essent aliqui motus in eas ordinati sicut in fines ; aliter essent motus imperfecti.

Unde ex his concludit quod non sunt plures substantiæ separatæ quam motus deprehensi et qui possunt deprehendi in cœlo ; præsertim quum non sint plura corpora cœlestia ejusdem speciei, ut sic etiam possint esse plures motus nobis incogniti.

Hæc autem probatio non habet necessitatem. In his enim quæ sunt ad finem, sumitur necessitas ex fine, sicut ipsemet docet (Phys. II, c. 9) ; non autem e converso. Unde, si motus cœlestes ordinantur in substantias separatas sicut in fines, ut ipsemet dicit, non potest concludi necessario numerus substantiarum prædictarum ex numero motuum. Potest enim dici quod sunt aliquæ substantiæ separatæ altioris naturæ quam illæ quæ sunt proximi fines motuum cœlestium ; sicut instrumenta artificialia sunt propter homines qui per ea

en effet, supposer que certaines substances séparées sont supérieures par leur nature à celles qui sont les fins prochaines des mouvements célestes, de même que les instruments d'un art existent à cause de ceux qui s'en servent pour agir, et cependant rien ne s'oppose à ce que d'autres hommes n'opèrent pas immédiatement au moyen de ces instruments, mais donnent seulement des ordres à ceux qui sont chargés de l'opération. C'est pour cela qu'Aristote lui-même ne nous donne pas cette raison comme nécessaire, mais simplement comme probable; car il dit au même endroit : « Il est raisonnable de penser que tel est le nombre des substances et des principes immobiles et sensibles. Cela est-il nécessaire? Nous laissons à d'autres plus habiles de résoudre cette question » (4). Il nous reste donc à prouver que les substances intellectuelles séparées des corps dépassent de beaucoup en nombre les mouvements célestes.

1° Les substances intellectuelles dominent par leur genre toute la nature corporelle. Le degré qu'elles occupent est donc en proportion de la distance qui les sépare des corps. Or, quelques substances intellectuelles, supérieures aux substances corporelles seulement à raison de leur genre, sont cependant unies à des corps dont elles sont

(4) « Quot vero hæ sint (lationes astrorum), nunc quidem nos ea, quæ quidam mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, et ut aliquam determinatam mente pluralitatem percipiamus. » — Aristote résume ici les divers sentiments des auteurs sur le nombre, la position et les mouvements des astres errants, ou des planètes. Il continue ainsi : — « Quod si lunæ et soli non addat aliquis quos diximus motus, omnes sphæræ erunt septem et quadraginta. Pluralitas itaque sphærarum tanta sit, quare substantias quoque et principia, tum immobilia, tum sensibilia, tot rationabiliter arbitrandum est esse; quod enim necessarium est, relinquatur potentioribus dicendum » (*Metaphys.* XII, c. 8). — Le passage d'Aristote cité par saint Thomas est différemment rapporté dans plusieurs éditions. Celle d'Anvers, 1612, par exemple, retranche le mot *sensibilia* et porte : *Quare, substantias et principia immobilia rationabile est tot æstimare.* Dans une autre beaucoup plus récente ont lit *insensibilia* au lieu de *sensibilia*. Cette dernière version est en opposition avec le texte d'Aristote, qui s'exprime ainsi : Ὥστε καὶ τὰς οὐσίας καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς ἀκινήτους καὶ τὰς αἰσθητάς, τοσαύτας εὔλογον ὑπολαβεῖν. — Αἰσθητὸς ne peut se traduire que par *sensible* ou doué de sentiment.

---

operantur, et nihil prohibet esse alios homines qui per instrumenta hujusmodi non operantur immediate, sed imperant operantibus. Et ideo ipse Aristoteles hanc rationem non inducit quasi necessariam, sed tanquam probabilem; dicit enim (Metaph. XII, c. 8) : « Quare et substantias et principia immobilia et sensibilia rationabile est tot æstimare; quod sit necessarium autem, dimittatur fortioribus dicere. » Restat igitur ostendendum quod sunt multo plures substantiæ intellectuales a corporibus separatæ quam sint motus cœlestes.

1° Substantiæ enim intellectuales secundum suum genus transcendunt omnem naturam corpoream; oportet igitur accipere gradum in prædictis substantiis, secundum elevationem earum supra corpoream naturam. Sunt autem quædam intellectuales substantiæ elevatæ supra corpoream substantiam, secundum sui generis naturam tantum, quæ tamen corporibus uniuntur ut

les formes [ch. 68 et 70]; et parce que l'*être* des substances intellectuelles ne dépend nullement du corps, sous le rapport du genre [ch. 91], nous arrivons à des substances de cette nature, d'un ordre plus élevé, qui, n'étant pas unies à des corps, comme leurs formes, n'en sont pas moins les propres moteurs de corps déterminés. De même, la nature de la substance intellectuelle ne dépend pas davantage de l'acte moteur, puisque cet acte ne vient qu'après leur principale opération, qui est celle de connaître. Donc il y a encore des substances intellectuelles d'un degré supérieur, qui ne sont les moteurs d'aucun corps, mais sont au-dessus de tous les moteurs.

2° De même que l'action de l'être qui agit en vertu de sa nature est déterminée par sa forme naturelle, ainsi l'action de l'être qui agit par son intelligence est déterminée par sa forme intellectuelle; nous avons un exemple de cela dans les agents artificiels. Si donc il y a entre l'agent qui obéit à la nature et l'être qui reçoit son action une certaine proportion, à raison de la forme naturelle du premier, il y aura également entre l'agent qui agit avec intelligence et le sujet de l'action produit par elle, une proportion qui reposera sur la forme intellectuelle, en sorte que cette forme intellectuelle sera telle qu'elle pourra être introduite par l'action de l'agent dans la matière devenue sujet. Les propres moteurs des sphères, qui impriment le mouvement par l'intelligence, doivent donc, si nous voulons raisonner avec Aristote, être doués d'intelligences telles qu'elles nous soient révélées par les mouvements de ces sphères, et réalisées dans les être composés de matière. Mais au-dessus de ces conceptions intelligibles, nous en trouvons d'autres plus universelles; car l'intelligence voit les formes

---

formæ, ut ex præmissis (c. 68 et 70) patet; et, quia esse substantiarum intellectualium secundum suum genus nullam a corpore dependentiam habet, ut supra (c. 91) probatum est, invenitur altior gradus dictarum substantiarum, quæ, etsi non uniantur corporibus ut formæ, sunt tamen proprii motores aliquorum corporum determinatorum. Similiter autem natura substantiæ intellectualis non dependet a movendo, quum movere sit consequens ad principalem eorum operationem, quæ est intelligere. Erit igitur et aliquis gradus altior substantiarum intellectualium, quæ non sunt proprii motores aliquorum corporum, sed superiores motoribus.

2° Amplius, Sicut agens per naturam agit per suam formam naturalem, ita agens per intellectum agit per formam intellectus, ut patet in his qui agunt per artem. Sicut igitur agens per naturam est proportionatum patienti, ratione suæ formæ naturalis, ita agens per intellectum est proportionatum patienti et facto, per formam intellectus, ut scilicet hujusmodi sit forma intellectiva quæ possit induci per actionem agentis in materiam recipientem. Oportet igitur proprios motores orbium, qui per intellectum movent, si in hoc opinionem Aristotelis sustinere volumus, tales intelligentias habere quales sunt explicabiles per motus orbium et producibiles in rebus materialibus. Sed supra hujusmodi conceptiones intelligibiles est accipere aliquas universaliores; intellectus enim universalius apprehendit formas rerum quam

des choses comme plus universelles que n'est leur *être* dans les choses mêmes. D'où nous inférons que la forme de l'intelligence est plus universelle, tant qu'elle reste dans la spéculation, que lorsqu'elle en vient à la pratique, et qu'entre tous les arts qui ont pour fin une opération, le plan conçu par l'art qui dirige l'action est plus universel que l'idée de l'art qui l'exécute. Or, nous pouvons juger du degré qu'occupent les substances intellectuelles par le degré de l'opération intellectuelle propre à chacune. Donc il y a, au-dessus des substances qui sont les moteurs propres et prochains de sphères déterminées, d'autres substances intellectuelles.

3° L'ordre universel paraît exiger que les plus nobles des êtres l'emportent sur les plus vils en quantité ou en nombre; car les plus vils semblent exister pour les plus nobles. Les plus nobles, qui existent en quelque sorte pour eux-mêmes, doivent donc se multiplier autant qu'il est possible. C'est pour cela que les corps incorruptibles, qui sont les corps célestes, dépassent tellement la quantité des corps sujets à la corruption, ou composés d'éléments, que ceux-ci sont peu de chose, comparés aux premiers. De même donc que les corps célestes excellent sur les corps élémentaires, comme l'incorruptible sur le corruptible, ainsi les substances intellectuelles sont, relativement à tous les corps, à la même distance qui sépare l'être immuable et immatériel de l'être muable et matériel. Donc les substances intellectuelles séparées sont plus nombreuses que tous les êtres matériels ensemble. Donc leur nombre n'est pas limité à celui des corps célestes.

4° Ce n'est pas la matière, mais la forme, qui multiplie les espèces des êtres matériels. Or, les formes qui sont étrangères à la matière

---

sit esse earum in rebus; unde videmus quod universalior est forma intellectus speculativi quam practici, et inter artes practica universalior est conceptio artis imperantis quam exsequentis. Oportet autem substantiarum intellectualium gradus accipere secundum gradum intellectualis operationis quæ est eis propria. Sunt igitur aliquæ substantiæ intellectuales supra illas quæ sunt proprii et proximi motores determinatorum orbium.

3° Adhuc, Ordo universi exigere videtur ut id quod est in rebus nobilius excedat quantitate vel numero ignobiliora; ignobiliora enim videntur esse propter nobiliora; unde oportet quod nobiliora quasi propter se exsistentia multiplicentur quantum possibile est; et ideo videmus quod corpora incorruptibilia, scilicet cœlestia, in tantum excedunt corporalia, scilicet elementaria, ut hæc quasi non habeant notabilem quantitatem in comparatione ad illa. Sicut autem cœlestia corpora digniora sunt elementaribus, ut incorruptibilia corruptibilibus, ita substantiæ intellectuales omnibus corporibus, ut immobile et immateriale mobili et materiali. Excedunt igitur in numero intellectuales substantiæ separatæ omnium rerum materialium multitudinem. Non igitur comprehenduntur numero cœlestium motuum.

4° Item, Species rerum materialium non multiplicantur per materiam, sed per formam. Formæ autem quæ sunt extra mate-

ont un *être* plus complet et plus universel que les formes qui lui sont inhérentes; car la matière ne reçoit ces dernières que suivant sa capacité. Le nombre des formes étrangères à la matière, et que nous appelons des substances séparées, n'est donc pas moindre que celui des espèces d'êtres matériels. Nous ne prétendons cependant pas pour cela que les substances séparées sont les espèces [ou types] des choses sensibles, comme l'ont fait les disciples de Platon (5). Parce qu'ils ne pouvaient arriver à la connaissance de ces substances que par les objets sensibles, ils en ont conclu qu'elles sont de même espèce que ces objets, ou plutôt qu'elles en sont les types. Ils ressemblent en cela à un homme qui, ne voyant de ses yeux, ni le soleil, ni la lune, ni les autres astres, et entendant dire qu'il existe des corps incorruptibles, leur donnerait les même noms qui conviennent aux corps corruptibles, dans la pensée qu'ils appartiennent à la même espèce; ce qui est impossible. Il est également contradictoire de dire que les substances immatérielles sont de la même espèce que les êtres sensibles, ou bien qu'elles en sont les types, puisque la matière entre dans la raison constitutive de l'espèce de ces derniers, quoique ce ne soit pas cette matière déterminée qui est le principe prochain de l'individu : par exemple, la chair et les os sont compris dans la raison constitutive de l'espèce humaine, mais non cette chair et ces os qui sont les principes prochains de Socrate et de Platon. Nous ne considérons donc pas les substances séparées comme les espèces des êtres qui tombent sous nos sens, mais comme d'autres espèces qui excellent autant sur ces êtres qu'une substance pure sur celle qui est mélangée. Par

(5) Cette opinion des disciples de Platon a beaucoup d'affinité avec la doctrine de leur maître touchant les idées. Voyez à ce sujet la note 4 du ch. 74, p. 141.

---

riam habent esse completius et universalius quam formæ quæ sunt in materia; nam formæ in materia recipiuntur secundum materiæ capacitatem. Non videntur igitur esse minoris multitudinis formæ quæ sunt extra materiam, quas dicimus substantias separatas, quam sint species materialium rerum. Non autem propter hoc dicimus quod substantiæ separatæ sint species istorum sensibilium, sicut Platonici senserunt. Quum enim non possent ad prædictarum substantiarum notitiam pervenire nisi ex sensibilibus, posuerunt illas substantias esse ejusdem speciei cum istis vel magis species istarum; sicut si aliquis non videret solem et lunam et alia astra et audiret esse quædam corpora incorruptibilia, nominaret ea nominibus istorum corruptibilium, existimans ea esse ejusdem speciei cum istis; quod non esset possibile. Similiter autem impossibile est substantias immateriales esse ejusdem speciei cum materialibus vel species ipsarum, quum materia sit de ratione speciei horum sensibilium, licet non hæc materia quæ est proprium principium individui; sicut de ratione speciei hominis sunt carnes et ossa, non autem hæ carnes et hæc ossa, quæ sunt principia Socratis et Platonis. Sic igitur non dicimus substantias separatas esse species istorum sensibilium, sed esse alias species nobiliores istis, quanto purum est no-

conséquent, ces substances doivent être en plus grand nombre que les espèces d'êtres matériels.

5° La multiplication de l'*être* intelligible s'étend beaucoup plus loin que celle de l'*être* matériel; car notre intelligence conçoit bien des choses dont la matière n'est pas susceptible. D'après ce principe, on peut toujours prolonger mathématiquement une ligne droite qui est finie, mais la nature empêche de le faire; notre raison comprend également que la raréfaction des corps, la vitesse des mouvements et la diversité des figures puissent s'augmenter jusqu'à l'infini [ou indéfiniment], quoique les lois naturelles s'y opposent. Or, l'*être* des substances séparées est intelligible à raison de leur nature. Donc, si l'on considère ce qui est propre à chaque genre et ce qui constitue sa raison, on voit que ces substances peuvent se multiplier dans une plus grande proportion que les êtres matériels. Or, il n'y a aucune différence entre l'*être* et la puissance des choses qui ont une durée sans fin. Donc le nombre des substances séparées dépasse celui des corps matériels.

Nous pouvons invoquer sur ce point le témoignage de la Sainte-Écriture, qui dit : *Un million* [d'Anges] *le servaient, et mille millions se tenaient devant lui* [Dan., VII, 10]. Saint Denys nous dit aussi que le nombre de ces substances excède toute la multitude des êtres matériels.

Nous détruisons ainsi cette fausse opinion, que le nombre des substances séparées est égal à celui des mouvements célestes ou des sphères, et l'erreur de Rabbi Moïse (6), d'après lequel le nombre

(6) Rabbi Moïse, nommé aussi Maïmonide et Ben Maïmon ou fils de Maïmon, est en grande réputation parmi les Juifs. Il naquit à Cordoue vers l'an 1139. Il étudia sous les

---

bilius permixto; et tunc illas substantias esse plures oportet istis speciebus rerum materialium.

5° Adhuc, Magis est aliquid multiplicabile secundum suum esse intelligibile quam secundum suum esse materiale; multa enim intellectu capimus quæ in materia esse non possunt; ex quo contingit quod cuilibet rectæ lineæ potest mathematice fieri additio, non autem naturaliter; raritas etiam corporum, velocitas motuum et diversitas figurarum in infinitum augeri comprehenditur secundum intellectum, quamvis sit impossibile in natura sic esse. Substantiæ autem separatæ sunt in esse intelligibili secundum suam naturam. Major igitur multiplicitas in eis est possibilis quam in rebus materialibus, secundum proprietatem et rationem pensatam generis utriusque. In perpetuis autem non differt esse et posse. Excedit igitur multitudo substantiarum separatarum multitudinem materialium corporum.

His autem attestatur sacra Scriptura; dicitur enim : *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei* (*Dan.*, VII, 10). — Et Dionysius dicit quod numerus illarum substantiarum excedit omnem materialem multitudinem (de Cœl. Hier., c. 13).

Per hoc autem excluditur error dicentium substantias separatas secundum nu-

d'Anges indiqué dans les livres saints ne doit pas être pris pour un nombre de substances séparées, mais simplement pour certaines puissances inhérentes aux êtres inférieurs, comme si, par exemple, on donnait à la vertu [ou appétit] concupiscible le nom d'esprit de concupiscence, et ainsi des autres.

CHAPITRE XCIII.

Il n'existe pas plusieurs substances séparées dans une même espèce.

Ce que nous avons déjà dit des substances séparées nous servira à prouver qu'il n'y en a pas plusieurs dans une même espèce. En effet :

1° Nous avons démontré [ch. 51] que les substances séparées sont des quiddités [ou essences] subsistantes (1). Or, c'est l'espèce de la chose qui détermine la définition, qui est l'énoncé de l'essence ; c'est pourquoi les essences subsistantes sont aussi des espèces subsistantes. Donc il ne peut exister plusieurs substances séparées sans qu'il y ait également plusieurs espèces.

2° Les êtres identiques sous le rapport de l'espèce et différents par

plus habiles maîtres, et en particulier sous Averrhoès. Après avoir fait de grands progrès, il se rendit en Egypte et devint médecin du sultan Saladin et de ses deux successeurs immédiats. On lui doit plusieurs ouvrages écrits en arabe et en hébreu, entre autres un *Abrégé du Talmud*. Ses principes théologiques et philosophiques rencontrèrent d'abord quelque opposition ; mais ils finirent par s'accréditer.

(1) Les deux termes *quiddité* et *essence* peuvent s'employer ici comme synonymes. Cependant, si l'on fait attention à leur étymologie, on verra qu'il y a quelque différence entre eux. La *quiddité* est l'entité de la chose considérée par rapport à la définition qui énonce ce qu'elle est (*quid*). Relativement à l'*être* (*esse*) ou existence actuelle ou possible, cette même entité s'appelle *essence*. Elle prend le nom de *nature* lorsqu'il s'agit de son aptitude à réaliser son opération propre.

---

merum motuum cœlestium aut secundum numerum sphærarum cœlestium esse, et error Rabbi Moysis, qui dixit numerum Angelorum qui in Scriptura ponitur non esse numerum separatarum substantiarum, sed virtutum in istis inferioribus, sicut si vis concupiscibilis dicatur spiritus concupiscentiæ, et sic de aliis.

CAPUT XCIII.

Quod substantiæ separatæ non sunt multæ unius speciei.

Ex his autem, quæ de istis substantiis præmissa sunt, ostendi potest quod non

le nombre ont une matière. Or, la différence qui résulte de la forme est le principe de la diversité spécifique, tandis que celle qui vient de la matière produit la diversité numérique; et les substances séparées n'ont absolument aucune matière qui fasse partie de leur être, ou bien avec laquelle elles soient unies en qualité de formes. Donc il ne peut y en avoir plusieurs dans une même espèce.

3° Il y a plusieurs individus dans les espèces d'êtres qui sont sujets à la corruption, afin que la nature de l'espèce, qui ne peut se perpétuer dans un seul, se conserve par le nombre. C'est pour cela qu'il n'y a qu'un seul individu, même dans chacune des espèces des corps incorruptibles. Or, la nature de chaque substance séparée se conserve très bien dans un seul individu, puisqu'elles sont indestructibles [ch. 55]. Donc il ne doit pas y avoir, dans cet ordre de substances, plus d'un individu de la même espèce.

4° Le principe spécifique excelle, dans tous les êtres, sur le principe constitutif de l'individu, qui n'est pas compris dans la raison de l'espèce. Les espèces, en se multipliant, ajoutent donc beaucoup plus à la bonté et à la perfection de l'univers que ne pourrait le faire la multiplicité des individus d'une seule espèce. Or, ce sont principalement les substances séparées qui font la perfection de l'univers. Donc la perfection de l'univers demande qu'il y ait beaucoup de ces substances d'espèces diverses plutôt qu'un grand nombre dans une même espèce.

---

sunt plures substantiæ separatæ unius speciei.

1° Ostensum est enim supra (c. 51) quod substantiæ separatæ sunt quædam quidditates subsistentes. Species autem rei est quam signat diffinitio, quæ est signum quidditatis rei; unde quidditates subsistentes sunt species subsistentes. Plures ergo substantiæ separatæ esse non possunt, nisi sint plures species.

2° Adhuc, Quæcumque sunt idem specie, differentia autem numero, habent materiam. Differentia autem quæ ex forma procedit inducit diversitatem speciei; quæ autem est ex materia inducit diversitatem secundum numerum; substantiæ autem separatæ non habent omnino materiam, neque quæ sit pars earum, neque cui uniantur ut formæ. Impossibile est igitur quod sint plures unius speciei.

3° Amplius, Ad hoc sunt plura individua in una specie, in rebus corruptibilibus, ut natura speciei quæ non potest perpetuo conservari in uno individuo conservetur in pluribus; unde, etiam in corporibus incorruptibilibus, non est nisi unum individuum in una specie. Substantiæ autem separatæ natura potest conservari in uno individuo, eo quod sunt incorruptibiles, ut supra (c. 55) ostensum est. Non igitur oportet esse plura individua, in illis substantiis, ejusdem speciei.

4° Item, Id quod est speciei in unoquoque dignius est eo quod est individuationis principium præter rationem speciei exsistens; multiplicatio igitur specierum plus addit nobilitatis et perfectionis universo quam multiplicatio individuorum in una specie. Perfectio autem universi maxime consistit in substantiis separatis. Magis igitur competit ad perfectionem universi quod sint plures secundum speciem diversæ quam quod sint multæ secundum numerum in eadem specie.

5° Les substances séparées sont plus parfaites que les corps célestes. Or, la perfection des corps célestes est la raison pour laquelle chaque espèce ne renferme qu'un individu, soit parce que chacun d'eux est composé de toute la matière propre à son espèce, soit parce qu'un seul individu a, dans toute sa plénitude, la puissance de réaliser dans l'univers la fin qui est assignée à l'espèce, comme on peut le remarquer surtout dans le soleil et la lune. Donc, à plus forte raison, il ne doit y avoir qu'un individu dans chaque espèce de substance séparée.

CHAPITRE XCIV.

Les substances séparées et l'âme ne sont pas de la même espèce.

En partant des mêmes principes, nous pouvons encore démontrer que l'âme n'appartient pas à la même espèce que les substances séparées. En effet :

1° La différence est plus considérable entre l'âme humaine et une substance séparée qu'entre les diverses substances séparées. Or, les substances séparées sont d'espèces différentes [ch. 93]. Donc, à plus forte raison, cette différence existe entre les substances séparées et l'âme.

2° Chaque chose a un *être* propre qui est conforme à la raison constitutive de son espèce; car l'espèce change avec le mode d'existence. Or, l'âme humaine et les substances séparées n'ont pas un même

---

5° Præterea, Substantiæ separatæ sunt perfectiores quam corpora cœlestia. Sed in corporibus cœlestibus, propter eorum perfectionem, non invenitur nisi unum individuum unius speciei, tum quia unumquodque eorum constat ex tota materia suæ speciei, tum quia in uno individuo est perfecte virtus speciei ad complendum illud in universo ad quod sua species ordinatur, sicut præcipue patet in sole et luna. Multo igitur magis in substantiis separatis non invenitur nisi unum individuum in una specie.

CAPUT XCIV.

Quod substantia separata et anima non sunt unius speciei.

Ex his autem ulterius ostenditur quod anima non est ejusdem speciei cum substantiis separatis.

1° Major enim est differentia animæ humanæ a substantia separata quam unius substantiæ separatæ ab alia. Sed substantiæ separatæ omnes ad invicem specie dif-

mode d'existence, puisque le corps ne peut en aucune manière participer à l'*être* d'une substance séparée, comme il participe à l'*être* de l'âme humaine, laquelle est unie au corps sous le rapport de l'*être*, de même que la forme est unie à la matière. Donc l'âme humaine est d'une autre espèce que les substances séparées.

3° On ne peut ranger dans la même espèce l'être qui a en lui-même son principe spécifique, et celui qui n'est pas spécifié par lui-même, mais fait seulement partie d'une espèce. Or, toute substance séparée est spécifiée par elle-même, et il n'en est pas ainsi de l'âme, qui n'est qu'une partie de l'espèce humaine. Donc l'âme n'appartient pas à la même espèce que les substances séparées, à moins que l'on ne prétende que l'homme est de même espèce que ces substances; ce qui répugne.

4° On distingue l'espèce d'une chose par son opération propre; car l'opération fait apprécier la puissance, et la puissance est le signe indicateur de l'essence. Or, connaître est l'opération propre de la substance séparée et de l'âme intellectuelle. Mais ces deux substances ne connaissent pas de la même manière; car l'âme connaît par le moyen des images, ce qui n'a pas lieu pour la substance séparée, qui n'a pas d'organes corporels dans lesquels puissent se produire les images. Donc l'âme humaine et les substances séparées ne sont pas de même espèce.

---

ferunt, ut ostensum est (c. 93). Multo igitur magis substantia separata ab anima.

2° Amplius, Unaquæque res habet proprium esse secundum rationem suæ speciei; quorum enim est diversa ratio essendi, horum est diversa species. Esse autem animæ humanæ et substantiæ separatæ non est unius rationis; nam in esse substantiæ separatæ non potest communicare corpus sicut potest communicare in esse animæ humanæ, quæ secundum esse unitur corpori ut forma materiæ. Anima igitur humana differt specie a substantiis separatis.

3° Adhuc, Quod habet secundum seipsum speciem non potest esse ejusdem speciei cum eo quod non habet secundum se speciem, sed est pars speciei. Substantia autem separata habet per seipsam speciem; anima autem non, sed est pars speciei humanæ. Impossibile est igitur quod anima sit ejusdem speciei cum substantiis separatis, nisi forte homo esset ejusdem speciei cum illis; quod patet esse impossibile.

4° Præterea, Ex propria operatione rei percipitur species ejus; operatio enim demonstrat virtutem, quæ indicat essentiam. Propria autem operatio substantiæ separatæ et animæ intellectivæ est intelligere; est autem omnino alius modus intelligendi substantiæ separatæ et animæ; nam anima intelligit a phantasmatibus accipiendo, non autem substantia separata, quum non habeat organa corporea in quibus oportet esse phantasmata. Non sunt igitur anima humana et substantia separata unius speciei.

CHAPITRE XCV.

Comment on peut distinguer le genre et l'espèce des substances séparées.

Nous devons rechercher maintenant sur quoi repose la diversité d'espèce des substances séparées. Lorsqu'il s'agit d'êtres matériels appartenant à des espèces diverses renfermées dans un même genre, la raison constitutive du genre est dans le principe matériel, et la différence spécifique vient du principe formel : la nature sensitive, par exemple, est pour l'homme le principe matériel, comparée à la nature intellectuelle, d'où se tire la différence spécifique de l'homme, savoir la qualité d'être raisonnable. Si donc les substances séparées ne sont pas composées d'une matière et d'une forme [ch. 50], nous ne voyons pas en quoi consistent leur genre et la différence qui en détermine les espèces.

Il faut donc observer que les espèces diverses possèdent suivant certains degrés la nature de l'être. La division la plus générale de l'être comprend l'être parfait, c'est-à-dire celui qui existe par lui-même et actuellement, et l'être imparfait, ou celui qui est dans un autre et n'existe qu'en puissance. Si l'on examine en particulier tous les êtres, on voit qu'une espèce est placée au-dessus d'une autre, parce qu'elle a un degré de plus de perfection : par exemple, les animaux sont supérieurs aux plantes, et parmi les animaux, ceux qui ont la faculté de la locomotion l'emportent encore sur les autres qui restent immobiles. De même pour les couleurs, il y a plus de perfection dans une espèce

---

CAPUT XCV.

Quomodo accipiatur genus et species in substantiis separatis.

Oportet autem considerare secundum quid diversificatur species in substantiis separatis. In rebus enim materialibus, quæ sunt diversarum specierum unius generis exsistentes, ratio generis ex principio materiali sumitur, differentia speciei a principio formali; natura enim sensitiva, ex qua sumitur ratio animalis, est materiale in homine, respectu naturæ intellectivæ ex qua sumitur differentia specifica hominis, scilicet rationale. Si igitur substantiæ separatæ non sunt ex materia et forma compositæ, ut ex præmissis [c. 50] patet, non apparet secundum quid in eis genus et differentia specifica accipi possit.

Scire igitur oportet quod diversæ rerum species gradatim naturam entis possident. Statim enim in prima entis divisione invenitur hoc quidem perfectum, scilicet ens per se et ens actu, aliud vero imperfectum, scilicet ens in alio et ens in potentia; et eodem modo discurrenti per singula apparet unam speciem supra aliam aliquem gradum perfectionis adjicere, sicut animalia super plantas et animalia progressiva super animalia immobilia; in coloribus etiam, una species alia perfectior invenitur, secundum quod

que dans l'autre, selon qu'elle se rapproche davantage de la blancheur. C'est ce qui fait dire à Aristote que les distinctions établies entre les êtres ressemblent aux nombres : on change l'espèce d'un nombre en retranchant ou en ajoutant une unité, et, pour la même raison, si l'on ajoute ou si l'on retranche une différence à la définition, l'espèce n'est plus la même (1). Ce qui détermine l'espèce, c'est donc que la nature commune est limitée à tel degré de l'être ; et parce que, dans les composés d'une matière et d'une forme, la forme est comme le terme de la chose, et que la chose terminée par elle est une matière ou un principe matériel, la raison du genre doit être prise dans le principe matériel, et la différence spécifique dans le principe formel. Par conséquent, la différence et le genre, aussi bien que la matière et la forme, ont pour résultat un être unique. De même que la nature constituée par la matière et la forme est une et parfaitement identique, ainsi la différence n'ajoute au genre aucune nature qui lui est étrangère, mais elle détermine [ou restreint] en quelque manière la nature même du genre. Si, par exemple, on prend pour genre l'animal qui a des pieds, celui qui a seulement deux pieds constitue une différence, et cette différence n'ajoute évidemment au genre rien qui lui soit étranger.

La conséquence qui découle clairement de là est donc, pour ce qui concerne le genre et la différence, que cette détermination [ou restric-

(1) Aliquid de aliquo significat ratio definitiva ; et oportet hoc quidem ut materiam, illud vero formam esse. Manifestum autem hoc etiam est, quod si aliquo modo substantiæ numeri sunt, ita sunt, et non, quemadmodum quidam dicunt, unitatum. Nam et definitio numerus quidam est ; divisibilis etenim et in indivisibilia ; non enim infinitæ rationes ; numerus vero tale quid est. Et quemadmodum de numero, ablato aut addito aliquo ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diversus, etiamsi minimum auferatur aut addatur, ita nec definitio, nec ipsum quid erat esse, erat amplius, ablato aliquo aut addito (Arist. *Metaphys.* VIII, c. 3).

---

est albedini propinquior ; propter quod Aristoteles (Metaphys., VIII, c. 3) dicit quod distinctiones rerum sunt sicut numerus, in quo unitas subtracta vel addita speciem numeri variat ; per quem modum, in diffinitionibus, si una differentia subtrahatur vel addatur, diversa species invenitur. Ratio igitur determinatæ speciei consistit in hoc quod natura communis in determinato gradu entis collocatur ; et, quia in rebus ex materia et forma compositis, forma est quasi terminus, id autem quod terminatur per eam est materia vel materiale, oportet quod ratio generis sumatur ex materiali, differentia vero specifica ex formali ; et ideo ex differentia et genere fit unum, sicut ex materia et forma ; et sicut una et eadem est natura quæ ex materia et forma constituitur, ita differentia non addit extraneam quamdam naturam super genus, sed est quædam determinatio ipsius naturæ generis ; ut, si genus accipiatur animal pedes habens differentia ejus est duos pedes habens ; quamquidem differentiam nihil extraneum super genus addere manifestum est.

Unde patet quod accidit generi et differentiæ quod determinatio quædam, quam

tion] qui accompagne la différence a pour cause un autre principe que la nature du genre, puisque la nature précisée par la définition se compose d'une matière et d'une forme, qui sont le terme et la chose terminée. Si donc il existe une nature simple, elle sera terminée par elle-même, sans qu'il y ait nécessairement en elle deux parties qui soient, l'une le terme, et l'autre la chose terminée. La raison constitutive de la nature sera donc aussi la raison constitutive du genre, et la différence spécifique consistera en ce que cette nature sera déterminée à faire partie des êtres de tel degré.

Il en résulte encore que si quelque nature n'est point limitée, mais infinie en elle-même, telle qu'est la nature divine [liv. I, c. 43], on ne peut distinguer en elle ni le genre ni l'espèce, et c'est là ce que nous avons démontré [liv. I, c. 25].

On doit conclure, en troisième lieu, de ce que les substances séparées appartiennent à diverses espèces, parce qu'elles sont placées dans des degrés divers, et que la même espèce ne comprend pas plusieurs individus, qu'il n'y a pas deux substances séparées égales entre elles et appartenant au même ordre, mais l'une est supérieure à l'autre par sa nature.

Voilà pourquoi nous lisons dans l'Écriture : *Connaissez-vous l'ordre établi dans le ciel* [Job, XXVIII, 33]? — Saint Denys enseigne que, de même que toute la multitude des Anges est distribuée en une triple hiérarchie, supérieure, moyenne et inférieure, de même aussi, dans chaque hiérarchie, il y a trois ordres, le plus élevé, celui du milieu et le plus bas, et chacun des ordres se compose également d'Anges du premier, du second et du troisième degré (2).

(2) Conclusum igitur a nobis quomodo illa quidem antiquissima, quæ Deo præsto

---

differentia importat, ex alio principio causetur quam a natura generis; ex hoc quod natura quam signat diffinitio est composita ex materia et forma, sicut ex terminante et terminato. Si igitur aliqua natura est simplex, ipsa quidem per seipsam erit terminata, nec oportebit quod habeat duas partes quarum una sit terminans et alia terminata. Ex ipsa igitur ratione naturæ sumetur ratio generis; ex terminatione autem ejus secundum quod est in tali gradu entium, sumetur ejus differentia specifica.

Ex quo etiam patet quod, si aliqua natura non est terminata, sed infinita in se, sicut supra (l. I, c. 43) ostensum est de natura divina, non est in ea accipere neque genus neque speciem ; quod est consonum his quæ supra (l. I, c. 25) ostendimus.

Patet etiam ex præmissis, quum diversæ species in substantiis separatis accipiantur secundum quod diversos gradus sortiuntur, in una autem specie non sint plura individua, quod non sunt in substantiis separatis duæ æquales secundum ordinem, sed una naturaliter est altera superior.

Unde dicitur : *Numquid nosti ordinem cœli* (*Job*, XXXVIII, 33)? — Et Dionysius dicit quod, sicut in tota Angelorum multitudine est hierarchia suprema, media et infima, ita in qualibet hierarchia est ordo

Nous réfutons par là la fausse opinion d'Origène, d'après laquelle toutes les substances spirituelles, et de ce nombre sont les âmes, ont été créées au commencement dans la même condition. La différence qui existe maintenant entre elles, et qui consiste en ce que les unes sont unies à des corps et les autres restent séparées, les unes sont plus et les autres moins élevées, aurait alors pour cause la différence des mérites (3). Nous avons prouvé, au contraire [ch. 44, 93 et 94] que cette différence de degré est dans la nature; que l'âme et les substances séparées, non plus que ces substances comparées ensemble, ne sont pas de la même espèce, et encore que l'ordre naturel lui-même n'établit aucune égalité entre ces dernières.

est, intelligentiarum distributio, ab ipsamet primitus initiante illuminatione consecrata, immediate illi intendendo, secretiori simul et manifestiori divini principatus illustratione purgetur et illuminetur atque perficiatur. Secretiori quidem, quia spiritaliori magisque simplifica unificaque; manifestiori autem, quia primitiva, primilucaque et universaliori, ipsique (utpote liquidiori) intimius infusa. Ab hac autem ut iterum secunda pro sua portione, et a secunda tertia, et a tertia noster hic sacer ordo, juxta primævæ illius rectæ constitutionis legem, divina prorsus harmonia congruentiaque ad superoriginalem omnis bonæ ordinationis originem et terminationem sacro quodam ordine promoveatur.

Singuli autem ordines sunt eorum qui præcedunt interpretes ac internuntii; primi quidem illi, motoris sui Dei, cæteri autem, eadem ratione, motorum a Deo; adeo enim illa superessentialis rerum omnium harmonia cuilibet sacro tam rationalium quam spiritalium creaturarum ordini ratoque ductui consuluit, ut et ipsa singulis hierarchiis decoros ordines statuerit, atque omnem hierarchiam in virtute primas et medias atque postremas distributam esse videamus. Quin imo singulas, ut proprie dicam, spirituum distributiones iisdom divinis harmoniis discrevit, propter quob ipsos etiam divinissimos Seraphim theologi alterum ad alterum clamare aiunt (Is. VI, 2 et 3); qua quidem re, mea sententia, manifeste declarat primos participes facere secundos divinarum rerum atque notionum.

Hoc quoque non immerito possum addere, quamlibet cœlestem et humanam mentem seorsum proprios in se continere et primos et medios et ultimos ordines atque facultates, quæ eodem modo, quo superiores singularum hierarchiarum illustrationum proprii ductus eluceant, quibus unaquæque mens pro suo captu quam nitidissimæ purgationis, copiosi luminis, absolutæque perfectionis fit particeps. Nihil est per se absoluteque perfectum, aut quod omnino perfectionis non indigeat, nisi quod per se revera perfectum est et præperfectum (S. Dionys. *De cœl. hierarch.* c. 10).

(3) Voyez la note 8 du ch. 83, p. 220.

---

supremus, medius et infimus, et in quolibet ordine [Angeli] supremi, medii et infimi (de Cœl. Hier., c. 10).

Per hoc autem excluditur Origenis positio, qui dixit a principio omnes substantias spirituales æquales creatas fuisse, inter quas etiam animas connumerat; diversitas autem quæ in hujusmodi substantiis invenitur, quod quædam est unita corpori, quædam non unita, et quædam altior, quædam vero inferior, provenit ex differentia meritorum. Ostensum est autem (c. 44, 93 et 94) hanc differentiam graduum naturalem esse, et quod anima non est ejusdem speciei cum substantiis separatis, nec ipsæ substantiæ separatæ ad invicem, nec etiam secundum ordinem naturæ æquales.

CHAPITRE XCVI.

Les substances séparées ne connaissent pas par les objets sensibles.

On peut prouver, par tout ce qui précède, que les substances séparées n'acquièrent pas la connaissance intellectuelle par le moyen des objets sensibles. En effet :

1° En vertu de leur nature, les objets sensibles doivent être saisis par les sens, de même que les êtres intelligibles le sont par l'intelligence. Donc, par cela même qu'une substance douée de la faculté de connaître connaît par les êtres sensibles, sa connaissance est sensitive; et par conséquent, elle a un corps naturellement uni avec elle, puisque la connaissance sensitive ne saurait se produire sans organe corporel. Or, les substances séparées n'ont point de corps qui leur soit naturellement uni [ch. 91]. Donc elles n'acquièrent pas la connaissance intellectuelle par le moyen des choses sensibles.

2° L'objet le plus excellent doit relever de la vertu [ou faculté] la plus noble. Or, la faculté intellectuelle inhérente à une substance séparée est au-dessus de la faculté intellectuelle de l'âme humaine, puisque, dans l'ordre des intelligences, celle de l'âme humaine occupe le dernier degré [ch. 78]. L'objet de l'intelligence humaine est l'image [ch. 60], et dans l'ordre des objets, cette image est supérieure aux choses sensibles, qui ont leur existence en dehors de l'âme, ainsi que le prouve l'ordre établi entre les vertus qui sont les principes de la

---

CAPUT XCVI.

Quod substantiæ separatæ non accipiunt cognitionem ex sensibilibus.

Ex præmissis ostendi potest quod substantiæ separatæ non accipiunt intellectivam cognitionem ex rebus sensibilibus.

agunt; hoc enim est agere per intellectum. Sicut autem in intellectu præconcipiente exsistit tota similitudo effectus, ad quem per actiones intelligentis pervenitur, ita in agente naturali præexsistit similitudo naturalis effectus, ex qua actio ad hunc effectum determinatur; nam ignis generat ignem, et oliva olivam. Sicut igitur agens per intellectum tendit in finem determinatum per suam actionem, ita agens per naturam. Omne igitur agens agit propter finem.

6° Amplius, Peccatum non invenitur nisi in his quæ sunt propter finem; nec enim imputatur alicui ad peccatum, si deficiat ab eo ad quod est; medico enim imputatur ad peccatum si deficiat a sanando naturam, non autem ædificatori aut grammatico. Sed peccatum invenimus in his quæ fiunt secundum artem, sicut quum grammaticus non recte loquitur, et in his quæ sunt secundum naturam, sicut patet in partibus monstruosis. Ergo tam agens secundum naturam, quam agens secundum artem et a proposito, agit propter finem.

7° Item, Si agens non tenderet ad aliquem effectum determinatum, omnes effectus essent ei indifferentes. Quod autem indifferenter se habet ad multa, non magis unum eorum operatur quam aliud; unde a contingente ad utrumque non sequitur aliquis effectus, nisi per aliquid quod determinetur ad unum. Impossibile igitur esset quod ageret. Omne igitur agens tendit ad ali-

cipe extérieur. Donc il lui serait impossible d'agir [dans cet état]. Donc tout agent recherche un effet déterminé, qui est pour lui une fin.

Certaines actions cependant paraissent être faites sans aucun rapport avec une fin : celles, par exemple, qui sont faites par forme de jeu ou qui se bornent à contempler un objet, et encore les actions qui ne sont pas accompagnées d'attention, comme le frottement de la barbe, et d'autres semblables; d'où l'on pourrait conclure que quelques agents ne tendent pas vers une fin.

Nous répondons à cela que les actions contemplatives ne sont pas faites en vue d'une fin ultérieure, mais elles sont elles-mêmes une fin. Le jeu est tantôt une fin, si l'on joue seulement à cause du plaisir que l'on trouve dans cette action, et tantôt il se rapporte à une fin, savoir lorsqu'on s'y livre pour se mettre en état d'agir ensuite avec plus de vigueur. Les actions faites sans advertance ne procèdent pas de l'intelligence, mais elles ont pour cause soit une imagination subite, soit un principe naturel. Ainsi, en excitant une démangeaison, l'intempérance des humeurs devient la cause qui porte à se frotter la barbe; par conséquent, les actions de ce genre ont une fin, quoique cet ordre ne soit pas arrêté par l'intelligence.

Cette démonstration détruit complétement l'erreur des anciens philosophes naturalistes, qui enseignaient que tout se fait en vertu d'une nécessité inhérente à la matière, et niaient, par là même, l'existence de la cause finale des êtres (4).

(4) Fortuna etiam et casus de numero causarum esse dicuntur, multaque esse et fieri ob fortunam et casum... Ut Empedocles non semper aerem supra inquiens segregari, sed ut forte accidit. Dicit enim cum de mundi loquitur extructione : *Sic tunc huic currere fortuito contigit, sæpe autem alio modo*. Partes quoque animalium plurimas ortas fortuna fuisse dicit. Sunt etiam qui et hujusce cœli, cæterorumque cœlorum omnium casum esse causam asserunt. Nam a casu conversionem motionemve fieri dicunt, quæ

---

quem determinatum effectum, quod dicitur finis ejus.

Sunt autem aliquæ actiones quæ non videntur esse propter finem, sicut actiones ludicræ et contemplatoriæ, et actiones quæ absque attentione fiunt, sicut confricatio barbæ et hujusmodi; ex quibus aliquis opinari potest quod sit aliquod agens non propter finem.

Sed sciendum, quod actiones contemplativæ non sunt propter alium finem, sed ipsæ sunt finis; actiones autem ludicræ interdum sunt finis, sicut quum quis solum ludit propter delectationem quæ in ludo est; quandoque autem sunt propter finem, sicut quum ludimus ut postmodum fortius secundo agamus; actiones autem quæ fiunt sine attentione, non sunt ab intellectu, sed ab aliqua subita imaginatione, vel naturali principio : sicut inordinatio humoris pruritum excitantis, est causa confricationis barbæ, quæ fit sine attentione intellectus; et hæc ad aliquos fines tendunt, licet præter ordinem intellectus.

Per hoc autem excluditur antiquorum naturalium error, qui ponebant omnia fieri ex necessitate materiæ, causam finalem a rebus penitus subtrahentes.

CHAPITRE III.

Tout agent agit pour un bien.

Nous devons aller plus loin et prouver, d'après ces mêmes principes, que tout agent agit pour un bien. En effet :

1° Il est évident que tout agent fait son action en vue d'une fin, parce que, quelle que soit sa nature, il tend constamment vers un objet déterminé. Il existe donc nécessairement une certaine convenance entre l'agent et l'objet déterminé qu'il recherche ; car c'est la seule raison qui puisse le porter vers lui. Or, ce qui convient à un être est un bien pour lui. Donc tout agent agit pour un bien.

2° On entend par fin ce qui calme l'appétit (1) de l'agent ou moteur et de son mobile. Or, il est dans la nature du bien de satisfaire un désir; car le bien, c'est ce que tous les êtres recherchent (2). Donc la cause finale de l'action et du mouvement est toujours un bien.

3° Il est à remarquer que l'action et le mouvement ont toujours un certain rapport avec l'être [ou l'existence], soit pour le conserver dans l'espèce ou dans l'individu, soit pour acquérir un *être* nouveau. Or, ce qui constitue l'*être* même est un bien ; et c'est pour cela que tout

quidem distinxit, et in hunc ordinem redegit, atque constituit universum (Arist. *Phys.* II, c. 4).

(1) Que cet appétit soit *naturel* dans les êtres inanimés, *sensitif* dans les brutes ou *intellectuel* dans les êtres donés de raison, la définition de la fin reste la même.

(2) Omnis ars, omnisque docendi via atque institutio, itemque actio et consilium bonum aliquod appetere videtur. Idcirco pulchre veteres id esse bonum pronuntiarunt, quod omnia appetunt (Arist. *Ethic.* I, c. 1, init.).

CAPUT III.

Quod omne agens agit propter bonum.

Ex hoc autem ulterius ostendendum est quod omne agens agit propter bonum.

1° Inde enim manifestum est omne agens agere propter finem, quia quodlibet agens tendit ad aliquod determinatum. Id autem ad quod agens determinate tendit, oportet esse conveniens ei; non enim tenderet in ipsum nisi propter aliquam convenientiam ad ipsum. Quod autem conveniens est alicui, est illi bonum. Ergo omne agens agit propter bonum.

2° Præterea, Finis est in quo quiescit appetitus agentis vel moventis, et ejus quod movetur. Hoc autem est de ratione boni, ut terminet appetitum ; nam bonum est quod omnia appetunt. Omnis ergo actio et motus est propter bonum.

3° Adhuc, Omnis actio et motus ad esse aliquo modo ordinari videtur : vel ut conservetur secundum speciem, vel individuum; vel ut de novo acquiratur. Hoc autem ipsum quod est esse, bonum est; et ideo

aspire à exister. Donc l'action et le mouvement, quels qu'ils soient, sont pour un bien.

4° Le but de toute action et de tout mouvement est une perfection; car si l'action même est une fin, c'est évidemment parce qu'elle est une perfection seconde de l'agent; si, au contraire, l'action consiste dans la modification d'une matière extérieure, il est manifeste que le moteur s'efforce de donner à l'objet qui est mû une perfection que le mobile recherche lui-même, lorsque le mouvement est naturel. Or, nous regardons comme un bien l'*être* parfait (3). Donc toute action et tout mouvement sont pour un bien.

5° Nul agent ne peut agir qu'autant qu'il est en acte. Or, le terme de son action est un être semblable à lui. Donc ce qu'il recherche est un acte (4). Or, tout acte a en soi ce qui constitue le bien; car le mal n'existe que dans la puissance qui reste en deçà de l'acte. Donc toute action est faite pour un bien.

6° L'être qui agit par son intelligence le fait en vue d'une fin et comme se déterminant à lui-même la fin qu'il doit atteindre, tandis que l'agent naturel, tout en agissant pour une fin [ch. 2], ne se détermine pas à lui-même cette fin, puisqu'il ignore en quoi elle consiste, mais il se laisse conduire vers la fin qui lui est assignée par un autre. Or, l'être qui agit par son intelligence ne choisit une fin que parce qu'il la considère comme un bien; car l'intelligible ne devient un moteur qu'en sa qualité de bien, et le bien est l'objet propre de la

(3) L'*être parfait* n'est pas ici synonyme de l'*être absolu*. Ce dernier n'appartient qu'à Dieu, et la créature ne saurait y prétendre. L'*être* d'une chose créée est parfait quand elle existe dans les conditions voulues et qu'elle est en possession des attributs qui composent sa nature. Il ne s'agit donc, dans le cas présent, que d'une perfection relative.

(4) C'est-à-dire quelque chose qui soit en acte, ou qui ait une existence actuelle et non simplement possible.

---

omnia appetunt esse. Omnis igitur actio, et motus est propter bonum.

4° Amplius, Omnis actio et motus est propter aliquam perfectionem; si enim ipsa actio sit finis, manifestum est quod est perfectio secunda agentis; si autem actio sit transmutatio exterioris materiæ, manifestum est quod movens intendit aliquam perfectionem inducere in re mota, in quam etiam tendit mobile, si sit motus naturalis. Hoc autem dicimus esse bonum, quod est esse perfectum. Omnis igitur actio et motus est propter bonum.

5° Item, Omne agens agit secundum quod est actu. Agendo autem tendit in sibi simile. Igitur tendit in actum aliquem. Actus autem omnis habet rationem boni; nam malum non invenitur nisi in potentia deficiente ab actu. Omnis igitur actio est propter bonum.

6° Adhuc, Agens per intellectum agit propter finem, sicut determinans sibi finem; agens autem per naturam, licet agat propter finem, ut probatum est (c 2), non tamen determinat sibi finem, quum non cognoscat rationem finis, sed movetur in finem determinatum sibi ab alio. Agens autem per intellectum non determinat

volonté. Donc l'agent naturel n'entre en mouvement et n'agit pour une fin qu'autant que cette fin est un bien, puisque c'est un appétit [ou tendance naturelle] qui détermine une fin aux agents de cette espèce. Donc tout agent agit pour un bien.

7° Fuir le mal et aspirer vers le bien sont deux choses identiques, de même que se soulever d'en bas et s'élever en haut. Or, l'expérience prouve que tous les êtres fuient le mal; car, lorsque ceux qui agissent par leur intelligence évitent une chose, c'est parce qu'ils se la représentent comme mauvaise. Quant aux agents naturels, ils résistent, suivant toute l'étendue de leurs forces, à la destruction, qui est leur mal. Donc tous les êtres agissent pour un bien.

8° On doit considérer comme fortuit et attribuer au hasard l'effet qui résulte d'une action, sans aucun dessein de l'agent. Or, nous voyons que toujours, ou du moins dans la plupart des cas, tout est pour le mieux dans les productions de la nature. Par exemple, les feuilles des plantes sont disposées de telle manière, pour qu'elles donnent des fruits, et les membres des animaux sont dans tel ordre, afin qu'ils puissent pourvoir à leur conservation. Si donc tout cela existe sans intention (5) de la part de l'agent naturel, c'est un accident fortuit et l'œuvre du hasard. Or, ceci est impossible; car les effets fortuits qui viennent du hasard ne se produisent ni toujours, ni souvent, mais dans un petit nombre de cas. Donc l'agent naturel se porte

(5) Cet intention de l'agent naturel est une simple tendance ou loi de la nature. Dans les animaux elle prend le nom d'*instinct*.

---

sibi finem, nisi sub ratione boni; intelligibile enim non movet nisi sub ratione boni, quod est objectum voluntatis. Ergo et agens per naturam non movetur, neque agit propter aliquem finem, nisi secundum quod est bonum, quum agenti per naturam determinetur finis ab aliquo appetitu. Omne igitur agens, propter bonum agit.

7° Item, Ejusdem rationis est fugere malum et appetere bonum, sicut ejusdem rationis est moveri a deorsum et moveri sursum. Omnia autem inveniuntur malum fugere; nam agentia per intellectum hac ratione aliquid fugiunt, quia apprehendunt illud ut malum. Omnia autem agentia naturalia, quantum habent de virtute, tantum resistunt corruptioni, quæ est malum uniuscujusque. Omnia igitur agunt propter bonum.

8° Adhuc, Quod provenit ex alicujus agentis actione præter intentionem ipsius, dicitur a casu vel fortuna accidere. Videmus autem in operibus naturæ, vel semper, vel frequentius, quod melius est: sicut in plantis folia sic esse disposita, ut producant fructus, et partes animalium sic disponi, ut animal salvari possit. Si ergo hæc eveniunt præter intentionem naturalis agentis, hoc erit accidens a casu vel fortuna. Sed hoc est impossibile; nam ea quæ accidunt semper, vel frequenter, non sunt casualia, neque fortuita, sed quæ accidunt in paucioribus. Naturale ergo agens intendit ad id quod melius est, et multo manifestius quod agit per intellectum. Omne igitur agens intendit bonum in agendo.

9° Item, Omne quod movetur ducitur ad terminum motus a movente et agente.

vers ce qui est meilleur, et il en est de même, à plus forte raison, de celui qui agit avec intelligence. Donc l'action de l'agent est toujours faite en vue d'un bien.

9° Le mobile arrive au terme du mouvement conduit par le moteur et l'agent. Donc le moteur et le mobile doivent tendre au même but, à raison du mouvement produit. Or, le mobile, qui est en puissance, tend à l'acte, et par là même à sa perfection et à son bien; car par le mouvement, il passe de la puissance à l'acte. Donc toujours le moteur meut et l'agent agit en vue d'un bien.

C'est pour cette raison que les philosophes ont défini le bien : ce que tous les êtres recherchent (6). S. Denys dit aussi, dans son livre *Des noms divins*, que tous les êtres désirent ce qui est bon et parfait (7).

CHAPITRE IV.

Le mal n'est pas dans les êtres en vertu d'une intention.

D'après ce qui vient d'être dit, on voit que s'il y a quelque mal dans

(6) Voyez la note 2 qui précède.

(7) Universis pulchrum et bonum desiderabile et amabile est et ab universis diligitur; et propter ipsum et ipsius causa, et inferiora amant superiora, convertendo se ad ea; et quæ sunt ejusdem ordinis amant similia, communicando; et majora minora, providendo eis; et singula seipsa, conservando se; et omnia, pulchrum et bonum expetendo, faciunt et volunt quæcumque faciunt et volunt. Quin et hoc vere audemus dicere, quod ipse qui est omnium causa, propter excellentiam bonitatis, omnia amat, omnia facit, omnia perficit, omnia continet, omnia convertit ad se; et est divinus amor bonus boni, propter bonum. Ipse enim amor divinus, qui bonitatem in iis quæ sunt operatur, quia prius extitit in bono superlate, non sivit ipsum sine fœtu manere, sed potius movit eum ad operandum secundum excellentiam virtutis suæ omnium rerum effectricis (*De divin. nomin.* c. 4).

Oportet igitur movens et motum ad idem tendere, in quantum movetur. Quod autem movetur, quum sit in potentia, tendit ad actum, et ita ad perfectum et bonum; per motum enim exit de potentia in actum. Ergo et movens et agens semper in movendo et agendo intendit bonum.

Hinc est quod philosophi diffinientes bonum dixerunt : Bonum est quod omnia appetunt (Arist. *Ethic.*, I, c. 1). Et Dionysius dicit (*De divin. nomin.*, c. 4) quod omnia bonum et optimum concupiscunt.

CAPUT IV.

Quod malum est præter intentionem in rebus.

Ex hoc autem apparet quod malum est

les êtres, ce n'est pas en vertu d'une intention, et qu'il commence d'exister en dehors de l'intention de l'agent. En effet :

1° Lorsque le résultat d'une action diffère de celui qui était dans l'intention de l'agent, ou qui était voulu par lui, il est évidemment en dehors de cette intention. Or, le mal diffère certainement du bien (1) que l'agent recherche uniquement. Donc le mal arrive en dehors de toute intention.

2° Si l'effet et l'action sont défectueux en quelque chose, c'est par suite d'un défaut existant dans les principes d'action : par exemple, la corruption du sperme produit un monstre, et la courbure de la jambe rend un homme boiteux. Or, l'agent fait son action parce qu'il est doué d'une vertu active, et non parce que cette vertu lui fait défaut, et lorsqu'il agit, c'est pour une fin. Donc cette fin qu'il s'efforce d'atteindre est en rapport avec la vertu active. Donc le résultat qui ne correspond qu'au défaut de cette vertu n'est pas compris dans l'intention de l'agent. Or, c'est en cela que consiste le mal. Donc le mal arrive sans aucune intention.

3° Le mouvement du mobile et l'action du moteur qui l'imprime ont un terme commun. Or, le mobile tend essentiellement vers le bien, et s'il aboutit au mal, c'est par accident et sans intention. Nous en avons une preuve principalement dans la production et la destruction des êtres. Tant que la matière existe sous une forme, elle est en puissance pour recevoir une autre forme et pour être privée de celle qu'elle possède : ainsi, lorsque sa forme est celle de l'air, elle est en puissance revêtue de la forme du feu et privée de celle de l'air, et c'est à ces deux choses réunies que se termine le changement survenu

(1) Puisque le bien et le mal sont deux contraires qui s'excluent mutuellement.

---

præter intentionem in rebus, et incipit præter intentionem agentium.

1° Quod enim ex actione consequitur diversum ab eo quod erat in intentione, sive intentum ab agente, manifestum est præter intentionem accidere. Malum autem diversum est a bono, quod intendit omne agens. Est igitur malum præter intentionem eveniens.

2° Item, Defectus in effectu et actione consequitur aliquem defectum in principiis actionis : sicut ex aliqua corruptione seminis sequitur partus monstruosus, et ex curvitate cruris sequitur claudicatio. Agens autem agit secundum quod habet de virtute activa, non secundum id quod defectum virtutis patitur. Secundum autem quod agit, sic intendit finem. Intendit igitur finem correspondentem virtuti. Quod igitur sequitur respondens defectui virtutis, erit præter intentionem agentis. Hoc autem est malum. Accidit igitur malum præter intentionem.

3° Adhuc, Ad idem tendit motus mobilis et motio moventis. Mobile autem tendit per se ad bonum, ad malum autem per accidens et præter intentionem ; quod quidem maxime in generatione et corruptione apparet ; materia enim quum est sub una forma, est in potentia ad formam aliam et

dans la matière : à la forme du feu, parce que le feu est produit; à la privation de la forme de l'air, puisque l'air est détruit. Quant à la tendance et à l'appétit [naturel] de la matière, leur terme n'est pas la privation, mais la forme; car la matière ne se porte pas vers l'impossible, et il est impossible qu'elle n'existe que dans un état de privation, tandis qu'au contraire elle peut exister sous une forme. Donc, si elle arrive à être privée de quelque chose, ce résultat est étranger à sa tendance. Or, elle subit une privation, lorsqu'en obtenant la forme qu'elle recherche, elle perd nécessairement, par cela même, une autre forme. Donc le changement qui affecte la matière, dans la production et la destruction des êtres, tend essentiellement à la réalisation d'une forme, et la privation qui s'ensuit est en dehors de toute tendance. Il en est de même pour tous les mouvements [ou changements], et par conséquent, toutes les fois qu'un changement a lieu, quelque chose est produit et quelque chose est détruit : par exemple, lorsqu'un objet blanc devient noir, la couleur blanche périt et la noire naît à sa place. Le bien consiste en ce que la matière se trouve perfectionnée par la forme et la puissance par son acte propre, et le mal, en ce qu'elle est privée de l'acte qui lui convient. Donc tout mobile s'efforce, durant son mouvement, de parvenir au bien, et s'il aboutit au mal, c'est sans aucune tendance de sa part. Donc, puisque l'agent et le moteur recherchent uniquement le bien, le mal arrive en dehors de l'intention de l'agent.

4° L'intention succède à l'appréhension, dans les êtres qui agissent

---

privationem formæ jam habitæ : sicut quum est sub forma aeris, est in potentia ad formam ignis et privationem formæ aeris, et ad utrumque transmutatio materiæ terminatur simul; ad formam quidem ignis, secundum quod generatur ignis; ad privationem autem formæ aeris, secundum quod corrumpitur aer. Non autem intentio et appetitus materiæ est ad privationem, sed ad formam; non enim tendit ad impossibile; est autem impossibile materiam tantum sub privatione esse; esse vero eam sub forma est possibile. Igitur quod terminetur ad privationem, est præter intentionem. Terminatur autem ad eam in quantum pervenit ad formam quam intendit, quam privatio alterius formæ de necessitate consequitur. Transmutatio ergo materiæ in generatione et corruptione per se ordinatur ad formam; privatio vero consequitur præter intentionem. Et similiter oportet esse in omnibus motibus; et ideo in quolibet motu est generatio et corruptio secundum quid : sicut quum aliquid alteratur de albo in nigrum, corrumpitur album et fit nigrum. Bonum autem est secundum quod materia est perfecta per formam et potentia per actum proprium; malum autem secundum quod est privata actu debito. Omne igitur quod movetur, tendit in suo motu pervenire ad bonum; pervenit autem ad malum præter intentionem. Igitur quum omne agens et movens intendat ad bonum, malum provenit præter intentionem agentis.

4° Amplius, In agentibus per intellectum et æstimationem quamcumque, intentio sequitur apprehensionem; in illud enim

par leur intelligence et d'après une appréciation quelconque (2); car cette intention a pour terme une chose qui paraît être une fin. Lors donc que l'objet atteint par l'agent n'appartient pas à l'espèce qu'il s'est représentée, ce résultat n'était pas dans son intention. Si quelqu'un, par exemple, voulant manger du miel, prend, par erreur, du fiel au lieu de miel, ce sera sans intention. Or, toutes les fois que l'agent agit par son intelligence, il recherche tel objet parce qu'il le considère comme un bien, ainsi que nous l'avons prouvé [ch. 3]. Donc si cet objet n'est pas un bien, mais un mal, il n'est pas compris dans son intention. Donc, en agissant par son intelligence, un être n'a jamais l'intention de faire le mal (3). Donc, puisque l'être qui agit par son intelligence et celui qui fait naturellement son action tendent tous deux vers le bien, le mal ne peut résulter de l'intention d'aucun agent, et s'il arrive, c'est en dehors de toute intention.

Saint Denys, professant la même doctrine, dit que le mal n'est ni dans l'intention, ni dans la volonté (4).

(2) C'est-à-dire rationnelle ou naturelle. L'appréciation rationnelle appartient exclusivement aux êtres intelligents; l'appréciation naturelle ou *l'instinct* est propre aux brutes.

(3) Il faut observer qu'il ne s'agit pas ici du bien et du mal absolus, mais du bien et du mal relatifs. Il est vrai qu'un être raisonnable peut abuser de son intelligence pour faire une chose essentiellement mauvaise; mais dès lors qu'il se détermine à agir, c'est que, trompé sur la nature de cette action, il la considère comme un bien pour lui; et lors même qu'il en aperçoit clairement la malice, il pense en retirer quelque avantage supérieur au mal qu'il va commettre. Au reste, le mal n'étant qu'une négation, il ne peut, considéré comme tel, devenir l'objet d'un désir et le terme d'une intention.

(4) Malo status tribuendus est per accidens et propter aliud, et non ex proprio principio; ut cum dum fit, rectum quidem esse videatur, quia boni gratia fit, revera autem rectum non sit, quandoquidem id bonum opinemur quod bonum non est. Ostensum est aliud esse quod expetitur et aliud quod agitur. Malum itaque deflectit a via præter intentionem, præter naturam, præter causam, præter principium, præter finem, extra terminum, extra voluntatem, extra substantiam. Malum ergo privatio est, et defectus, et infirmitas (*De divin. nomin.* c. 4).

---

tendit intentio quod apprehenditur ut finis. Si ergo perveniatur ad aliquod quod non habet speciem apprehensam, erit præter intentionem; sicut si aliquis intendat comedere mel, et comedat fel, credens illud esse mel, hoc erit præter intentionem. Sed omne agens per intellectum intendit aliquid, secundum quod accipit illud sub ratione boni, sicut ex superioribus (c. 3) patet. Si ergo illud non sit bonum, sed malum, hoc erit præter intentionem. Agens igitur per intellectum non operatur malum, nisi præter intentionem. Cum igitur tendere ad bonum sit commune agenti per intellectum et [agenti] per naturam, malum non consequitur ex intentione alicujus agentis, nisi præter intentionem.

Hinc est quod Dionysius dicit (*De divin. nomin.*, c. 4), quod malum est præter intentionem, et voluntatem.

CHAPITRE V.

Objections dirigées contre la vérité précédemment démontrée.

Plusieurs raisons paraissent contredire le sentiment qui vient d'être exposé :

1° Tout ce qui arrive sans intention de la part de l'agent est fortuit, vient du hasard et ne se présente que dans des cas peu nombreux. Or, le mal n'est pas quelque chose de fortuit, il ne vient pas du hasard et ne se rencontre pas seulement dans un petit nombre de cas, mais partout, ou du moins le plus souvent; car, dans l'ordre naturel, il n'y a pas de production sans destruction; et de même, l'action qui procède de la volonté est presque toujours défectueuse, puisque, selon la remarque d'Aristote, il est aussi difficile d'agir suivant toute l'étendue de la faculté que de trouver le centre d'un cercle (1). Donc le mal ne peut arriver sans intention.

2° Le Philosophe enseigne expréssément que la malice consiste dans le volontaire, et la preuve qu'il en donne, c'est que celui qui commet une injustice le fait volontairement (2). Or, on ne peut prétendre, sans

(1) Virtutem eam quæ moralis appellatur, medium seu mediocritatem esse, satis esse demonstratum arbitror. Quocirca etiam difficile atque operosum est virtute esse præditum. Magni enim negotii est in unaquaque re medium consequi; ut circuli punctum medium reperire non cujuslibet, sed scientis atque intelligentis hominis est. Itemque irasci, et pecuniam donare, et sumptum facere, cujuslibet hominis est et facile; irasc vero et pecuniam donare, cui, et quantum, et quo tempore, et cujus rei causa, et quomodo irascendum ac donandum est, neque cujuslibet hominis, neque facile est (Arist. *Ethic.* II, 9).

(2) Quoniam finis sub voluntatem cadit, de iis autem quæ ad voluntatem pertinent, et consultari, et consilium capi potest, consequens est ut quæ in eis vertuntur actiones,

---

CAPUT V.

Rationes contra determinatam veritatem.

Sunt autem quædam quæ huic sententiæ adversari videntur :

1° Quod enim accidit præter intentionem agentis, dicitur esse fortuitum et casuale et in paucioribus accidens Malum autem fieri non dicitur fortuitum et casuale, neque ut in paucioribus accidens, sed semper, vel in pluribus; in naturalibus enim semper generationi corruptio adjungitur; in agentibus etiam per voluntatem in pluribus peccatum accidit, quum difficile sit secundum virtutem agere, sicut attingere centrum in circulo, ut dicit Aristoteles in secundo Ethicorum (c. 9). Non igitur videtur malum esse proveniens præter intentionem.

2° Item, Aristoteles in tertio Ethicorum (c. 7) expresse dicit quod malitia est voluntarium, et probat per hoc, quod aliquis operatur injusta voluntarie. Irrationabile autem est, operantem voluntarie injusta, non velle injustum esse, et voluntarie stuprantem, non velle incontinentem esse; et

déraisonner, que celui qui commet volontairement une injustice ne veut pas être injuste, et qu'en outrageant la pudeur, il ne veut pas manquer à la continence; et si les législateurs punissent les méchants, c'est qu'ils les considèrent comme faisant volontairement le mal. Donc on ne peut admettre que le mal arrive indépendamment de la volonté ou de l'intention.

3° Il y a pour tout changement naturel une fin que la nature s'efforce d'atteindre. Or, la corruption d'un être est un changement naturel, aussi bien que sa production. Donc la nature recherche sa fin, qui est une privation, c'est-à-dire un mal, de même qu'elle recherche la force et le bien, qui constituent la fin de la production.

CHAPITRE VI.

Réponse aux objections qui précèdent:

Pour résoudre plus clairement les objections qui viennent d'être proposées, il faut observer qu'on peut envisager le mal à un double point de vue, savoir, dans une substance et dans son action.

et consilio consentaneæ sint, et sponte obeantur. At functiones et munera virtutum in his vertuntur. Itaque virtus in nostra est potestate. Similiter et vitium; quas enim res agere in nobis situm est, easdem non agere possumus; et quas non agere in nobis situm est, earumdem quoque agendarum potestas nostra est. Itaque si quid agere, quod honestum est, in nobis situm est, non agere quoque, cum id non agere turpe sit, in nobis erit situm; et si non agere, quod non agere honestum sit, in nostra potestate est, agere quoque quod actu turpe sit, in nobis erit situm. Quod si honesta et turpia agere nostri arbitrii est, similiterque non agere (hoc autem erat bonos et malos esse), nostri quoque arbitrii erit profecto ut probi et improbi simus (Arist. *Ethic.* III, c. 7).

---

per hoc etiam legislatores puniunt malos quasi voluntarie operantes mala. Non videtur igitur malum præter voluntatem vel intentionem esse.

3° Præterea, Omnis motus naturalis habet finem intentum a natura. Corruptio autem est mutatio naturalis, sicut et generatio. Finis igitur ejus, qui est privatio habens rationem mali, est intentus a natura, sicut etiam forma et bonum, quæ sunt generationis finis.

CAPUT VI.

Solutio rationum præmissarum.

Ut autem positarum rationum solutio manifestior fiat, considerandum est quod malum considerari potest, vel in substantia aliqua, vel in actione ipsius.

Malum quidem in substantia aliqua est, ex eo quod deficit ei aliquid quod natum est et debet habere; si enim homo non ha-

Le mal, considéré dans une substance, consiste en ce qu'elle manque d'une chose qu'elle est apte à recevoir et qu'elle doit posséder en vertu de sa nature. En effet, ce n'est pas un mal pour l'homme de ne pas avoir des ailes, puisque cela ne lui est point naturel. De même ce n'est pas un mal pour lui de ne pas avoir des cheveux blonds; car, bien que sa nature les admette, ils ne lui sont nullement nécessaires. Cependant ce serait un mal que l'homme fût privé de mains, parce que ces membres lui sont naturels et qu'il ne saurait être parfait sans eux; mais il n'en est pas ainsi de l'oiseau. Or, on entend par privation, en prenant ce mot dans son sens propre et rigoureux, l'absence d'une chose qui est naturelle et nécessaire à un être. Donc la privation ainsi définie constitue le mal. — La matière étant en puissance pour toutes les formes, sa nature lui permet de les recevoir toutes. Aucune cependant ne lui est due, puisqu'elle peut être parfaitement en acte indépendamment de telle ou telle forme déterminée. Pourtant chaque forme particulière est nécessaire à l'un des êtres qui sont composés de matière : ainsi, l'eau ne peut être de l'eau, si elle n'a pas la forme propre à ce liquide; le feu ne saurait exister sans la forme du feu. La privation d'une forme de ce genre n'est donc pas, pour la matière, un mal naturel; mais par rapport à l'être auquel s'applique cette forme, c'est un mal [individuel ou relatif] : par exemple, la privation de la forme du feu est un mal pour le feu. Comme la privation, aussi bien que l'habitude et la forme, n'existe qu'autant qu'elle est dans un sujet, si l'on considère la privation comme un mal, seulement en ce qui concerne le sujet, ce sera un mal absolu, tandis que considérée sous un autre point de vue [plus général], elle ne sera pas un mal absolu, mais relatif. — Donc c'est un mal absolu pour l'homme d'être

---

bet alas, non est ei malum, quia non est natus eas habere; si etiam homo capillos flavos non habet, non est malum, quia etsi natus est habere, non tamen est ei debitum ut habeantur : est tamen malum si non habeat manus, quas natus est et debet habere, si sit perfectus; quod tamen non est malum avi. Omnis autem privatio, si proprie et stricte accipiatur, est ejus quod quis natus est habere et debet habere. In privatione igitur sic accepta est ratio mali. — Materia autem, quum sit in potentia ad omnes formas, omnes quidem nata est habere, nulla tamen est ei debita, quum sine quavis una earum possit esse perfecta in actu : quælibet tamen earum est debita alicui eorum, quæ ex materia constituuntur; nam non potest esse aqua, nisi habeat formam aquæ; nec potest esse ignis, nisi habeat formam ignis. Privatio igitur hujusmodi formæ, comparata ad materiam, non est malum naturæ; sed comparata ad id cujus est forma, est malum ejus, sicut privatio formæ ignis est malum ignis. Et quia tam privationes quam habitus et formæ non dicuntur esse nisi secundum quod sunt in subjecto, si quidem privatio sit malum per comparationem ad subjectum in quo est, erit malum simpliciter; sin autem erit malum alicujus, et non simpliciter. — Ho-

privé d'une main; mais que la matière soit privée de la forme de l'air, ce n'est pas un mal absolu, mais le mal propre de l'air.

Quant à la privation de l'ordre ou de la proportion convenable dans l'action, c'est en cela que consiste le mal de l'action. Et parce que toute action doit être faite dans un certain ordre et soumise à une certaine proportion, une telle privation est nécessairement un mal absolu.

1° Ceci posé, on doit se rappeler que tout ce qui arrive en dehors de l'intention de l'agent n'est pas nécessairement fortuit ou accidentel, ainsi qu'on l'affirme dans la première objection. Si l'effet produit sans intention résulte toujours ou souvent de celui qui est directement recherché, il n'est ni fortuit ni accidentel. Par exemple, un homme boit du vin en vue du plaisir qu'il y trouve : si cette boisson l'enivre toujours ou fréquemment, l'ivresse ne sera ni fortuite ni accidentelle; au contraire, elle serait un simple accident si elle n'arrivait que rarement. Donc, quoique le mal de la corruption [ou destruction] naturelle survienne sans aucune intention du principe générateur, il résulte cependant constamment de son action; car une forme ne se réalise jamais qu'à l'exclusion d'une autre. C'est pourquoi cette destruction n'est pas un accident qui ne se présente que rarement, bien que dans certains cas la privation n'ait pas le caractère du mal absolu, mais d'un mal particulier, comme nous venons de le remarquer. — Si la privation est telle, que le sujet produit soit dépourvu d'une chose nécessaire, ce qui a lieu pour les monstres, ce mal est absolu et accidentel; car un pareil effet n'est pas une conséquence nécessaire de la fin voulue, mais il la contrarie, puisque l'agent cherche à perfectionner son œuvre.

---

minem igitur privari manu, est malum simpliciter; materiam autem privari forma aeris, non est malum simpliciter, sed est malum aeris.

Privatio autem ordinis aut commensurationis debitæ in actione, est malum actionis; et quia cuilibet actioni est debitus aliquis ordo et aliqua commensuratio, necesse est ut talis privatio in actione simpliciter malum exsistat.

1° His igitur visis, sciendum est quod non omne quod est præter intentionem oportet esse fortuitum vel casuale, ut prima ratio proponebat. Si enim quod est præter intentionem sit consequens ad id quod est intentum vel semper, vel sicut frequenter, non eveniet fortuito, vel casualiter; sicut in eo qui intendit dulcedine vini frui, si ex potatione vini sequatur ebrietas semper vel frequenter, non erit fortuitum, nec casuale : esset autem casuale, si sequeretur ut in paucioribus. Malum ergo corruptionis naturalis, et si sequatur præter intentionem generantis, consequitur tamen semper; nam semper formæ unius est adjuncta privatio alterius; unde corruptio non evenit casualiter, neque ut in paucioribus, licet privatio quandoque non sit malum simpliciter, sed alicujus, ut dictum est (supra). — Si autem sit talis privatio quæ privat id quod est debitum generato, erit casuale et simpliciter malum, sicut quum nascun-

Le mal de l'action a pour cause, dans les agents naturels, un défaut de la vertu active. Si donc la vertu de l'agent est défectueuse, ce mal est, à la vérité, étranger à sa tendance, mais il n'est pas pour cela accidentel; car il résulte nécessairement de l'action, puisque la vertu active d'un tel agent est toujours ou très souvent défectueuse. Le mal sera accidentel, au contraire, si l'agent n'est que rarement sujet à ce défaut.

Lorsque l'agent est doué de volonté, il dirige son intention vers un bien particulier, si l'action doit s'ensuivre; car les universaux n'ont pas la puissance motrice, mais cette puissance appartient aux individus qui sont en possession de l'acte (1). Si donc le bien voulu entraîne toujours ou fréquemment, dans l'ordre rationnel, la privation d'un autre bien, le mal moral n'est pas un accident, mais il se retrouve constamment ou dans un très grand nombre de cas. On peut apporter en preuve l'exemple d'un homme qui recherche pour eux-mêmes les plaisirs charnels, lorsque ces plaisirs sont accompagnés du désordre de l'adultère; alors le mal de l'adultère n'est pas un accident. Le mal serait accidentel, si la faute commise par suite de l'action voulue n'était qu'une exception, ainsi qu'il arrive à celui qui tue un homme en cherchant seulement à frapper un oiseau. — Si le plus souvent on recherche ces biens dont l'obtention entraîne, dans l'ordre rationnel, la privation d'un autre bien, cela vient de ce que la plupart des hommes vivent par les sens, parce que les choses sensibles sont plus à notre

(1) Les universaux, qui ne sont que des abstractions, affectent seulement l'intelligence, dont les opérations sont purement spéculatives. La volonté, qui est une faculté essentiellement pratique, ne peut avoir pour objets que des êtres actuels ou réellement existants, c'est-à-dire des individus.

---

tur partus monstruosi; hoc enim non consequitur de necessitate ad id quod est intentum, sed est ei repugnans, quum agens intendat perfectionem generati.

Malum autem actionis accidit in naturalibus agentibus ex defectu virtutis activæ; unde si agens habet virtutem defectivam, hoc malum consequitur præter intentionem, sed non erit casuale, quia de necessitate est consequens ad talem agentem, quum tale agens, vel semper, vel frequenter patitur hunc virtutis defectum; erit autem casuale, si hic defectus raro talem comitatur agentem.

In agentibus autem voluntariis, intentio est ad bonum aliquod particulare, si debet sequi actio; nam universalia non movent, sed particularia, in quibus est actus. Si igitur illud bonum quod intenditur habeat conjunctam privationem boni secundum rationem, vel semper, vel frequenter, sequitur malum morale non casualiter, sed vel semper, vel frequenter, sicut patet in eo qui vult uti femina propter delectationem, cui delectationi adjuncta est inordinatio adulterii; unde malum adulterii non sequitur casualiter. Esset autem casuale malum si ad id quod intendit sequeretur aliquod peccatum, ut in paucioribus, sicut quum quis projiciens ad avem interficit hominem. — Quod autem hujusmodi bona aliquis intendat, ut in pluribus, quibus privationes boni secundum rationem consequantur, ex hoc provenit quod plures

portée et plus capables de nous faire agir à l'égard des individus qui sont le terme de l'opération ; et le plus souvent la raison nous fait voir que l'acquisition de ces biens a pour conséquence la privation d'un autre bien.

2° Il est donc évident, ainsi qu'il est dit dans le second argument, que, tout en arrivant sans intention, le mal n'en est pas moins volontaire, quoiqu'il ne soit pas voulu directement, mais par accident. En effet, le terme de l'intention est la fin dernière voulue pour elle-même ; mais la volonté s'étend aussi à tout ce qui est voulu pour une autre chose, lors même que cet objet ne serait point voulu absolument [ou pour lui-même] : par exemple, le navigateur qui, pour échapper au danger, jette ses marchandises à la mer, ne cherche pas à les perdre, mais à se sauver ; et cette perte, il ne la veut pas absolument, mais comme un moyen de salut. Il en est de même de celui qui, pour acquérir un bien sensible, a la volonté de faire une action désordonnée, sans rechercher positivement le désordre de l'action et sans le vouloir absolument, mais à raison de la fin. Dans ce cas, la malice et le péché sont volontaires aussi bien que le sacrifice des marchandises jetées à la mer.

3° Nous voyons par là même comment il faut répondre à la troisième objection. Le changement appelé destruction n'a jamais lieu sans être suivi du changement qui consiste dans la production d'un être, et par conséquent, la fin de la destruction est inséparable de la fin de la production. Donc la nature ne s'efforce pas d'atteindre la fin de la destruction séparément de la fin de la production, mais elle agit pour les atteindre toutes deux ensemble. Ainsi, l'intention absolue de la nature a pour objet, non pas la non-existence de l'eau, mais l'exis-

---

vivunt secundum sensum, eo quod sensibilia sunt nobis manifesta et magis efficaciter moventia in particularibus, in quibus est operatio ; ad plura autem talium bonorum sequitur privatio boni secundum rationem.

2° Ex quo patet quod licet malum præter intentionem sit, est tamen voluntarium, ut secunda ratio proponit, licet non per se, sed per accidens. Intentio enim est ultimi finis, quem quis propter se vult ; voluntas autem est etiam ejus quod quis vult propter aliud, etiam si simpliciter non vellet : sicut qui projicit merces in mare, causa salutis, non intendit projectionem mercium, sed salutem, projectionem autem vult non simpliciter, sed causa salutis. Similiter propter aliquod bonum sensibile consequendum vult aliquis facere inordinatam actionem, non intendens inordinationem, neque volens eam simpliciter, sed propter hoc ; et ideo hoc modo malitia et peccatum dicuntur esse voluntaria, sicut projectio mercium in mari.

3° Eodem autem modo patet solutio ad tertiam objectionem. Nunquam enim invenitur mutatio corruptionis sine mutatione generationis ; et per consequens, nec finis corruptionis sine fine generationis. Natura ergo non intendit finem corruptionis seorsum a fine generationis, sed simul utrumque ; non enim est de intentione naturæ

tence de l'air, dont la production entraîne la destruction de l'eau. Donc la nature recherche pour elle-même l'existence de l'air, et la non-existence de l'eau seulement parce qu'elle en est la conséquence (2). Donc la privation n'est pas par elle-même, mais accidentellement, une fin naturelle, et la forme est par elle-même cette fin.

Il est donc maintenant clairement démontré que le mal absolu, tel qu'il existe dans les monstres, est en dehors de toute tendance dans les œuvres de la nature, et qu'elle ne fait pas le mal particulier [ou relatif] pour lui-même, mais par accident.

CHAPITRE VII.

Le mal n'est pas une nature particulière.

Il est évident, d'après tout ce qui précède, que nulle essence n'est mauvaise en soi. En effet :

1° Le mal est simplement la privation d'une chose qu'un être est apte à recevoir et doit posséder [ch. 6]; car toujours on a entendu le mot *mal* en ce sens. Or, la privation ne constitue pas une essence,

(2) On comprend assez qu'il ne s'agit ici que d'une portion de la matière qui peut exister alternativement sous la forme de l'air et sous celle de l'eau, et non de la totalité de ces substances. C'est un principe général que la transition d'une espèce à une autre espèce ne peut s'effectuer sans qu'une forme soit substituée à une autre forme dans la matière.

---

absoluta quod non sit aqua, sed quod sit aer, quo exsistente non est aqua : hoc ergo quod est esse aerem, intendit natura secundum se ; hoc vero quod est non esse aquam, non intendit, nisi in quantum est conjunctum ei quod est esse aerem. Sic igitur privationes a natura non sunt secundum se intentæ, sed secundum accidens; formæ vero secundum se.

Patet ergo ex præmissis quod illud quod est simpliciter malum, omnino est præter intentionem in operibus naturæ, sicut partus monstruosi; quod vero non est simpliciter, sed alicui malum, non est intentum a natura secundum se, sed secundum accidens.

CAPUT VII.

Quod malum non est aliqua natura.

Ex his autem apparet quod nulla essentia est secundum se mala.

1° Malum enim, ut dictum est (c. 6), nihil est aliud quam privatio ejus quod quis natus est et debet habere ; sic enim apud omnes est usus hujus nominis *malum*. Privatio

mais c'est une négation dans une substance. Donc le mal ne fait pas partie des êtres comme essence.

2° Chaque chose possède *l'être* en vertu de son essence. Or, par là même qu'elle a *l'être*, une chose est en possession d'un bien; car si le bien est ce que tous les êtres recherchent (1), *l'être* même [*esse*] est nécessairement un bien, puisque tout aspire à exister. Donc chacun des êtres est bon parce qu'il a une essence. Or, le bien et le mal sont opposés entre eux. Donc le mal n'est pas tel parce qu'il a une essence. Donc nulle essence n'est mauvaise.

3° Toute chose est un agent ou un fait. Or, le mal ne peut être un agent, parce qu'un agent, quel qu'il soit, n'agit qu'autant qu'il est en acte et parfait [dans son genre]. Le mal ne peut pas davantage être un fait; car le terme de toute production est la forme et le bien (2). Donc aucun être n'est mauvais dans son essence.

4° Il n'est point d'être qui recherche son contraire; car chacun désire ce qui lui ressemble et lui convient. Or, tous les êtres font leurs actions en vue du bien [ch. 3]. Donc aucun d'eux, considéré comme être, n'est mauvais.

5° Il n'y a point d'essence qui ne soit naturelle à un être; car si elle est comprise dans le genre de la substance, elle est la nature même de cet être, et si elle est, au contraire, dans le genre de l'accident, elle a nécessairement sa cause dans les principes constitutifs de quelque substance. Par conséquent, elle sera naturelle à cette substance, bien qu'elle ne le soit pas pour une autre. Par exemple, la chaleur est na-

(1) Voyez la note 2 du ch. 3, p. 325.
(2) Dont le mal est la négation.

---

autem non est aliqua essentia, sed est negatio in substantia. Malum igitur non est aliqua essentia in rebus.

2° Adhuc, Unumquodque secundum suam essentiam habet esse. In quantum autem habet esse, habet aliquod bonum; nam si bonum est quod omnia appetunt, oportet ipsum esse bonum dicere, quum omnia esse appetant. Secundum hoc igitur unumquodque bonum est, quod essentiam habet. Bonum autem et malum opponuntur. Nihil igitur est malum secundum quod essentiam habet. Nulla igitur essentia mala est.

3° Amplius, Omnis res vel est agens, vel est facta. Malum autem non potest esse agens, quia quidquid agit, agit in quantum est actu exsistens et perfectum; et similiter non potest esse factum; nam cujuslibet generationis terminus est forma et bonum. Nulla igitur res secundum suam essentiam est mala.

4° Item, Nihil tendit ad suum contrarium; unumquodque enim appetit quod est sibi simile et conveniens. Omne autem ens agendo, intendit bonum, ut ostensum est [c. 3]. Nullum igitur ens, in quantum hujusmodi, est malum.

5° Adhuc, Omnis essentia est alicui rei naturalis; si enim est in genere substantiæ, est ipsa natura rei; si vero sit in genere accidentis, oportet quod ex principiis alicujus substantiæ causetur; et sic illi sub-

turelle au feu, quoique destructive de la nature de l'eau. Or, une chose mauvaise en soi ne saurait entrer dans la nature d'un être, puisque le mal consiste dans la privation d'une chose naturelle et nécessaire. Donc le mal, qui est la privation d'une chose naturelle, ne peut devenir lui-même naturel à un être. D'ou il suit que tout ce qui est naturellement dans un être est un bien pour lui, et un mal, au contraire, s'il en est dépourvu. Donc aucune essence n'est mauvaise en soi.

6° Tout ce qui a une essence est une forme, ou bien est revêtu d'une forme; car c'est la forme qui place chacun des êtres dans son genre et dans son espèce. Or, la forme, en sa qualité de forme, est un bien, puisqu'elle est tout ensemble un principe d'action, la fin que l'agent cherche constamment à atteindre, et aussi l'acte qui rend parfait chaque être revêtu d'une forme. Donc tout ce qui a une essence est bon par cela même. Donc l'essence du mal est nulle.

7° Les deux grandes divisions de l'être sont l'acte et la puissance. Or, l'acte, en tant que tel, est un bien, parce que rien n'est parfait qu'en raison de l'existence actuelle. La puissance est aussi un bien sous quelque rapport; car elle tend à arriver à l'acte, ainsi qu'on le remarque dans tout changement. Elle est également proportionnée à l'acte: il n'y a aucune contrariété entre eux; mais ils sont dans le même genre, et la privation n'est pour elle qu'un accident. Donc tout ce qui existe, de quelque manière que ce soit, est bon, comme être. Donc le mal n'a pas d'essence.

8° Nous avons prouvé [liv. II, ch. 6] que l'*être*, sous quelque forme

---

stantiæ erit naturalis, licet forte alteri substantiæ non sit naturalis, sicut caliditas est naturalis igni, licet sit innaturalis aquæ. Quod autem est secundum se malum non potest esse alicui naturale; de ratione enim mali est privatio ejus quod est alicui natum inesse et debitum ei. Malum igitur quum sit ejus quod est naturale privatio, non potest esse alicui naturale; unde quidquid naturaliter inest alicui, est ei bonum, et malum, si ei desit. Nulla igitur essentia est secundum se mala.

6° Amplius, Quidquid habet essentiam aliquam, aut ipsamet est forma, aut habet formam aliquam; per formam enim collocatur unumquodque in genere vel specie. Forma autem, in quantum hujusmodi, habet rationem bonitatis, quum sit principium actionis, et finis quem intendit omne faciens, et actus quo unumquodque habens formam perfectum est. Quidquid igitur habet essentiam aliquam, in quantum hujusmodi, est bonum. Malum igitur non habet essentiam aliquam.

7° Item, Ens per actum et potentiam dividitur. Actus autem, in quantum hujusmodi, bonum est, quia secundum quod aliquid est actu, secundum hoc aliquid est perfectum. Potentia etiam bonum aliquid est; tendit enim potentia ad actum, ut in quolibet motu apparet, et etiam est actui proportionata, non ei contraria, et est in eodem genere cum actu, et privatio non competit ei, nisi per accidens. Omne igitur

qu'il existe, vient de Dieu. Or, il est démontré que Dieu est la perfection de la bonté [liv. I, ch. 40 et 41]. Donc, puisqu'un effet qui a le bien pour cause ne peut être un mal, il répugne qu'un être, en sa qualité d'être, soit mauvais.

Cette vérité est exprimée dans la Sainte-Écriture par ces paroles : *Dieu vit toutes les choses qu'il avait faites, et elles étaient très bonnes* [Gen., I, 31]. *Tout ce qu'il a fait est bon dans son temps* [Ecclés., III, 11]. *Toute créature de Dieu est bonne* [I Tim., IV, 4].

Saint Denys dit aussi que le mal n'existe pas [par lui-même], et qu'il n'est pas dans les êtres qui ont l'existence à l'état d'accident, comme sont le blanc et le noir (3).

En prouvant cette proposition, nous avons réfuté l'erreur des Manichéens, qui prétendent que certaines choses sont mauvaises en vertu même de leur nature (4).

(3) Malum quia ens penitus non est, exsistit tantum ut privatio majoris boni; nam quod bono prorsus privatum est, id nusquam ullo pacto fuit, vel est, vel erit, vel esse potest. Malum non est in rebus ; nam si res omnes sint ex bono, omnibus insit bonum, omniaque contineat, malum utique vel non erit in rebus, vel in bono erit. Atqui in bono non erit ; neque enim in igne frigus est (*De divin. nomin.* c. 4).

(4) Le système des Manichéens repose sur ce principe, que Dieu étant essentiellement bon, le mal répugne en lui et ne peut, par conséquent, venir de lui. Ils en concluaient que le mal tire son origine d'un principe distinct de Dieu et essentiellement mauvais, qui ne peut produire que des choses mauvaises par nature. Il suffit, pour comprendre combien cette erreur est absurde, de considérer que le mal est toujours le contraire et la négation d'un bien ; d'où il suit que c'est une simple privation et qu'il ne peut avoir aucune entité. — Le Manichéisme a trouvé un défenseur dans la personne de Bayle, qui, pour faire partager aux autres son scepticisme, semble avoir pris à tâche de fortifier les arguments de l'erreur et d'affaiblir les preuves de la vérité. Du reste, il n'apporte en faveur de la doctrine des deux principes aucune raison nouvelle. Il ne fait que reproduire les raisonnements anciens cent fois réfutés, surtout par saint Augustin, le grand adversaire des partisans de Manès.

---

quod est, quocumque modo sit, in quantum est ens, bonum est. Malum igitur non habet aliquam essentiam.

8° Amplius, Probatum est (l. II, c. 6) quod omne esse, quocumque modo sit, est a Deo. Deum autem esse perfectam bonitatem (l. I, c. 40 et 41) ostendimus. Quum igitur boni effectus malum esse non possit, impossibile est aliquod ens, in quantum est ens, esse malum. Hinc est quod dicitur : *Vidit Deus cuncta quæ fecerat; et erant valde bona* (Gen., I, 31). Et : *Cuncta fecit bona in tempore suo* (Eccles., III, 11). Et : *Omnis creatura Dei bona* (1 Tim., IV, 4).

Et Dionysius dicit (de Divin. Nomin., c. 4) quod malum non est exsistens (scilicet per se), nec aliquid in exsistentibus quasi accidens, sicut albedo, vel nigredo.

Per hoc autem excluditur error Manichæorum ponentium aliquas res, secundum suas naturas, malas esse.

CHAPITRE VIII.

Objections contre la dernière conclusion.

Il semble que l'on peut opposer quelques arguments à la conclusion qui vient d'être tirée.

1° Un être appartient à telle espèce en vertu de la différence spécifique qui lui est propre. Or, le mal est une différence spécifique pour certains genres, tels que les habitudes et les actes moraux; car, par là même qu'une vertu est, à raison de son espèce, une bonne habitude, le vice opposé est une habitude mauvaise, également à raison de son espèce; et il en est de même des actes qui ont pour principes les vertus et les vices. Donc le mal détermine l'espèce de certains êtres. Donc il est une essence particulière et il entre dans la nature de ces êtres.

2° Chacun des termes contraires est une nature spéciale; car si rien ne réalisait l'un des contraires, la privation ou la négation serait absolue. Or, nous regardons comme contraires le bien et le mal. Donc le mal est une nature particulière.

3° Aristote met le bien et le mal au nombre des genres contraires (1). Or, tout genre a une essence propre et une nature particulière; car il

(1) Bono malum adversatur necessario, idque ex inductione rerum singularum intelligi potest : ut bonæ valetudini, morbus adversatur; justitiæ, injustitia; fortitudini, ignavia, et cætera ejusdem generis. Malo vero alias bonum, alias malum contrarium est. Nam parum et nimium quæ sunt in malis, inter se sunt contraria; similiterque mediocritas, quæ utrique contrario nomine opponitur, in bonis est. Atque id quidem in paucis perspici licet, in compluribus semper malo bonum adversatur... Postremo omnia contraria quæ diximus adversa, vel in eodem genere, vel in contrariis generibus sunt, vel

---

CAPUT VIII.

Rationes contra præmissam conclusionem.

Videtur autem quibusdam rationibus prædictæ sententiæ posse obviari.

1° Ex propria enim differentia specifica unumquodque speciem sortitur. Malum autem est differentia specifica in aliquibus generibus, scilicet in habitibus et actibus moralibus; sicut enim virtus, secundum suam speciem, est bonus habitus, ita contrarium vitium est malus habitus, secundum suam speciem; et similiter de actibus virtutum et vitiorum. Malum igitur est dans speciem aliquibus rebus; est igitur aliqua essentia, et aliquibus rebus naturalis.

2° Præterea, Utrumque contrariorum est natura quædam; si enim nihil poneret alterum contrariorum esset privatio vel negatio pura. Sed bonum et malum dicuntur esse contraria. Malum igitur est natura aliqua.

3° Item, Bonum et malum dicuntur esse genera contrariorum ab Aristotele (in Consequentiis Categoriarum, c. 1). Cujuslibet autem generis est essentia et natura aliqua;

n'y a ni espèces ni différences dans le non-être, et, par conséquent, ce qui n'est pas ne peut former un genre. Donc le mal est une essence et une nature particulière.

4° Tout agent est un être. Or, le mal agit comme mal, puisqu'il s'oppose au bien et le détruit. Donc le mal, en tant que mal, est un être.

5° Partout où l'on aperçoit le plus et le moins, doivent se trouver certaines choses coordonnées entre elles; car la négation et la privation ne sont pas susceptibles de plus et de moins. Or, tel mal est pire que tel autre. Il paraît donc nécessaire que le mal soit une certaine chose.

6° Les deux termes de *chose* et d'*être* sont équivalents. Or, le mal est dans le monde. Donc il est une certaine chose et une nature spéciale.

CHAPITRE IX.

Réponse aux objections précédentes.

Il n'est pas difficile de résoudre les difficultés qu'on nous oppose.

1° Il est dit, dans le premier argument, que le mal et le bien con-

ipsa sunt genera necessario. Nam et candor ac atror in eodem genere, quia eorum genus color est, sunt; et justitia et injustitia in generibus contrariis, illius enim virtus genus est, hujus vitium; et bonum et malum non sunt illius generis, sed ipsa sunt genera aliquorum (*Consequentia Categoriarum*, c. 1, *De contrariis*). — Aristote prévient,

---

nam non entis non sunt species neque differentiæ; et ita quod non est, non potest esse genus. Malum est igitur aliqua essentia et natura.

4° Adhuc, Omne quod agit est res aliqua. Malum autem agit in quantum malum; repugnat enim bono, et corrumpit ipsum. Malum igitur, in quantum malum, est res aliqua.

5° Amplius, In quibuscumque invenitur magis et minus, oportet quod sint res aliquæ habentes ordinem; negationes enim et privationes non suscipiunt magis et minus. Invenitur autem inter mala unum altero pejus. Oportet igitur, ut videtur, quod malum sit res aliqua.

6° Præterea, Res et ens convertuntur. Est autem malum in mundo. Ergo est res aliqua et natura.

CAPUT IX.

Responsio ad prædictas objectiones.

Has autem rationes non difficile est solvere.

1° Malum enim et bonum in moralibus

stituent des différences spécifiques dans les choses morales, parce que ces choses dépendent de la volonté; et il est vrai que le volontaire seul compose le genre moral. Or, la volonté a pour objet la fin et le bien. D'où il suit que le principe spécifique des choses morales est la fin, de même que celui des actions naturelles est la forme du principe actif: par exemple, c'est le calorique qui spécifie l'échauffement. Donc, puisque le bien et le mal signifient, le premier, l'ordre qui conduit à la fin, et le second, la négation de cet ordre, le bien et le mal constituent nécessairement les premières différences dans la morale. Or, tout genre distinct doit avoir une première mesure unique, et la mesure [ou règle] de l'ordre moral, c'est la raison. C'est donc d'après la fin indiquée par la raison qu'on devra déclarer bonnes ou mauvaises certaines choses au point de vue moral. Donc, lorsque, dans l'ordre moral, l'espèce d'une chose se trouve déterminée par une fin que la raison approuve, nous la considérons comme bonne dans son espèce; et si, au contraire, une fin opposée à celle que la raison indique spécifie la chose, nous jugeons qu'elle appartient à une espèce mauvaise. Quoique cette dernière fin détruise celle qui est conforme à la raison, elle est cependant un bien sous quelque rapport : tels sont la délectation des sens et tout ce qui offre un caractère analogue. Il y a donc en cela un bien pour certains animaux, et aussi pour l'homme, si la raison en règle l'usage; et il arrive que ce qui devient un mal pour un être est un bien pour un autre. Par conséquent, le mal, considéré

dans ce même chapitre, l'objection qu'on veut appuyer de son autorité. Il s'exprime ainsi : — « Deinde adversorum si alterum sit in rerum natura, non est necesse esse alterum, quandoquidem si omnes valentes sint, bona valetudo erit, morbus non erit... Jam si Socratem valere et Socratem ægrum esse contraria sunt, non possunt autem simul ambo eidem inesse, certe si alterum sit, stare alterum nullo modo necesse est. »

---

specificæ differentiæ ponuntur, ut prima ratio proponebat, quia moralia a voluntate dependent; secundum hoc enim aliquid ad genus moris pertinet, quod est voluntarium. Voluntatis autem objectum est finis et bonum; unde a fine speciem moralia sortiuntur, sicut et naturales actiones a forma principii activi, ut calefactio a calore. Quia igitur bonum et malum dicuntur secundum ordinem ad finem, vel privationem ordinis, oportet quod in moralibus primæ differentiæ sint bonum et malum. Unius autem generis oportet esse unam mensuram primam. Moralium autem mensura est ratio. Oportet igitur quod a fine rationis dicantur aliqua in moralibus bona vel mala. Quod igitur in moralibus sortitur speciem a fine qui est secundum rationem, dicitur secundum speciem suam bonum; quod vero sortitur speciem a fine contrario fini rationis, dicitur secundum speciem suam malum; finis autem ille etsi tollat finem rationis, est tamen aliquod bonum, sicut delectabile secundum sensum, vel aliquid hujusmodi; unde et in aliquibus animalibus sunt bona, et homini etiam, quum sunt secundum rationem moderata, et contingit quod est malum uni esse bonum alteri. Et ideo nec malum, secundum quod est differentia specifica in genere moralium, importat aliquid quod sit

comme différence dans le genre des choses morales, ne suppose rien d'essentiellement mauvais, mais seulement une chose bonne en elle-même, qui devient un mal pour l'homme, en ce qu'elle le prive de son bien propre, qui consiste dans l'ordre fixé par la raison.

2° Il est évident par là que la contrariété existe entre le bien et le mal, considérés comme compris dans le genre des choses morales, mais non absolument, ainsi qu'on l'affirme dans la seconde objection; car le mal, en sa qualité de mal, n'est que la privation du bien.

3° On peut entendre dans le même sens cette proposition, qui sert de base au troisième argument, que le mal et le bien, en tant qu'ils sont dans l'ordre moral, sont deux genres renfermant des choses contraires. En effet, toutes les fois qu'il y a contrariété dans l'ordre moral, ou les deux contraires sont mauvais, comme la prodigalité et l'avarice, ou bien l'un est bon et l'autre mauvais, comme la libéralité et l'avarice. Donc le mal moral est un genre et une différence, non parce qu'il est la négation d'un bien jugé tel par la raison et qui lui fait donner le nom de mal, mais d'après la nature d'une action ou d'une habitude qui aboutit à une fin opposée à celle que la raison approuve. Par exemple, un homme aveugle est un individu de l'espèce humaine, non parce qu'il est aveugle, mais parce qu'il est tel homme. De même, un être sans raison est une différence du genre animal, non parce qu'il est privé de raison, mais en vertu de telle nature à laquelle est attachée cette privation. Il est même permis de penser qu'Aristote, en qualifiant de genres le mal et le bien, n'exprime pas son opinion personnelle, puisqu'il ne les met pas au nombre des dix premiers genres, qui tous renferment quelque contrariété,

---

secundum essentiam suam malum, sed aliquid quod secundum se est bonum, malum autem homini, in quantum privat ordinem rationis, quod est hominis bonum.

2° Ex quo etiam patet, quod malum et bonum sunt contraria, secundum quod in genere moralium accipiuntur, non autem simpliciter accepta, sicut secunda ratio proponebat; sed malum privatio est boni, in quantum est malum.

3° Eodem etiam modo potest accipi dictum quod malum et bonum, prout sunt in moralibus, sunt genera contrariorum; ex quo tertia ratio procedebat. Omnium enim contrariorum moralium, vel utrumque est malum, sicut prodigalitas et illiberalitas, vel unum bonum, et alterum malum, sicut liberalitas et illiberalitas. Est igitur malum morale et genus et differentia, non secundum quod est privatio boni rationis, ex quo dicitur malum, sed ex natura actionis, vel habitus ordinati ad aliquem finem qui repugnat debito fini rationis; sicut homo cæcus est hominis individuum, non in quantum est cæcus, sed in quantum est hic homo; et irrationale est differentia animalis, non propter privationem rationis, sed ratione talis naturæ, ad quam sequitur remotio rationis. Potest etiam dici quod Aristoteles dicit malum et bonum esse genera, non secundum propriam opinionem, quum inter prima decem genera, in quorum quolibet invenitur ali-

mais qu'il reproduit simplement le sentiment de Pythagore. Selon ce philosophe, le bien et le mal sont les genres principaux et les premiers principes, et chacun d'eux renferme dix principes contraires. Dans le bien sont compris : le fini, le nombre pair, l'unité, la droite, le masculin, l'immobile, la ligne droite, la lumière, le carré et, en dernier lieu, le bien. Le mal est ainsi composé : l'infini, le nombre impair, le pluriel, la gauche, le féminin, le mobile, la ligne courbe, les ténèbres, la figure à côtés inégaux, et enfin le mal (1). C'est ainsi qu'il lui arrive souvent, dans ses divers traités sur la logique, d'emprunter à d'autres philosophes des opinions qui passaient alors pour probables.

Il y a cependant en cela quelque chose de vrai; car il ne peut se faire qu'une chose admise comme plausible soit fausse de tous points. Dans tous les cas, l'un des deux contraires est parfait, et l'autre est défectueux et, pour ainsi dire, mélangé de privation : ainsi, le blanc et le chaud sont parfaits; le froid et le noir sont imparfaits, et on les énonce comme étant affectés de quelque privation. Donc, puisque la défectuosité et la privation sont comprises dans le mal et que la per-

(1) Qui appellati sunt Pythagorici primi mathematicis operam dederunt, illa præponebant et in eis nutriti, eorum principia entium quoque cunctorum esse putarunt principia... Quoniam denarius perfectus esse videatur, totamque numerorum naturam comprehendere, ideo et ea quæ in cœlo feruntur decem esse aiunt. Quum vero decem solummodo sint quæ manifeste apparent, decimam oppositam terram faciunt... Apparent etenim etiam isti numerum existimare principium esse, ut materiam exsistentibus et ut passiones ac habitus; numeri autem elementa par et impar, quorum alterum finitum, alterum infinitum; unum vero ex ambobus his esse; par etenim et impar esse; numerorum autem ex uno; numeros vero, ut dictum est, totum cœlum. Horum autem alii decem aiunt inter se coordinata esse principia : finitum, infinitum; impar, par; unum, plura; dextrum, sinistrum; masculinum, fœmininum; quiescens, motum; rectum, curvum; lumen, tenebras; bonum, malum; quadratum, longius altero latere (Arist. *Metaphys.* I, c. 5). — Saint Thomas, en citant Aristote, met le nombre pair dans la catégorie du bien et le nombre impair dans celle du mal. On trouve le contraire dans le texte du Philosophe. — Themistius, qui a beaucoup étudié Aristote, en reproduisant le même passage, substitue au bien et au mal l'intelligence ou la connaissance, νοῦς, et l'opinion, δόξα, comme étant deux genres contraires.

---

qua contrarietas, ea non connumeret, sed secundum opinionem Pythagoræ, qui posuit bonum et malum esse prima genera et prima principia, et in utroque eorum posuit esse decem prima contraria. Sub bono quidem : finitum, par, unum, dextrum, masculinum, quiescens, rectum, lucem, quadratum, et ultimo bonum. Sub malo autem : infinitum, impar, plurale, sinistrum, fœmininum, motum, curvum, tenebræ, altera parte longius, et ultimo malum. Sic autem et in pluribus librorum logicalium locis utitur exemplis secundum sententiam aliorum philosophorum, quasi probabilibus secundum illud tempus.

Habet tamen et hoc dictum aliquam veritatem ; nam impossibile est quod probabiliter dicitur secundum totum esse falsum. Omnium enim contrariorum unum est perfectum et alterum diminutum, quasi privationem quamdam habens admixtam ; sicut album et calidum sunt perfecta, fri-

fection et l'entité complète appartiennent au bien, deux choses ne peuvent être contraires, à moins que l'une ne prenne place dans la catégorie du bien et l'autre dans celle du mal, et, en ce sens, on peut dire que le bien et le mal sont les deux genres qui renferment tous les contraires.

4° On voit également par là en quoi le mal répugne au bien, ce qui a donné lieu à la quatrième objection. Lorsque à côté de la forme et de la fin, qui ont le caractère du bien et qui sont des principes réels d'action, se trouve la privation d'une forme et d'une fin contraires, on attribue à la privation et au mal l'action déterminée par la nature de la forme et de la fin, mais c'est par accident; car la privation, considérée comme telle, ne peut être un principe d'action. Saint Denys a donc raison de dire que le mal ne s'oppose au bien que par la vertu du bien, et que par lui-même il est impuissant et faible, parce qu'il n'est le principe d'aucune action (2). Non-seulement le mal corrompt [ou détruit] le bien, en ce qu'il agit en vertu du bien, ainsi qu'il vient d'être dit, mais cette corruption est formelle et essentielle : par exemple, la cécité détruit la vue, parce qu'elle est la destruction même de la vue ; et nous avons quelque chose d'analogue dans la blancheur qui colore une muraille, parce qu'elle est la couleur de cette muraille.

5° Une chose est plus ou moins mauvaise, en proportion de la distance qui la sépare du bien. En effet, la privation devient plus ou

(2) Malum est sterile, iners, imbecillum, quomodo ergo malum possit aliquid? Permixtione boni; quod enim boni prorsus expers est, neque est quidquam, neque quidquam potest. Etenim si bonum est id quod est, et appetendum, et validum, et efficax, quomodo quidquam possit id quod bono contrarium est, quum et essentia careat, et voluntate, et potentia, et actione (*De divin. nomin.*, c. 4)?

---

gidum vero et nigrum sunt imperfecta, quasi cum privatione significata. Quia ergo omnis diminutio et privatio ad rationem mali pertinet, omnis autem perfectio et complementum ad rationem boni, semper in contrariis alterum sub ratione boni videtur comprehendi, alterum ad rationem mali accedere; et secundum hoc bonum et malum genera contrariorum omnium esse videtur.

4° Per hoc etiam patet qualiter malum repugnat bono, ex quo quarta ratio procedebat. Secundum enim quod formæ et fini, quæ habent rationem boni et sunt agendi vera principia, est adjuncta privatio contrariæ formæ et finis contrarii; actio quæ sequitur ex tali forma et tali fine attribuitur privationi et malo, per accidens quidem ; nam privatio, secundum quod hujusmodi, non est alicujus actionis principium. Propter quod bene dicit Dionysius (*De divin. Nom.*, c. 4) quod malum non pugnat contra bonum, nisi virtute boni ; secundum se vero est impotens et infirmum, quasi nullius actionis principium. Malum vero corrumpere dicitur bonum, non solum agendo virtute boni, sicut expositum est, sed formaliter secundum se ; sicut dicitur cæcitas corrumpere visum, quia est ipsa visus corruptio ; per quem modum dicitur albedo parietem colorare, quia ipsa est parietis color.

5° Dicitur autem aliquid altero magis et minus malum per recessum a bono. Sic

moins considérable, de la même manière que l'inégalité et la dissemblance; car la chose la plus inégale est à une grande distance du bien, et la plus dissemblante est celle qui s'éloigne davantage de la ressemblance. C'est pourquoi on regarde comme plus mauvais l'être qui est plus privé de bien, ou, ce qui revient au même, celui qui en est plus éloigné; car la privation ne s'accroît pas de la même manière que l'égalité et la forme, c'est-à-dire comme ayant une essence, ainsi qu'on l'affirme dans le cinquième argument, mais son accroissement résulte de l'intensité de la cause. Par exemple, l'air est d'autant plus obscur que les obstacles qui interceptent les rayons lumineux sont plus nombreux; car alors il est plus éloigné de participer à la lumière.

6° En disant que le mal existe dans le monde, on n'entend pas, comme le fait la sixième objection, qu'il a une essence, ou bien qu'il est une certaine chose; mais on veut faire comprendre que telle chose est mauvaise par le mal, de même qu'en parlant de la cécité et de toute privation, on dit que tel animal est aveugle par l'effet de la cécité. Le Philosophe donne au mot *être* deux sens différents (3). Il signifie d'abord l'essence de la chose, et se divise en dix prédicaments [ou catégories]; et lorsqu'on l'envisage sous ce rapport, la privation ne

(3) Ens dicitur aliud secundum accidens, aliud per se. Secundum accidens, quidem, ut justum musicum esse dicimus, et hominem musicum, ac musicum hominem similiter dicentes... Hoc etenim hoc esse dicere, significat hoc huic accidere... Quæ igitur secundum accidens esse dicuntur, ita dicuntur, aut quoniam eidem enti ambo insunt, aut illi enti inest; aut quoniam ipsum inest, cui inest, de quo ipsum prædicatur. Per se vero esse dicuntur quæcumque significant rædicationis figuras. Quoties enim dicuntur, toties ipsum esse significant. Cum ergo eorum quæ prædicantur, quædam ipsum quid est significent, quædam quale, quædam quantum, quædam ad aliquid, quædam facere aut pati, quædam ubi, quædam quando, horum cuique idem ipsum esse significat... Item ipsum *esse* et ipsum *est* significat quod verum est; ipsum vero *non-esse*, quod non verum, sed falsum (Arist. *Metaphys.* v, c. 7).

---

enim quæ privationem important intenduntur et remittuntur, sicut inæquale et dissimile; dicitur enim inæqualius quod est ab æqualitate magis distans, et similiter dissimilius, magis a similitudine recedens. Unde et magis malum dicitur quod est magis privatum bono, quasi magis a bono distans; privationes enim non intenduntur quasi aliquam essentiam habentes, sicut æqualitates et formæ, ut quinta ratio procedebat, sed per augmentum causæ privantis; sicut aer tanto tenebrosior est, quanto plura fuerint interposita obstacula lucis; sic enim longius a lucis participatione distat.

6° Dicitur etiam malum esse in mundo non quasi essentiam aliquam habeat, vel res quædam exsistat, ut sexta ratio procedebat, sed ea ratione, quia dicitur, quod res aliqua mala est ipso malo; sicut cæcitas et quælibet privatio esse dicitur, quia animal cæcitate est cæcum. Ens enim dupliciter dicitur, ut Philosophus docet (Metaphys. v, c. 7). Uno modo, secundum quod significat essentiam rei, et dividitur per decem prædicamenta; et sic nulla pri-

eut s'appeler un être. Il exprime encore la vérité prise dans le sens composé ; et alors on donne au mal et à la privation la dénomination d'être, en considérant qu'une chose se trouve privée d'un attribut par l'effet de la privation.

CHAPITRE X.

Le bien est la cause du mal.

De tout ce que nous avons prouvé jusqu'ici, nous concluons que le mal n'a pas d'autre cause que le bien. En effet :

1° S'il est vrai, d'abord, qu'un mal est la cause d'un autre mal, et ensuite que le mal n'agit que par la vertu du bien [ch. 9], le bien est nécessairement la cause première du mal.

2° Ce qui n'existe pas ne peut être une cause. Donc toute cause est nécessairement un être. Or, le mal n'est pas un être [ch. 7 et 9]. Donc le mal ne saurait être cause de quoi que ce soit. Donc, si le mal vient d'une cause, cette cause est le bien.

3° Tout ce qui est la cause propre et essentielle d'une chose tend à produire l'effet qui lui convient. Donc, en admettant que le mal soit par lui-même la cause de quelque chose, il tendrait à réaliser son effet propre, c'est-à-dire le mal. Or, cette conséquence est fausse ; car nous

---

vatio potest dici ens. Alio modo, secundum quod significat veritatem compositionis ; et sic malum et privatio dicitur ens, in quantum privatione dicitur aliquid esse privatum.

CAPUT X.

Quod causa mali est bonum.

Ex præmissis autem concludi potest quod malum non causatur nisi a bono.

1° Si enim alicujus mali est causa malum, malum autem non agit nisi virtute boni, ut probatum est (c. 9), oportet ipsum bonum esse causam primariam mali.

2° Adhuc, Quod non est, nullius est causa. Omnem igitur causam oportet esse ens aliquod. Malum autem non est ens aliquod, ut probatum est (c. 7 et 9). Malum igitur non potest esse alicujus causa. Oportet igitur si ab aliquo causatur malum, quod illud sit bonum.

3° Item, Quidquid est proprie et per se alicujus causa, tendit in proprium effectum. Si igitur malum esset per se alicujus causa, tenderet in proprium effectum, scilicet malum. Hoc autem est falsum, nam ostensum est (c. 3), quod omne agens intendit

avons prouvé [ch. 3] que l'agent recherche toujours le bien. Donc le mal n'est cause de rien par lui-même, mais seulement par accident. Or, toute cause accidentelle rentre dans la cause essentielle; et le bien seul est une cause de cette nature. Donc le bien est la cause du mal.

4° Toute cause est une matière, une forme, un agent, ou une fin. Or, le mal ne peut être ni une matière ni une forme; car nous avons vu [ch. 7] que l'être en puissance est un bien, de même que l'être en acte. Le mal ne peut pas non plus être un agent, puisque nul agent n'agit qu'autant qu'il est en acte et possède une forme. Il ne peut pas davantage être une fin, parce qu'il arrive sans aucune intention [ch. 4]. Si donc le mal à une cause, elle n'est autre que le bien. — Or, comme le bien et le mal sont opposés entre eux, et que rien ne peut être la cause de son contraire autrement que par accident, ainsi que le froid, par exemple, produit la chaleur (1), il s'ensuit que le bien ne peut être la cause active du mal, sinon par accident.

Dans l'ordre naturel, cet accident provient tantôt de l'agent et tantôt de l'effet.

Il a son principe dans l'agent, lorsque la vertu nécessaire lui fait défaut, de telle sorte que son action est défectueuse et l'effet reste incomplet : par exemple, si les organes de la digestion ont peu d'énergie, les aliments ne sont qu'imparfaitement élaborés, et les sucs qu'ils contiennent ne sont pas digérés; ce qui est un mal naturel. Or, il arrive quelquefois que l'agent, considéré comme tel, voit diminuer sa

(1) Contraria specie differunt et non unum sunt... Contraria mutuo se corrumpunt, sibique fiunt impedimento (Arist. *Phys.* VIII, 8).

---

bonum. Malum igitur, per se non est causa alicujus, sed solum per accidens. Omnis autem causa per accidens reducitur ad causam per se; solum autem bonum potest esse per se causa. Malum igitur causatum est a bono.

4° Præterea, Omnis causa vel est materia, vel forma, vel agens, vel finis. Malum autem non potest esse neque materia, neque forma; ostensum est enim supra (c. 7) quod tam ens actu quam ens in potentia est bonum. Similiter non potest esse agens, quum unumquodque agat secundum quod est actu et formam habet. Neque etiam potest esse finis, quum sit præter intentionem, ut probatum est (c. 4). Malum igitur non potest esse alicujus causa. Si igitur aliquid sit causa mali, oportet quod sit a bono causatum.—Quum autem bonum et malum sint opposita, unum autem oppositorum non potest esse causa alterius, nisi per accidens, sicut frigidum calefacit, ut dicitur in octavo Physicorum (c. 8), sequitur quod bonum non possit esse causa activa mali, nisi per accidens.

Hoc autem accidens in naturalibus potest esse et ex parte agentis et ex parte effectus.

Ex parte quidem agentis, sicut quum agens patitur defectum virtutis, ex quo sequitur quod actio sit defectiva et effectus deficiens, ut quum virtus membri digerentis est debilis, sequitur imperfecta decoctio et humor indigestus; quæ sunt quædam mala naturæ. Accidit autem agenti, in quantum est agens, quod defectum virtutis patiatur; non

vertu active; car il n'agit pas parce que cette vertu lui fait défaut, mais parce qu'il en possède une partie, puisque s'il en était complétement privé il demeurerait dans une inaction absolue. Donc, pour ce qui concerne l'agent, la cause du mal est accidentelle, en ce que sa vertu active est défectueuse. C'est pour cette raison que l'on dit que le mal n'a pas de cause efficiente, mais une cause défectueuse, puisqu'il n'est produit par une cause active qu'autant que la vertu de cette cause est diminuée, et ce n'est pas là ce qui la rend efficiente. Il faut faire le même raisonnement, si le défaut qui affecte l'action et l'effet qui en résulte provient d'un défaut inhérent à l'instrument ou à toute autre chose dont l'agent a besoin pour réaliser son action, si, par exemple, la vertu motrice de l'homme le rend boiteux, par suite de la déviation d'une jambe; car l'agent se sert pour agir de deux choses : de la vertu active et de l'instrument.

Le bien devient une cause accidentelle du mal, en ce qui concerne l'effet, soit à raison de la matière dont se compose cet effet, soit à raison de sa forme. — Si la matière n'est pas disposée comme il convient pour recevoir l'impression de l'agent, l'effet est nécessairement défectueux; c'est ainsi que la naissance des monstres est la conséquence d'une organisation vicieuse de la matière. On ne doit pas considérer l'agent comme entaché d'un défaut, parce qu'il ne fait pas arriver à l'acte parfait une matière mal disposée; car la vertu de l'agent naturel est mesurée sur le mode spécial de sa nature, et, s'il ne va pas au-delà, il n'en faudra pas conclure que sa vertu est incomplète, mais seulement si sa vertu active ne s'étend pas aussi loin que l'exigerait sa nature. — Le mal survient accidentellement à raison de la forme

---

enim agit secundum quod deficit ei virtus, sed secundum quod habet aliquid de virtute; si enim penitus virtute careret, omnino non ageret. Sic igitur malum causatur per accidens ex parte agentis, in quantum agens est deficientis virtutis; propter quod dicitur quod malum non habet causam efficientem, sed deficientem, quia malum non sequitur ex causa agente, nisi in quantum est deficientis virtutis, et secundum hoc non est efficiens. In idem autem redit si defectus actionis et effectus proveniat ex defectu instrumenti, vel cujuscumque alterius quod requiritur ad actionem agentis; sicut cum virtus motiva producit claudicationem propter tibiæ curvitatem; utroque enim agens agit, et virtute et instrumento.

Ex parte vero effectus malum ex bono causatur per accidens, tum ex parte materiæ effectus, tum ex parte ipsius formæ. — Si enim materia sit indisposita ad recipiendam impressionem agentis, necesse est defectum sequi in effectu; sicut quum monstruosi partus sequuntur propter materiæ indigestionem. Nec hoc imputatur ad aliquem defectum agentis, si materiam indispositam non transmutat ad actum perfectum; unicuique enim agenti naturali est virtus determinata secundum modum suæ naturæ, quam si non excedat, non propter hoc erit deficiens in virtute, sed tunc solum quando deficit a mensura virtutis sibi debitæ per naturam. — Ex parte autem formæ effectus per accidens malum incidit, in quan-

de l'effet, parce que la réalisation de telle forme entraîne nécessairement la privation d'une autre forme; c'est pourquoi rien ne peut être produit sans qu'une autre chose soit détruite (2). Mais, comme on le voit par ce qui précède, ce mal n'est pas le mal de l'effet que l'agent avait en vue, et il tombe sur un autre.

Il est donc évident que le bien n'est que la cause accidentelle du mal dans l'ordre naturel.

Il en est de même pour les choses artificielles; car l'art s'attache dans ses œuvres à imiter la nature, et tous les deux sont sujets à des défauts analogues.

En passant à l'ordre moral, on voit que le principe du vice moral n'est point dans le défaut de vertu, puisque le défaut de vertu fait disparaître complétement ce vice, ou du moins l'atténue; car la faiblesse ne mérite pas les châtiments réservés au péché, mais elle est plutôt digne de miséricorde et de pardon, et le vice moral doit être volontaire et non nécessaire. Cependant, en examinant attentivement cette question, on trouve que l'ordre moral ressemble au précédent sous un rapport et en diffère sous un autre. La différence consiste en ce que le vice moral n'est que dans l'action, et non dans l'effet produit; car les vertus morales n'ont pas pour terme un fait [extérieur], mais elles sont simplement actives, tandis que les arts ont pour but la réa-

(2) Cela est vrai, puisque toute production n'est qu'un changement ou une organisation nouvelle de la matière élémentaire. Cette matière demeure, mais elle revêt une forme différente. Il est bien entendu qu'il ne s'agit pas ici de la création, qui ne suppose aucune matière préexistante. Au commencement, Dieu a tout tiré du néant; par conséquent, il n'y a pas eu alors de changement proprement dit. La formation du corps de l'homme est un changement d'état d'une certaine portion de la matière, ou la substitution d'une forme à une autre forme; et il en est ainsi de toute génération; mais la formation de son âme n'est pas un changement, parce que cette substance arrive à l'existence par voie de création, et non par voie de génération.

---

tum formæ alicui de necessitate adjungitur privatio alterius formæ; unde simul cum generatione unius rei, necesse est alterius rei sequi corruptionem. Sed hoc malum non est malum effectus intenti ab agente, sicut in præcedentibus patet, sed alterius.

Sic igitur in naturalibus patet quod malum per accidens tantum causatur a bono.

Eodem autem modo et in artificialibus accidit; ars enim in sua operatione imitatur naturam, et similiter peccatum in utraque invenitur.

In moralibus autem non ex defectu virtutis sequi videtur morale vitium, quum infirmitas virtutis morale vitium vel totaliter tollat, vel saltem diminuat; infirmitas enim non meretur pœnam quæ culpæ debetur, sed magis misericordiam et ignoscentiam; voluntarium enim oportet esse moris vitium, non necessarium. Si tamen diligenter consideretur, invenitur quantum ad aliquid simile, quantum vero ad aliquid dissimile. Dissimile quidem quantum ad hoc quod vitium morale in sola actione consideretur, non autem in aliquo effectu producto; nam virtutes morales non sunt factivæ, sed activæ, artes autem factivæ sunt; et ideo dictum est, quod in eis similiter

lisation d'un fait. C'est pourquoi nous avons dit que les défectuosités surviennent d'une manière analogue dans les produits des arts et dans ceux de la nature. Le mal moral ne découle donc pas de la matière ou de la forme de l'effet, mais uniquement de l'agent.

Il y a dans toute action morale quatre principes actifs coordonnés ensemble. La vertu qui réalise l'action ou la force motrice est du nombre; c'est elle qui donne aux membres le mouvement nécessaire pour l'exécution des ordres de la volonté. Cette force est donc mue elle-même par la volonté, qui est un principe distinct. La volonté est déterminée par le jugement que porte sur l'objet cette faculté de l'âme qui appréhende les choses, en prononçant qu'il est bon ou mauvais; car le bien et le mal sont les deux objets de la volonté, qui s'attache à l'un et s'éloigne de l'autre. Enfin, la faculté appréhensive est mue par l'objet même qu'elle appréhende. — Le premier principe actif des actions morales est dans l'objet appréhendé; le second est la faculté appréhensive; le troisième est la volonté, et le quatrième est la force motrice qui exécute les ordres de la volonté. L'acte de la vertu exécutrice suppose donc d'avance le bien ou le mal moral; car ces actes extérieurs n'ont un caractère moral qu'autant qu'ils sont volontaires. Si donc l'acte de la volonté est bon, l'acte extérieur sera bon. Il sera mauvais, au contraire, si le premier est mauvais; car il n'y a aucune malice morale dans l'acte extérieur qui reste défectueux par suite d'un défaut indépendant de la volonté : par exemple, le défaut de boiter n'est pas un vice moral, mais un vice naturel. Donc un défaut inhérent à la vertu exécutrice supprime totalement, ou du moins diminue le vice moral. Quant à l'acte par lequel l'objet meut la faculté ap-

---

peccatum accidit sicut in natura. Malum igitur morale non consideratur ex materia vel forma effectus, sed solum consequitur ex agente.

In actionibus autem moralibus inveniuntur per ordinem quatuor activa principia. Quorum unum est virtus exsecutiva, scilicet vis motiva, qua moventur membra ad exsequendum imperium voluntatis; unde hæc vis a voluntate movetur, quæ est aliud principium; voluntas vero movetur a judicio virtutis apprehensivæ, quæ judicat hoc esse bonum vel malum; quæ sunt voluntatis objecta, unum ad prosequendum, aliud ad fugiendum; ipsa autem vis apprehensiva movetur a re apprehensa. — Primum igitur activum principium in actionibus moralibus est res apprehensa; secundum vis apprehensiva; tertium voluntas; quartum vis motiva quæ exsequitur imperium rationis. Actus autem virtutis exsequentis jam præsupponit bonum morale vel malum; non enim ad mores hujusmodi actus exteriores pertinent, nisi secundum quod sunt voluntarii. Unde, si voluntatis sit actus bonus, et actus exterior bonus dicetur, malus autem, si ille sit malus; nihil enim ad malitiam moralem pertineret, si actus exterior deficiens esset defectu ad voluntatem non pertinente; claudicatio enim non est vitium moris, sed naturæ. Hujusmodi igitur virtutis exsequentis defectus moris vitium vel totaliter excusat, vel minuit. Actus vero quo res movet apprehensivam virtutem im-

préhensive, il est exempt de tout vice moral. Par exemple, c'est en suivant l'ordre naturel que l'objet visible impressionne la vue, et il en est de même de tout objet en général, relativement à la puissance passive. Il n'y a pas non plus de vice moral dans l'acte de la faculté appréhensive considéré en lui-même, puisque le défaut qui l'affecte empêche ou affaiblit le vice moral, aussi bien que peut le faire le défaut de la vertu exécutrice; car la faiblesse et l'ignorance sont des causes qui excusent du péché, ou du moins lui ôtent de sa gravité. Donc la raison nous démontre que le vice [ou désordre] moral réside premièrement et principalement dans le seul acte de la volonté, puisque l'acte n'est moral que parce qu'il est volontaire. Donc c'est dans l'acte de la volonté qu'il faut aller chercher la racine et l'origine du péché moral.

Une difficulté cependant se présente ici. Comme l'acte n'est défectueux que par suite d'un défaut inhérent au principe actif, on doit nécessairement reconnaître dans la volonté un défaut qui précède la faute morale; et s'il est naturel, la volonté n'en est jamais exempte. Donc il y aura toujours une faute morale dans les actes de la volonté; et les actes émanant des vertus démontrent la fausseté de cette conséquence. Si, au contraire, ce défaut est volontaire, il est par là même une faute morale; nous avons encore à en rechercher la cause, et nous raisonnerons ainsi jusqu'à l'infini. Il faut donc admettre que le défaut qui existe tout d'abord dans la volonté n'est pas naturel, afin de ne pas être amené à conclure que la volonté pèche dans tous ses actes. Il n'est pas non plus accidentel et fortuit; car s'il avait ce caractère, jamais nous ne commettrions une faute morale, puisque ce qui est acci-

---

munis est a vitio moris; movet enim secundum ordinem naturalem visibile visum, et quodlibet objectum potentiam passivam. Ipse etiam actus apprehensivæ virtutis, in se consideratus, morali vitio caret, quum ejus defectus vitium morale vel excuset, vel minuat, sicut et defectus exsequentis virtutis; pariter enim infirmitas et ignorantia excusant peccatum, vel minuunt. Relinquitur igitur quod morale vitium in solo actu voluntatis primo et principaliter invenitur, et rationabiliter, quum ex hoc actus moralis dicatur, quia voluntarius. In actu igitur voluntatis quærenda est radix et origo peccati moralis.

Videtur autem hanc inquisitionem consequi difficultas. Quum enim actus deficiens proveniat propter defectum activi principii, oportet præintelligere defectum in voluntate ante peccatum morale; qui quidem defectus, si sit naturalis, semper inhæret voluntati. Semper igitur voluntas in agendo moraliter peccabit; quod actus virtutum falsum esse ostendunt. Si autem defectus sit voluntarius, jam est peccatum morale, cujus causa iterum inquirenda restabit, et sic ratio in infinitum deducet. Oportet ergo dicere quod defectus in voluntate præexsistens non sit naturalis, ne sequatur voluntatem in quolibet actu peccare. Neque etiam casualis et fortuitus; non enim esset in nobis morale peccatum; casualia enim sunt

dentel arrive sans préméditation et en dehors de toute prévision. Nous concluons donc que ce défaut est volontaire, sans le considérer pour cela comme une faute morale, pour éviter la nécessité de remonter jusqu'à l'infini.

Comment cela peut-il se faire? C'est ce que nous allons examiner. La perfection qui convient à la vertu de tout principe actif dépend d'un autre principe actif supérieur; car le second agent agit par la vertu de l'agent premier. Donc, tant que le second agent reste subordonné à l'agent premier, son action n'est entachée d'aucun défaut; mais elle devient défectueuse, s'il s'écarte de cette subordination: nous en avons une preuve dans l'instrument qui cesse de recevoir l'impulsion de l'agent. Ainsi que nous l'avons dit, pour que l'action arrive à revêtir un caractère de moralité, la volonté est précédée de deux principes, savoir de la faculté appréhensive et de l'objet appréhendé par elle et qui est une fin. Mais parce que chaque mobile a un moteur d'une nature particulière, toute vertu appréhensive n'est pas le moteur qui convient indifféremment à tout appétit, mais tel appétit relève de telle vertu. Donc, de même que le propre moteur de l'appétit sensitif est la vertu appréhensive qui réside dans les sens, ainsi le propre moteur de la volonté est la raison elle-même.

Il est encore à considérer que la raison étant capable de s'attacher à plusieurs biens et à plusieurs fins, de chacun desquels elle est la fin propre, le bien indéfini ne pourra pas être son objet, sa fin et son propre moteur, mais tel bien déterminé. Lors donc que la volonté se porte à agir, parce qu'elle est ébranlée par l'appréhension de la raison qui lui présente le bien qui lui convient, l'action est faite dans l'ordre

---

impræmeditata et extra rationem. Est igitur voluntarius, non tamen peccatum morale, ne cogamur in infinitum procedere.

Quod quidem qualiter esse possit considerandum est. Cujuslibet siquidem activi principii perfectio virtutis ex superiori activo dependet; agens enim secundum agit per virtutem primi agentis. Quum igitur secundum agens manet sub ordine primi agentis, indeficienter agit; deficit autem in agendo, si contingat ipsum ab ordine primi agentis deflecti; sicut patet in instrumento, quum deficit a motu agentis. Dictum est autem quod in ordine actionum moralium duo principia voluntatem præcedunt, scilicet vis apprehensiva et objectum apprehensum, quod est finis. Quum autem unicuique mobili respondeat proprium motivum, non qualibet vis apprehensiva est debitum motivum cujuslibet appetitus, sed hujus hæc, et illius alia. Sicut igitur appetitus sensitivi proprium motivum est vis apprehensiva sensualis, ita voluntatis proprium motivum est ratio ipsa.

Rursus, quum ratio multa bona et multos fines apprehendere possit, cujuslibet autem sit proprius finis, et voluntatis erit objectum et finis et primum motivum non bonum quodlibet, sed bonum quoddam determinatum. Quum igitur voluntas tendit in actum mota ab apprehensione rationis repræsentantis sibi proprium bonum, sequitur debita actio. Quum autem voluntas in actionem prorumpit, ad apprehensionem [vis] apprehensivæ sensualis, vel ipsius ra-

voulu. Si, au contraire, la volonté agit avec précipitation aussitôt que la faculté appréhensive des sens a saisi un objet, ou bien que la raison elle-même lui offre un bien autre que celui qui lui convient, cette action de la volonté est viciée par une faute morale. Il y a donc dans la volonté, antérieurement au péché d'action, un défaut de subordination à la raison et de rapport avec la fin propre. Ce défaut de subordination à la raison existe, par exemple, lorsque, l'un des sens se trouvant subitement affecté d'un objet, la volonté se porte vers un bien qui consiste dans la délectation sensible. Il y a défaut de rapport avec la fin voulue, lorsque la raison est conduite dans ses investigations vers un faux bien, ou vers une chose qui n'est pas un bien actuellement ou dans telles conditions, et que cependant la volonté la recherche comme si elle était son bien propre. Ce défaut d'ordre est volontaire; car la volonté a la faculté de vouloir et de ne vouloir pas, et il dépend également d'elle que la raison examine actuellement une chose ou qu'elle cesse de le faire, et aussi qu'elle s'arrête de préférence sur tel ou tel objet. Cependant ce défaut ne constitue pas le mal moral; car si la raison ne considère rien ou s'arrête à un bien quelconque, il n'y a pas en cela de péché, jusqu'à ce que la volonté se détermine pour une fin qui ne lui convient pas. Donc, dans l'ordre moral, aussi bien que dans l'ordre naturel, le bien n'est la cause du mal que par accident.

---

tionis aliquod aliud bonum repræsentantis a proprio bono diversum, sequitur in actione voluntatis peccatum morale. Præcedit igitur in voluntate peccatum actionis defectus ordinis ad rationem et ad proprium finem : ad rationem quidem, sicut quum ad subitam apprehensionem sensus, voluntas in bonum delectabile secundum sensum tendit; ad finem vero debitum, sicut quum ratio in aliquod bonum ratiocinando devenit quod non est, vel nunc, vel hoc modo bonum; et tamen voluntas in illud tendit, quasi in proprium bonum. Hic autem ordinis defectus voluntarius est; nam in potestate ipsius voluntatis est velle et non velle; itemque est in potestate ipsius quod ratio actu consideret, vel a consideratione desistat, aut quod hoc vel illud consideret. Nec tamen iste defectus est malum morale; si enim ratio nihil consideret, vel consideret bonum quodcumque, nondum est peccatum quousque voluntas in finem indebitum tendat; quod jam est voluntatis actus. Sic igitur, tam in moralibus, quam in naturalibus, patet quod malum a bono non causatur, nisi per accidens.

CHAPITRE XI.

Tout mal a pour fondement un bien.

Ce qui précède nous aidera à prouver que tout mal a pour fondement un bien. En effet :

1° Le mal ne saurait exister par lui-même, puisqu'il est dépourvu d'essence [ch. 7]. Donc il est nécessairement dans un sujet. Or, par là même qu'il est une substance, tout sujet est un bien [ch. 7]. Donc tout mal repose sur un bien.

2° Le mal est une privation [ch. 6]. Or, la privation et la forme qui fait défaut affectent le même sujet, et le sujet de la forme est un être en puissance par rapport à cette forme, et, par conséquent, un bien, puisque la puissance et l'acte sont compris dans le même genre. Donc la privation, qui est un mal, existe dans un bien, qui est en quelque sorte son sujet.

3° On considère une chose comme mauvaise parce qu'elle est nuisible, et elle ne peut nuire qu'au bien ; car nuire au mal c'est un bien, puisque la destruction du mal est une chose bonne. Or, le mal ne nuit au bien, d'une manière formelle, qu'autant qu'il est dans le bien : par exemple, la cécité est nuisible à l'homme, parce qu'elle est dans l'homme. Donc le mal réside dans un bien.

4° Le mal n'a pas d'autre cause que le bien, et cette cause n'est

---

CAPUT XI.

Quod malum in aliquo bono fundatur.

tellectu possibili, operatio est duplex : Una, ut faciat intellecta in potentia esse intellecta actu, quam habet ex parte intellectus agentis; secunda est intelligere intellecta in actu; hæc enim duo homo potest facere per habitum intellectualem. Quando igitur complebitur generatio intellectus in habitu, complebitur in ipso utraque præmissarum operationum. Semper autem accedit ad complementum suæ generationis, dum novas species intellectas acquirit; et sic necesse est quod quandoque generatio compleatur, nisi sit impedimentum, quia nulla generatio est ad infinitum tendens. Complebitur igitur quandoque utraque operationum intellectus in habitu, per hoc quod omnia intellecta in potentia faciet in actu (quod est complementum primæ operationis), et per hoc quod intelliget omnia intelligibilia separata et non separata.

Quum autem intellectus possibilis non possit intelligere substantias separatas jam, secundum ejus opinionem, ut dictum est, intendit quod intelligemus per intellectum in habitu substantias separatas, in quantum intellectus agens, qui ab ipso ponitur substantia separata, fiet forma intellectus in habitu et in nobis ipsis; ita quod per eum intelligemus, sicut nunc intelligimus per intellectum possibilem. Et quum de virtute intellectus agentis sit facere omnia intellecta in actu quæ sunt intelligibilia in po-

en puissance, et même de connaître les substances séparées, arrivés à cet état, nous connaîtrons toutes les substances séparées et tous les intelligibles non séparés. Ainsi donc nous parvenons à connaître les substances séparées, par la connaissance qui vient des images. On ne prétend pourtant pas ici, avec l'auteur de l'opinion précédente [ch. 41], que les images mêmes perçues dans l'intellect soient, comme il arrive pour les sciences spéculatives, un milieu dans lequel nous connaissons les substances séparées; mais les choses se passent ainsi, parce que les espèces intelligibles préparent en quelque manière en nous telle forme, savoir l'intellect actif. C'est en cela premièrement que diffèrent ces deux opinions.

Il résulte de ceci qu'à l'instant où l'intellect habituel se trouvera perfectionné par ces espèces intelligibles que produit en nous l'intellect actif, il deviendra lui-même, ainsi qu'il a déjà été dit, un intellect actif qui sera notre forme. Cet intellect, Alexandre l'appelle un intellect acquis, et certains auteurs veulent qu'Aristote le considère comme provenant d'un principe extrinsèque (1).

Ainsi, quoique d'après l'opinion précédente, la souveraine perfec-

(1) Aristote, dans le passage dont il est ici parlé, ne paraît pas faire de distinction entre les divers intellects; mais il se borne à indiquer comment, dans son système, l'âme arrive à sa perfection en suivant les progrès de la génération, et il ajoute que l'esprit seul, *mens*, vient d'un principe extrinsèque à l'homme. — Dicamus etiam de anima, qua animal dicitur, est autem animal parte sensuali, utrum in semine et conceptu inest, an non, et unde. Conceptum enim inanimatum esse nemo statuerit et vita omnibus modis privatum; quippe quum nihilominus semina et conceptus animalium vivant quam stirpes, et aliquandiu prolifica sunt. Ergo animam in iis habere vegetalem palam est..... Sensualem etiam, qua animal est, tempore procedente recipi, et rationalem, qua homo est, certum est; non enim simul et animal fit et homo..... Animam igitur vegetalem in seminibus, conceptibus, scilicet nondum separatis, haberi potentia statuendum est, non actu, priusquam eo modo, quo conceptus qui jam separatur, cibum trahant et officio ejus animæ fungantur. Principio enim hæc omnia vitam stirpis vivere videntur. De anima quoque sensuali pari modo dicendum est, atque etiam de intellectuali; omnes enim potentia prius haberi quam actu necesse est..... Cæterum omnes ante esse impossibile rationibus his esse ostenditur. Quorum enim principiorum actio est corporalis, hæc sine

---

tentia et etiam intelligere substantias separatas, in statu illo intelligemus omnes substantias separatas et omnia intelligibilia non separata. Et, secundum hoc, per hanc cognitionem quæ est ex phantasmatibus, pervenimus in cognitionem substantiæ separatæ; non quod ipsa phantasmata intellecta, per ea, sint medium aliquod ad cognoscendas substantias separatas, prout accidit in scientiis speculativis, sicut posuit opinio superior (c. 41), sed in quantum species intelligibiles sunt quædam dispositiones in nobis ad talem formam quæ est intellectus agens. Et hoc est primum in quo differunt hæ duæ opiniones.

Unde, quando intellectus in habitu fuerit perfectus per hujusmodi species intelligibiles in nobis factas ab intellectu agente, fiet ipse intellectus agens nobis forma, ut dictum est; et nominat ipsum intellectum adeptum, de quo dicunt Aristotelem dicere (de Generat. Animal., II, c. 3) quod sit ab extrinseco. Et sic, licet in scientiis speculativis non sit perfectio ultima humana,

tion de l'homme ne se trouve pas dans les sciences spéculatives, elles mettent cependant l'homme dans la disposition requise pour atteindre ce degré de perfection; ce qui constitue une seconde différence entre les deux opinions.

La troisième différence consiste en ce que les partisans de la première opinion prétendent que l'acte de connaître l'intellect actif est la cause qui continue de le faire exister en nous, tandis que, suivant la seconde, c'est le contraire qui a lieu; car de ce qu'il continue d'exister en nous, il résulte que nous le connaissons, et avec lui les autres substances séparées.

Or, tout cela ne nous paraît fondé sur aucune raison sérieuse. En effet :

1° Alexandre veut que l'intellect habituel, aussi bien que l'intellect possible, soit produit par voie de génération et assujéti à la destruction. Or, il admet lui-même que rien d'éternel ne peut devenir la forme de ce qui se trouve dans une telle condition; et c'est d'après ce principe qu'il fait passer par la génération et la destruction l'intellect possible, qui nous est uni comme notre forme, tandis qu'il envisage l'intellect actif, qui est indestructible, comme une substance séparée. Donc, puisque selon Alexandre l'intellect actif est une substance séparée et éternelle, il ne peut devenir la forme de l'intellect habituel.

2° L'espèce intelligible est la forme de l'intelligence, en tant que telle, de même que la forme d'un sens est l'objet sensible; car, en

corpore inesse non posse certum est; verbi gratia, ambulare sine pedibus. Itaque extrinsecus ea venire impossibile est; nec enim ipsa per se accedere possunt, quum inseparabilia sint, neque cum corpore. Semen enim excrementum alimenti mutati est. Restat igitur ut mens sola extrinsecus accedat, eaque sola divina sit; *λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καί θεῖον εἶναι μόνον* · nihil enim cum ejus actione communicat actio corporalis (Arist. *De generat. animal.*, II, c. 3).

---

sicut superior ponebat opinio, per eas tamen homo disponitur ad ultimam perfectionem consequendam. Et hoc est secundum in quo differt secunda opinio a prima.

Tertio autem differt per hoc quod, secundum primam opinionem, intelliger intellectum agentem est causa quod continuetur nobiscum; secundum vero hanc secundam opinionem, est e converso; nam, propter hoc quod nobiscum continuatur ut forma, intelligimus ipsum et alias substantias separatas.

Hæc autem irrationabiliter dicuntur.

1o Intellectus enim in habitu, sicut intellectus possibilis, ponitur ab Alexandro esse generabilis et corruptibilis. Æternum autem non potest fieri forma generabilis et corruptibilis, secundum eum; propter hoc enim ponit intellectum possibilem, qui unitur nobis ut forma, esse generabilem et corruptibilem; intellectum vero agentem, qui est incorruptibilis, esse substantiam separatam. Quum igitur intellectus agens, secundum Alexandrum, ponatur esse quædam substantia separata æterna, impossibile erit quod intellectus agens fiat forma intellectus in habitu.

2o Præterea, Forma intellectus, in quantum est intellectus, est intelligibile, sicut forma sensus est sensibile; non enim reci-

prenant les choses absolument, l'intelligence ne reçoit quelque chose en elle que d'une manière intelligible, et pareillement les sens ne sont affectés par leurs objets qu'autant qu'ils sont sensibles. Si donc l'intellect habituel est incapable de rendre intelligible l'intellect actif, ce dernier ne peut être la forme de l'autre.

3° Nous connaissons une chose par une autre de trois manières : —premièrement, par l'intelligence, vertu qui est le principe de l'opération de connaître; c'est ce qui fait dire que notre intelligence connaît elle-même, et que l'acte de connaître de notre intelligence est notre acte propre;—secondement, par une espèce intelligible, et nous connaissons par elle, non en ce sens qu'elle connaît elle-même, mais parce que par elle la vertu [ou faculté] intellectuelle arrive à l'acte parfait, comme l'espèce de telle couleur perfectionne sous le même rapport la faculté de voir;—troisièmement, par un moyen, c'est-à-dire, au moyen d'une chose dont la connaissance nous fait connaître une autre chose. Si donc l'homme placé dans certaines conditions parvient à connaître les substances séparées par l'intellect actif, il doit les connaître suivant l'une de ces trois manières. Or, ce n'est pas de la troisième manière; car Alexandre refuse d'admettre que l'intellect possible ou l'intellect habituel puisse connaître l'intellect actif; ni de la seconde, puisque l'on attribue l'opération de connaître par une espèce intelligible à la vertu intellectuelle, dont cette espèce intelligible est la forme, et Alexandre nie que l'intellect possible ou l'intellect habituel ait la connaissance des substances séparées. D'où il suit que nous ne saurions connaître les substances séparées par l'intellect actif de la même manière que nous connaissons certains êtres

---

pit intellectus aliquid, per se loquendo, nisi intelligibiliter, sicut nec sensus nisi sensibiliter. Si igitur non potest intellectus agens esse intelligibile per intellectum in habitu, impossibile erit quod sit forma ejus.

3° Item, Intelligere aliquo tripliciter dicimur : — Uno modo, sicut intelligimus intellectu, qui est virtus a qua egreditur talis operatio; unde et ipse intellectus intelligere dicitur, et ipsum intelligere intellectus fit intelligere nostrum;—alio modo, sicut specie intelligibili, quaquidem dicimur intelligere, non quasi ipsa intelligat, sed quia vis intellectiva perficitur per eam in actu, sicut vis visiva per speciem coloris; — tertio modo, sicut medio, per cujus cognitionem devenimus in cognitionem alterius. Si igitur homo quandoque per intellectum agentem intelligat substantias separatas, oportet aliquo modorum dictorum hoc dici. Non autem dicitur hoc modo tertio, quia non concedit Alexander quod intelligat intellectum agentem vel intellectus possibilis vel intellectus in habitu. Nec etiam secundo modo, quia intelligere per speciem intelligibilem attribuitur virtuti intellectivæ, cujus illa species intelligibilis est forma; nec autem concedit Alexander quod intellectus possibilis vel intellectus in habitu intelligat substantias separatas; unde non potest esse quod sic intelligamus substantias separatas per intellectum agentem sicut intelligimus aliqua per speciem intelligibilem. Si autem sicut per virtutem intellectivam, oportet quod

par une espèce intelligible. Si donc nous connaissons ces substances par l'intellect actif, comme étant une vertu intellectuelle, l'acte de connaître de l'intellect actif est nécessairement une opération qui appartient à l'homme. Or, cela ne peut être, à moins que la substance de l'intellect actif et celle de l'homme ne se réunissent dans un *être* identique; car si ce sont deux substances ayant chacune son *être* distinct, nous ne concevons pas que l'opération de l'une soit l'opération de l'autre. Donc l'intellect actif ne fera qu'un avec l'homme quant à l'*être*, et cet *être* ne sera pas un simple accident, parce que, dans ce cas, l'intellect actif ne serait pas une substance, mais un accident, de même que la couleur et le corps coloré sont une même chose sous le rapport de l'*être* accidentel. Nous concluons donc de là que l'intellect actif est un avec l'homme quant à l'*être* substantiel. Donc cet intellect est l'âme humaine, ou bien une partie de cette âme, et non une substance séparée, ainsi que le prétend Alexandre. Donc, en raisonnant dans l'opinion même de ce philosophe, on n'est pas en droit d'affirmer que l'homme connaît les substances séparées.

4° Si l'intellect actif doit être à un instant donné la forme de tel homme, en sorte que cet homme puisse connaître par lui, il pourra aussi, pour la même raison, devenir la forme d'un autre homme qui connaîtra également par lui. Il arrivera donc que deux hommes connaîtront simultanément par l'intellect actif comme par leur forme. Or, nous avons déjà observé que cette opération se fait de telle manière que l'acte de connaître de l'intellect actif est aussi l'acte de l'être qui connaît par lui. Donc deux individus doués d'intelligence n'auront qu'une opération intellectuelle; ce qui est absurde.

---

ipsum intelligere intellectus agentis sit intelligere hominis. Hoc autem esse non potest, nisi ex substantia intellectus agentis et substantia hominis fiat unum secundum esse; impossibile est enim, si sint duæ substantiæ secundum esse diversæ, quod operatio unius sit operatio alterius. Erit igitur intellectus agens unum secundum esse cum homine: non autem secundum esse accidentale, quia jam non esset intellectus agens substantia, sed accidens; sic enim ex colore et corpore fit unum secundum esse accidentale. Relinquitur igitur quod intellectus agens sit cum homine unum secundum esse substantiale. Erit igitur vel anima humana vel pars ejus, et non aliqua substantia separata, sicut Alexander ponit. Non igitur, secundum opinionem Alexandri, potest poni quod homo intelligat substantias separatas.

4o Amplius, Si intellectus agens quandoque fiet forma istius hominis, ita quod per ipsum intelligere possit, eadem ratione poterit fieri forma alterius hominis per ipsum similiter intelligentis. Sequitur ergo quod duo homines simul per intellectum agentem intelligent sicut per formam suam. Hoc autem est ita quod ipsum intelligere intellectus agentis sit intelligere intelligentis per ipsum, ut jam dictum est. Erit ergo idem intelligere duorum intelligentium; quod est impossibile.

Ratio etiam ejus frivola est omnino.

Primo quidem, quia, quando perficitur

La raison invoquée par Alexandre en faveur de son opinion n'a aucune valeur. Car :

1° Lorsqu'une production appartenant à tel genre arrive à sa perfection, son opération se perfectionne également, mais conformément à la manière d'être de ce genre et non d'un genre supérieur : par exemple, la perfection de l'air suppose qu'il est produit complétement, et que le mouvement qui le porte en haut ne rencontre pas d'obstacle, sans que, pour cela, il puisse s'élever jusqu'au lieu qu'occupe le feu. De même, lorsque la production de l'intellect habituel est complète, son opération, qui est celle de connaître, se trouve complétée selon qu'il convient à sa nature ; mais elle ne va pas jusqu'à connaître à la manière des substances séparées, c'est-à-dire, jusqu'à connaître ces substances. Par conséquent, on ne peut conclure de la production de l'intellect habituel que l'homme arrive au point de connaître les substances séparées.

2° Il appartient de compléter l'opération à la vertu qui en est le principe. Si donc l'acte de connaître les substances séparées complète l'opération de l'intellect habituel, il faut dire que cet intellect habituel pourra en venir à la connaissance des substances séparées : conséquence que ne tire pas Alexandre, parce qu'il s'ensuivrait que l'opération de connaître les substances séparées serait le résultat des sciences spéculatives, qui sont comprises dans l'intellect habituel.

3° Les choses qui commencent à être produites arrivent le plus souvent au terme de leur production, puisque toutes les productions sont dues à des causes déterminées qui réalisent leurs effets toujours ou du moins dans la plupart des cas. Si donc la production parfaite amène comme conséquence la perfection de l'action, les êtres qui sont pro-

---

generatio alicujus generis, oportet quod perficiatur ejus operatio, sed tamen secundum modum sui generis, non autem secundum modum generis altioris ; quum enim perficitur generatio aeris, habet generationem et motum completum sursum, non tamen ut moveatur ad locum ignis. Similiter autem, quum completur generatio intellectus in habitu, complebitur ejus operatio, quæ est intelligere, secundum suum modum, non autem secundum modum quo intelligunt substantiæ separatæ, ut scilicet intelligat substantias separatas. Unde ex generatione intellectus in habitu non potest concludi quod homo quandoque intelligat substantias separatas.

Secundo, quia ejusdem virtutis est complementum operationis cujus est operatio ipsa. Si igitur intelligere substantias separatas sit complementum operationis intellectus in habitu, sequitur quod intellectus in habitu intelligat quandoque substantias separatas, quod Alexander non posuit ; sequeretur enim quod intelligere substantias separatas contingeret per scientias speculativas, quæ sub intellectu in habitu comprehenduntur.

Tertio, quia eorum quæ generari incipiunt completur generatio ut in pluribus, quum omnes generationes rerum sint a causis determinatis, quæ consequuntur effectus suos vel semper vel in majori parte.

duits toujours ou dans la plupart des cas doivent être, par ce seul fait, en possession de leur opération complète. Or, ceux qui s'efforcent de faire naître en eux l'intellect habituel ne parviennent à la connaissance actuelle des substances séparées ni toujours, ni le plus souvent, et même aucun d'eux ne s'est flatté d'avoir atteint ce degré de perfection. Donc ce n'est pas l'acte de connaître les substances séparées qui perfectionne l'opération de l'intellect habituel.

CHAPITRE XLIII.

Il nous est impossible, durant cette vie, de connaître les substances séparées de la manière indiquée par Averrhoès.

L'opinion d'Alexandre présentant une difficulté très sérieuse, en ce qu'elle assujétit complétement à la destruction l'intellect possible devenu habituel, Averrhoès crut avoir trouvé le moyen de démontrer facilement que nous pouvons, dans de certaines conditions, connaître les substances séparées, en affirmant que l'intellect possible, aussi bien que l'intellect actif, est indestructible et séparé de nous quant à l'*être*.

Il établit d'abord qu'il faut nécessairement admettre, entre l'intel-

---

Si igitur ad completionem generationis sequitur etiam complementum actionis, oportet etiam quod operatio completa consequatur ea quæ generantur vel semper vel in majori parte. Intelligere autem substantias separatas non consequuntur qui ad generationem intellectus in habitu student, neque in pluribus neque semper ; quin imo nullus professus est se ad hanc perfectionem pervenisse. Non est igitur complementum operationis intellectus in habitu intelligere substantias separatas.

CAPUT XLIII.

Quod non possumus intelligere in hac vita substantias separatas, sicut posuit Averrhoes.

Quia vero maxima difficultas est in opinione Alexandri, ex hoc quod ponit intellectum possibilem in habitu totaliter corruptibilem, Averrhoes (de Anima, l. III) faciliorem viam se existimavit adinvenisse ad ostendendum quod quandoque intelligamus substantias separatas, ex hoc quod ponit intellectum possibilem incorruptibilem et a nobis secundum esse separatum, sicut et intellectum agentem.

Ostendit enim primo quod necesse est ponere quod intellectus agens se habeat ad principia naturaliter cognita a nobis, vel sicut agens ad instrumentum vel sicut forma ad materiam. Intellectus enim in habitu, quo intelligimus, non solum habet hanc actionem quæ est intelligere, sed etiam hanc quæ est facere intellecta in actu ; utrumque enim experimur in nostra potestate exsistere. Hoc autem quod est facere intellecta in actu magis proprie notificat

lect actif et les principes que nous connaissons naturellement, le même rapport qui existe entre l'agent et l'instrument, ou bien entre la forme et la matière. L'intellect habituel par lequel nous connaissons ne se borne pas, en effet, à connaître, mais il lui appartient en outre de rendre les choses actuellement connues; et l'expérience nous prouve que cette double opération dépend de nous. Or, l'acte de rendre une chose actuellement connue est plutôt le signe indicatif de l'intellect habituel que de l'opération de connaître, parce que l'acte de rendre une chose actuellement connue précède l'opération de connaître; car certaines choses, telles que les premiers principes intelligibles, nous sont actuellement connues naturellement, sans étude et indépendamment de notre volonté. Or, l'intellect habituel, qui nous fait actuellement connaître les choses dont la science nous vient de l'étude, ne nous donne pas la connaissance actuelle de ces premiers intelligibles, mais ils sont plutôt le commencement de l'intellect habituel; c'est ce qui fait dire à Aristote que l'intelligence consiste dans l'habitude de ces intelligibles (1). L'intellect actif seul en donne la connaissance actuelle, et par eux deviennent actuellement connues les autres choses dont la science s'acquiert par l'étude. Donc c'est à l'action collective de l'intellect qui est en habitude, relativement aux premiers principes et aussi de l'intellect actif, que doivent d'être connues en acte les conséquences qui découlent de ces principes. Or, une action unique ne peut être le fait de deux êtres, à moins que l'un ne soit à l'autre ce qu'est l'agent à l'instrument, ou la forme à la matière. Donc l'intellect actif est nécessairement, avec les premiers prin-

(1) Sapientem oportet non ea solum intelligere quæ ex principiis colliguntur, sed etiam in principiis versantem, de iis vere loqui, vereque sentire. Itaque sapientiam dicere licebit esse tum mentem, tum scientiam, ὥς' εἴη ἂν ἡ σόφια νοῦς καὶ ἐπιστήμη · ac scientiam quidem rerum honoratissimarum, quasi capitis instar obtinentem..... Ex iis igitur perspicuum est sapientiam esse earum rerum quæ sunt honore dignissimæ natura scientiam et mentem, sive intelligentiam (Arist. *Ethic.*, VI, c. 7).

---

intellectum in habitu quam intelligere, quia prius est facere intellecta in actu quam intelligere; sunt enim quædam in nobis facta intellecta in actu naturaliter, non ex studio aut ex nostra voluntate, sicut prima intelligibilia. Hæc autem facere intellecta actu non contingit per intellectum in habitu, per quem fiunt intellecta in actu ea quæ scimus ex studio, sed magis sunt initium intellectus in habitu; unde et habitus horum intelligibilium ab Aristotele (Ethic., VI, c. 7) intellectus dicitur; fiunt autem intellecta in actu per solum intellectum agentem, per hoc autem fiunt intellecta in actu alia quæ ex studio scimus. Facere igitur hæc consequentia intellecta in actu est actio et intellectus in habitu, quantum ad prima principia, et ipsius intellectus agentis. Una autem actio non est duorum, nisi unum eorum comparetur ad alterum sicut agens ad instrumentum, vel sicut forma ad materiam. Oportet igitur quod intellectus

cipes contenus dans l'intellect habituel, dans le même rapport que l'agent avec l'instrument, ou la forme avec la matière.

Comment cela peut-il se faire? Averrhoès l'explique ainsi :

Puisque, dans son opinion, l'intellect possible est une substance séparée, il connaît l'intellect actif, les autres substances séparées et même les choses connues spéculativement dès le principe (2); par conséquent, il est le sujet de tout cela. Or, lorsque plusieurs choses se réunissent dans un même sujet, l'une est comme la forme de l'autre : ainsi, quand la couleur et la lumière se rencontrent dans un corps diaphane comme dans un sujet, l'une, la lumière, doit être la forme de l'autre, qui est la couleur. Cela est nécessaire si ces choses sont coordonnées entre elles et ne se réunissent pas accidentellement dans le même sujet, comme, par exemple, la blancheur et l'harmonie. Il existe un certain ordre entre les objets connus spéculativement et l'intellect actif; car c'est l'intellect actif qui rend ces objets actuellement connus. Donc l'intellect actif est à ces objets ce qu'est la forme pour la matière. Donc, puisque les objets connus spéculativement s'unissent à nous par le moyen des images, qui sont en quelque sorte leurs sujets, l'intellect actif doit également s'unir avec nous en ce qu'il est la forme des choses spéculativement connues. Donc, tant que les choses ainsi connues sont en nous seulement en puissance, l'intellect actif ne nous est uni qu'en puissance, et quand nous en possédons quelques-unes en acte et les autres en puissance, cet intellect nous est uni partie en acte et partie en puissance; alors nous sommes

(2) Les choses connues spéculativement sont les espèces ou formes intelligibles des êtres. Cette connaissance diffère de la connaissance sensible, qui ne dépasse pas la partie sensitive de l'âme.

---

agens comparetur ad prima principia intellectus in habitu, vel sicut agens ad instrumentum, vel sicut forma ad materiam.

Quodquidem qualiter possit esse sic ostendit.

Intellectus possibilis, quum sit, secundum ejus positionem, quædam substantia separata, intelligit intellectum agentem et alias substantias separatas et etiam prima intellecta speculativa; est igitur subjectum utrorumque. Quæcumque autem conveniunt in uno subjecto, alterum eorum est sicut forma alterius; sicut, quum color et lux sint in diaphano sicut in subjecto, oportet quod alterum, scilicet lux, sit quasi forma alterius, scilicet coloris. Hoc autem necesse est quando habent ordinem ad invicem, non in his quæ per accidens conjunguntur in eodem subjecto, sicut albedo et musica. Sunt autem intellecta speculativa et intellectus agens ordinem ad invicem habentia, quum intellecta speculativa sint facta intellecta in actu per intellectum agentem. Habet se igitur intellectus agens ad intellecta speculativa quasi forma ad materiam Oportet igitur quod, quum intellecta speculativa sint nobis copulata per phantasmata, quæ sunt quasi quoddam subjectum ipsorum, etiam intellectus agens continuetur nobiscum, in quantum est forma intellectorum speculativorum. Quando igitur intellecta speculativa sunt in nobis solum in

en mouvement pour arriver à cette union [complète], parce que l'intellect actif s'unit avec nous plus parfaitement à mesure que le nombre des objets actuellement connus s'augmente en nous. L'application aux sciences spéculatives fait approcher de son terme le mouvement qui nous porte vers cette union ; car cette étude nous fait acquérir la connaissance du vrai et dissipe les opinions erronées qui sont étrangères à l'ordre de ce mouvement, de même que les monstres sortent de l'ordre assigné aux opérations de la nature ; c'est pourquoi les hommes concourent mutuellement à ce progrès en s'entr'aidant dans l'étude des sciences speculatives. Lors donc que nous serons arrivés à connaître en acte toutes les choses connues seulement en puissance, l'intellect actif nous sera parfaitement uni comme forme, et nous connaîtrons parfaitement par lui, de même que nous connaissons parfaitement dans notre état présent par l'intellect habituel. D'où il suit que l'opération de connaître les substances séparées étant propre à l'intellect actif, nous connaîtrons alors les substances séparées, comme nous connaissons maintenant les substances spéculatives ; et cette connaissance fera le souverain bonheur de l'homme, qui, dans cet état, sera en quelque sorte un Dieu.

On peut tirer dans les démonstrations précédentes les raisons nécessaires pour réfuter cette opinion qui repose sur les nombreux arguments que nous avons détruits.

1° Nous avons prouvé [liv. II, c. 59] que l'intellect possible n'est pas une substance séparée de nous quant à l'*être*. Il n'est donc pas le sujet des substances séparées, pour cette raison surtout donnée par

---

potentia, intellectus agens continuatur nobiscum solum in potentia ; quando autem aliqua intellecta speculativa insunt nobis in actu et aliqua in potentia, continuatur nobis partim in actu et partim in potentia ; et tunc dicimur moveri ad continuationem prædictam, quia, quanto plura intellecta in actu fuerint in nobis facta, perfectius intellectus agens continuatur in nobis. Hic autem perfectus motus ad continuationem fit per studium in scientiis speculativis, per quod vera intellecta acquirimus et falsæ opiniones excluduntur, quæ sunt extra ordinem hujus motus, sicut monstruosa extra ordinem naturalis operationis ; unde et ad hunc profectum juvant se homines sicut juvant se invicem in scientiis speculativis. Quando ergo omnia intellecta in potentia fuerint in nobis facta in actu, tunc intellectus agens perfecte copulabitur nobis ut forma, et intelligemus per ipsum perfecte, sicut nunc perfecte intelligimus per intellectum in habitu. Unde, quum ad intellectum agentem pertineat intelligere substantias separatas, intelligemus tunc substantias separatas sicut nunc intelligimus intellecta speculativa. Et hoc erit ultima hominis felicitas, in qua homo erit sicut quidam Deus.

Hujus autem positionis destructio ex præmissis sufficienter apparet ; procedit enim ex suppositione multorum quæ in superioribus sunt improbata.

Primo quidem, supra ostensum est (l. II, c. 59) quod intellectus possibilis non est

Aristote, que l'intellect possible est celui qui a la faculté de devenir toutes choses (3). Il n'est, par conséquent, le sujet que des choses qui sont connues en vertu d'une action.

2° Nous avons également établi ce point [liv. II, c. 76 et 78], que l'intellect actif, auquel Aristote attribue l'opération de rendre actuellement connu tout ce qu'il est en notre pouvoir de connaître (4), n'est pas non plus une substance séparée. D'où il suit que l'acte de connaître par l'intellect actif n'est pas la cause qui nous donne la faculté de connaître les substances séparées; car s'il en était ainsi, nous les connaîtrions toujours.

3° En admettant que l'intellect actif soit une substance séparée, il en résulte qu'il ne s'unit avec nous, aussi bien que l'intellect possible, qu'au moyen des espèces [intelligibles] dont la connaissance est actuellement produite, bien que l'intellect possible soit, relativement à ces espèces, ce qu'est la matière pour la forme, et l'intellect actif, au

(3) Intellectus potentia quidem est quodam modo intelligibilia ipsa, actu vero nihil est eorum antea quam intelligat ipsa. Oportet autem in ipso nihil esse, perinde atque in tabula nihil est actu scriptum antea quam in ipsa scribatur; hoc enim in ipso fit atque accidit intellectu (Arist. *De anim.*, III, c. 4).

(4) Quum in omni natura sint quædam, quorum alterum quidem unicuique generi materies est; quod id esse patet, quod est potentia illa cuncta; alterum vero causa est et efficiens omnia, nimirum efficiendo atque agendo talem subiens rationem, qualem ars conditionem ad materiam subit, necesse est et in anima differentias has easdem inesse. Atque quidam est intellectus talis ut omnia fiat; quidam talis ut omnia agat atque efficiat; qui quidem ut habitus est quidam et perinde ac lumen: nam et lumen colores qui sunt potentia, actu colores quodam modo facit. Et is intellectus separabilis est et non mixtus, passioneque vacat, quum sit substantia actus; semper enim id quod efficit atque agit præstabilius est eo quod patitur, et ipsum principium omnino materia (Arist. *De anim.*, III, c. 5). — Saint Thomas, dans le chapitre 78 du livre II, explique comment il faut entendre ce que dit Aristote de l'intellect actif : *Et is intellectus separabilis est et non mixtus.* « On voit clairement, dit-il, qu'on ne peut pas conclure des paroles d'Aristote que l'intellect actif est une substance séparée, mais seulement qu'il est séparé de la même manière que l'intellect possible, c'est-à-dire qu'il n'a point d'organe corporel. Il ne se contredit pas non plus lorsqu'il dit que cet intellect est « un être actuel à raison de la substance; » et ensuite que « la substance de l'âme est en puissance, » comme nous l'avons établi nous-même dans le chapitre 76. »

---

aliqua substantia separata a nobis secundum esse; unde non oportebit quod sit subjectum substantiarum separatarum, præcipue quum Aristoteles dicat (de Anima, III, c. 4) quod intellectus possibilis est in quo 'est omnia fieri; unde videtur quod sit subjectum solum illorum quæ sunt facta intellecta.

2° Item, De intellectu agente etiam supra (l. II, c. 76 et 78) ostensum est quod non est aliqua substantia separata, sed pars animæ, cui Aristoteles (de Anima, III, c. 5) attribuit hanc operationem, scilicet facere intellecta in actu, quæ es in nostra potestate; unde non oportebitt quod intelligere per intellectum agentem sit nobis causa quod possimus intelligere substantias separatas; alias semper intelligeremus eas.

3° Adhuc, Si intellectus agens est substantia separata, non copulatur nobiscum, nisi per species factas intellectas in actu, secundum ejus positionem, sicut nec intellectus possibilis; licet intellectus possibilis

contraire, ce qu'est la forme pour la matière. Or, selon la même opinion, les espèces, au moment où elles sont actuellement connues, s'unissent à nous au moyen des images, qui sont avec l'intellect possible dans le même rapport que les couleurs avec la vue, et avec l'intellect actif dans le rapport qui existe entre les couleurs et la lumière, ainsi que l'enseigne le Philosophe (5). Or, on ne peut attribuer à la pierre, à laquelle la couleur est inhérente, ni l'action de la vue qui fait voir, ni celle du soleil qui éclaire. Donc, en raisonnant toujours dans le système qui précède, on ne peut non plus attribuer à l'homme, ni l'action de l'intellect possible, pour connaître les substances séparées, ni l'action de l'intellect actif, pour donner la connaissance actuelle d'une chose.

4° Suivant l'opinion précédemment exposée, l'intellect actif ne s'unit à nous comme forme que parce qu'il est la forme des choses connues spéculativement; et il est la forme de ces choses parce que l'intellect actif et les choses ainsi connues ont une même action, qui consiste à produire la connaissance actuelle. Donc il ne pourra devenir notre forme qu'autant que les choses connues spéculativement participeront à son action. Or, on ne peut dire que ces choses participent à son action, qui est l'acte de connaître les substances séparées, puisqu'elles sont les espèces [intelligibles] des êtres sensibles, sans retomber dans le système d'Avempace, qui prétend que nous ar-

(5) Animæ, quæ est principium ratiocinandi, ipsa phantasmata perinde atque sensibilia sensui ipsi subjiciuntur, atque quum bonum aut malum dicit affirmando aut negando, tum fugit aut persequitur. Quapropter ipsa anima sine phantasmate nunquam intelligit (Arist. *De anima,* III, *c.* 7). — Quidam est intellectus talis ut omnia agat atque efficiat; qui quidem ut habitus est quidam et perinde ac lumen; nam et lumen colores qui sunt potentia actu colores quodam modo facit (id., ibid., c. 5).

---

se habeat ad illas species sicut materia ad formam, intellectus autem agens e converso, sicut forma ad materiam. Species autem factæ intellectæ in actu copulantur nobis, secundum ejus positionem, per phantasmata, quæ ita se habent ad intellectum possibilem sicut colores ad visum, ad intellectum vero agentem sicut colores ad lucem, ut ex verbis Aristotelis patet (de Anima, III, c. 7 et 5). Non autem lapidi, in quo est color, potest attribui neque actio visus ut videat, neque actio solis ut illuminet. Ergo, secundum positionem prædictam, homini non poterit attribui neque actio intellectus possibilis ut intelligat substantias separatas neque actio intellectus agentis ut faciat intellecta in actu.

4° Amplius, Secundum positionem prædictam, intellectus agens non ponitur continuari nobiscum ut forma, nisi per hoc quod est forma speculativorum intellectorum, quorum etiam ponitur forma per hoc quod eadem actio est intellectus agentis et illorum intellectorum, scilicet facere intellecta in actu. Non igitur poterit esse forma nobis, nisi secundum quod communicant in actione ejus intellecta speculativa. Hæc autem non communicant in actione ejus quæ est intelligere substantias separatas, quum sint species rerum sensibilium, nisi redeamus ad opinionem Avempace, qui quid-

rivons à connaître les quiddités [ou essences] des substances séparées au moyen de ce que nous percevons dans les objets sensibles. Donc le moyen ci-dessus indiqué est tout-à-fait insuffisant pour nous conduire à la connaissance des substances séparées.

5° Ainsi qu'il résulte du sentiment d'Averrhoès, le rapport qui existe entre l'intellect actif et les objets de la science spéculative qu'il produit n'appartient pas au même ordre que celui qui le rattache aux substances séparées qu'il ne peut pas produire, mais seulement connaître. Donc, s'il s'unit à nous parce qu'il produit les objets connus spéculativement, il ne s'ensuit pas qu'il nous est également uni par là même qu'il vient à connaître les substances séparées; mais un tel raisonnement est évidemment ce que l'on appelle le sophisme de l'accident (6).

6° Si nous connaissons réellement les substances séparées par l'intellect actif, ce n'est pas parce que cet intellect est la forme de tel ou tel objet de la connaissance spéculative, mais parce qu'il devient notre forme; car c'est de cette dernière manière que nous pouvons connaître par lui. Or, selon Averrhoès, il devient également notre forme au moyen de choses connues spéculativement dès le principe. Donc l'homme peut, dès l'origine, arriver à connaître par l'intellect actif les substances séparées.

Si l'on nous répond que certains objets connus spéculativement ne font pas de l'intellect actif une forme assez parfaite pour que nous connaissions par lui les substances séparées, cela ne peut venir que

(6) Le sophisme de l'accident, *fallacia per accidens*, a lieu quand on attribue absolument à un être ce qui ne lui convient qu'accidentellement.

---

ditates substantiarum separatarum posuit cognosci per ea quæ intelligimus de istis sensibilibus. Nullo igitur modo, per viam prædictam, poterimus intelligere substantias separatas.

5° Præterea, Intellectus agens secundum alium ordinem comparatur ad intellecta speculativa, quorum est factivus, et ad substantias separatas, quarum non est factivus, sed cognoscitivus tantum, secundum ejus positionem. Non igitur oportet, si copuletur nobis per hoc quod est factivus intellectorum speculativorum, quod copuletur nobis secundum quod est cognoscitivus substantiarum separatarum; sed in tali processu est deceptio manifeste secundum accidens.

6° Adhuc, Si per intellectum agentem cognoscimus substantias separatas, hoc non est in quantum intellectus agens est forma hujus vel illius intellecti speculativi, sed in quantum fit forma nobis; sic enim per ipsum possumus intelligere. Fit autem forma nobis etiam per prima intellecta speculativa, secundum quod ipse dicit. Ergo statim a principio homo potest, per intellectum agentem, intelligere substantias separatas.

Si autem dicatur quod non fit nobis perfecte forma per quædam intellecta speculativa intellectus agens, ut per ipsum possimus intelligere substantias separatas, hoc non est nisi quia ipsa intellecta speculativa non adæquant perfectionem intellectus

de ce que ces objets ainsi connus ne s'élèvent pas jusqu'à la perfection acquise par l'intellect actif lorsqu'il connaît les substances séparées. Or, tous les objets de la science spéculative réunis ensemble ne sauraient égaler la perfection à laquelle arrive l'intellect actif par la connaissance des substances séparées, puisque tous ces objets ne sont intelligibles qu'autant qu'une action étrangère les fait connaître, tandis que ces substances le sont en vertu même de leur nature. Donc on ne peut pas prétendre que, par là même que nous parviendrons à connaître tous les objets de la science spéculative, l'intellect actif sera nécessairement pour nous une forme tellement parfaite, que par lui nous connaîtrons les substances séparées; et, si l'on ne pose pas cette condition, il faudra dire que la connaissance d'un intelligible, quel qu'il soit, nous donne la connaissance des substances séparées.

CHAPITRE XLIV.

La félicité suprême de l'homme ne consiste pas dans la connaissance des substances séparées, telle que la conçoivent les auteurs des opinions précédentes.

Nous ne pouvons admettre que la connaissance des substances séparées, telle que la conçoivent les philosophes dont nous venons de parler, constitue le souverain bonheur de l'homme. En effet :

1° Une chose n'a aucune raison d'être, si elle ne peut atteindre la

---

agentis in intelligendo substantias separatas. Sed nec omnia intellecta speculativa simul accepta adæquant illam perfectionem intellectus agentis, secundum quod intelligit substantias separatas, quum omnia hæc non sint intelligibilia nisi in quantum sunt facta intellecta, illa vero sunt intelligibilia secundum suam naturam. Non igitur, per hoc quod omnia speculativa intelligibilia scimus, oportebit quod ita perfecte intellectus agens fiat nobis forma quod per ipsum intelligamus substantias separatas; vel, si hoc non requiritur, oportebit dicere quod, intelligendo quodlibet intelligibile, intelligimus substantias separatas.

CAPUT XLIV.

Quod ultima felicitas hominis non consistit in cognitione substantiarum separatarum, qualem prædictæ opiniones fingunt.

Non est autem possibile felicitatem humanam in tali cognitione substantiarum separatarum ponere, sicut prædicti philosophi posuerunt.

1° Vanum enim est quod est ad finem quem non potest consequi. Quum igitur finis hominis sit felicitas, in quam tendit naturale ipsius desiderium, non potest poni felicitas hominis in eo ad quod homo pervenire non

fin qui lui est assignée. Donc, puisque la fin de l'homme est le bonheur vers lequel tend son désir naturel, on ne doit pas le placer dans une chose située hors de sa portée ; car il s'ensuivrait que l'existence de l'homme n'aurait aucun but, et que le désir naturel qui est en lui serait vain ; ce qui répugne. Or, nous avons prouvé avec évidence qu'il est impossible à l'homme de connaître les substances séparées, de la manière indiquée par les auteurs des opinions précédentes. Donc la souveraine félicité de l'homme n'est pas dans la connaissance des substances séparées ainsi entendue.

2° Pour que l'intellect actif s'unisse à nous comme une forme, en sorte que nous connaissions par lui les substances séparées, il est nécessaire, d'après Alexandre, que l'intellect habituel soit complétement produit (1) ; et selon Averrhoès, que toutes les choses qui entrent dans la science spéculative nous deviennent actuellement connues : ce qui revient au même ; car l'intellect habituel prend naissance en nous en tant que les choses spéculatives sont en nous à l'état d'acte. Or, toutes les espèces [intelligibles] des êtres sensibles sont connues en puissance. Il faut donc, pour que l'intellect actif se trouve uni à tel individu, que cet individu connaisse en acte, par l'intellect spéculatif, toutes les natures des êtres sensibles, et généralement leurs vertus, leurs opérations et leurs mouvements. Or, nul homme ne peut acquérir cette science par les principes des sciences spéculatives, lesquelles, selon les mêmes auteurs, préparent notre union avec l'intellect possible, puisque nous ne saurions arriver à la connaissance des choses

(1) L'intellect habituel est complet, dans le sentiment d'Alexandre, lorsque l'intellect actif a fait passer dans l'intellect possible toutes les espèces ou formes intelligibles qu'il est capable de recevoir. — Voyez le ch. 42.

---

potest ; alioquin, sequeretur quod homo esset in vanum et naturale ejus desiderium esset inane ; quod est impossibile. Quod autem intelligere substantias separatas homini sit impossibile secundum prædictas positiones, ex dictis est manifestum. Non est igitur in tali cognitione substantiarum separatarum felicitas hominis constituta.

2° Præterea. Ad hoc quod intellectus agens uniatur nobis ut forma, ita quod per ipsum intelligamus substantias separatas, requiritur quod generatio intellectus in habitu sit completa, secundum Alexandrum (*De Anima Paraphr.*, l. III), vel quod omnia intellecta speculativa sint facta in nobis in actu, secundum Averrhoem : quæ duo in idem redeunt ; nam secundum hoc intellectus in habitu generatur in nobis secundum quod intellecta speculativa fiunt in nobis in actu. Omnes autem species rerum sensibilium sunt intellectæ in potentia. Ad hoc igitur quod intellectus agens copuletur alicui, oportet quod intelligat in actu per intellectum speculativum omnes naturas rerum sensibilium et omnes virtutes et operationes et motus earum. Quod non est possibile aliquem hominem scire per principia scientiarum speculativarum, per quas movemur ad continuationem intellectus agentis, ut ipsi dicunt ; quum ex his quæ nostris sensibus subsunt, ex quibus sumuntur principia scientiarum speculativa-

que nous venons d'énumérer au moyen des objets qui tombent sous les sens et d'où se tirent les principes des sciences spéculatives. Donc l'homme ne peut arriver à cette union de la manière indiquée par ces philosophes. Donc cette union ne peut faire le bonheur de l'homme.

3° En supposant que l'homme puisse s'unir à l'intellect actif comme le veulent les philosophes, il n'en est pas moins certain que le très petit nombre seulement est capable d'une telle perfection; et cela est si vrai, que ni ces auteurs ni d'autres, quelque application qu'ils aient d'ailleurs apportée et quelques succès qu'ils aient obtenus dans les sciences spéculatives, n'ont osé se dire parfaits à ce point. Bien plus, ils conviennent eux-mêmes qu'ils ignorent beaucoup de choses. C'est ainsi qu'Aristote nous dit, dans son traité *Du ciel* [liv. II], qu'on ne peut donner que des raisons probables (2) lorsqu'on traite de la quadrature du cercle et qu'on veut expliquer l'ordre des corps célestes; et, dans sa *Métaphysique* [liv. XII, c. 8], il ajoute qu'il laisse à d'autres de décider sous quel rapport ces corps et leurs moteurs sont nécessaires. Or, selon la doctrine du Philosophe, le bonheur est un bien commun que le plus grand nombre peut posséder, si rien ne s'y oppose (3); et il faut en dire autant de toute fin naturelle propre à une espèce; car les êtres qu'elle comprend arrivent pour la plupart à

(2) Nous traduisons *topicas rationes* par *raisons probables*, d'après Aristote lui-même qui dit au commencement de son livre des *Topiques* : « Hujus tractationis propositum est viam atque rationem invenire qua et de omni quæstione proposita probabili argumentatione poterimus disserere..... Dialectica vero ratiocinatio est quæ ex probabilibus concluditur. » — L'argument *probable* est opposé à l'argument *apodictique*, qui repose toujours sur un principe certain.

(3) Et vero si quod aliud a diis munus est hominibus datum, profecto consentaneum est beatitudinem quoque a diis immortalibus donari, eoque maxime quod rerum humanarum est optima..... Eadem etiam in medio erit posita ut cum multis communicetur... Rem porro omnium maximam et pulcherrimam arbitrio fortunæ permittere valde nefarium, contumeliosum ac flagitiosum fuerit (Arist. *Ethic.*, I, c. 10).

---

rum, non possit perveniri ad omnia prædicta cognoscenda. Est igitur impossibile quod aliquis homo ad illam continuationem perveniat per modum ab eis assignatum. Non est igitur possibile quod in tali continuatione sit hominis felicitas.

3° Adhuc, Dato quod talis continuatio hominis ad intellectum agentem sit possibilis qualem ipsi describunt, planum est quod talis perfectio paucissimis hominum advenit, in tantum quod nec ipsi nec aliqui, quantumcumque in scientiis speculativis studiosi et periti, ausi sunt talem perfectionem de se profiteri; quin imo omnes plurima a se asserunt ignorata, sicut Aristoteles quadraturam circuli et rationes ordinis corporum cœlestium, in quibus, ut ipsemet dicit (de Cœlo, II), nonnisi topicas rationes reddere potest; et quid sit in eis necessarium et eorum motoribus, aliis reservat (Metaphys., XII, c. 8). Felicitas autem est quoddam commune bonum, ad quod plures pervenire possunt, nisi sint orbati, ut Aristoteles dicit (Ethic., I, c. 10); et hoc etiam verum est de omni fine naturali alicujus speciei, quia ipsum consequuntur ea quæ sunt illius speciei, ut in pluribus. Non est ergo possibile quod ulti-

cette fin. Donc le souverain bonheur de l'homme ne peut consister dans l'union dont il s'agit.

Il est bien certain qu'Aristote, que nos philosophes veulent prendre pour guide dans cette question, ne place pas la félicité suprême de l'homme dans cette union. Il établit, en effet, que le bonheur de l'homme consiste dans celle de ses opérations qui découle d'une vertu parfaite (4), et ce principe le conduit logiquement à parler des vertus, qu'il divise en vertus morales et en vertus intellectuelles. Il prouve encore que le souverain bonheur de l'homme est dans la contemplation (5) ; d'où il résulte qu'il ne se trouve dans aucun acte des

(4) Quum bona tres in partes sint distributa, aliaque externa, alia animi, alia corporis dicantur, animi bona in primis et maxime propria bona dicimus. Actiones autem et functiones muneris animi in animo collocamus. Itaque quum ex hac sententia et vetere et a philosophis uno ore comprobata recte hoc a nobis dicitur, tum vero propterea quod actiones et functiones muneris nonnullæ ipsius finis rationem vicemque obtinent ; sic enim efficitur ut beatitudo in animi bonis, non in externis, numeretur. Cum hac ratione congruit et illud, bene vivere et bene rem gerere virum beatum [facere] ; nam prope modum beatitudo vita quædam bene acta et bona actio dicta est (Arist. *Ethic.*, I, c. 8). — Sed quoniam beatitudo functio quædam muneris animi est, virtuti undique absolutæ congruens, de virtute videndum est..... Virtutem porro humanam appellamus, non corporis, sed animi virtutem ; etenim beatitudinem functionem muneris animi dicebamus..... Dicitur [alibi] unam esse animi partem rationis expertem, participem alteram..... Atque ex hac animi divisione ac differentia virtutis quoque distinctio partitioque nascitur. Alias enim virtutes in cogitatione ac ratione positas esse dicimus ; alias ad mores pertinere, quas morales appellamus. In ratione positæ sunt : sapientia, intelligentia, prudentia ; in moribus : liberalitas, temperantia. Nam quum de moribus alicujus loquimur, non illum sapientem aut intelligentem dicimus, sed clementem ac lenem, aut temperantem. Laudamus autem sapientem quoque ex habitu ; at habitus eos qui sunt laudabiles virtutum nominibus nuncupamus (id., ibid., I, c. 13).

(5) Quod si beatitudo muneris functio est virtuti consentanea, probabile est eam præstantissimæ virtuti esse consentaneam. Atque hæc fuerit ejus quod in homine est optimum..... Esse autem in contemplatione rerum positam supra diximus..... Præstantissima enim hæc est muneris functio ; nam et eorum quæ sunt in nobis mens quiddam est longe optimum, et omnium quæ cognosci possunt ea quæ mente complectimur longe sunt optima. Præterea vero et maxime assidua ; nam res assidue contemplari magis quam quidvis agere possumus. Et quum beatitudini admixtam et quasi implicatam esse voluptatem arbitremur, tum omnium muneris functionum, quæ virtuti congruunt, eam quæ ex sapientia est jucundissimam esse omnes uno ore consentiunt. Videtur itaque sapientia mirabiles quasdam, tum sinceritate, tum stabilitate voluptates continere. Probabile est autem eos qui sciunt, quam eos qui quærunt, vitam traducere jucundiorem, etc. (Arist. *Ethic.*, X, c. 8).

---

ma hominis felicitas in continuatione prædicta consistat.

Patet autem quod nec Aristoteles, cujus sententiam sequi conantur prædicti philosophi, in tali continuatione hominis ultimam felicitatem opinatus est esse. Probat enim (Ethic., I, c. 8) quod felicitas hominis est operatio ipsius secundum virtutem perfectam ; unde necesse fuit quod de virtutibus determinaret, quas divisit in virtutes morales et intellectuales. Ostendit autem (Ethic., X, c. 8) quod ultima felicitas hominis est in speculatione ; unde patet quod non est in actu alicujus virtutis moralis, nec prudentiæ nec artis, quæ tamen sunt intellectuales. Relinquitur igitur quod sit operatio secundum sapientiam, quæ est

vertus morales, ni dans un acte de prudence ou dans l'exercice d'un art, qui, cependant, appartiennent à l'ordre intellectuel. Donc ce bien n'est autre que l'opération de la sagesse, la principale des opérations intellectuelles, qui, selon Aristote, sont au nombre de trois : la sagesse, la science, l'intelligence (6); et il prononce ensuite que le sage est heureux (7). Or, le Philosophe, dans le livre *Des mœurs*, met la sagesse au premier rang des sciences spéculatives, et au commencement de sa *Métaphysique* il donne le nom de sagesse à la science qu'il se propose d'enseigner (8). Il ressort donc clairement de tout cela qu'Aristote fait consister dans la connaissance des choses divines, telle que peuvent nous la donner les sciences spéculatives, le plus grand bonheur dont l'homme est capable ici-bas. Quant à cette manière de connaître les choses divines, non par les sciences spéculatives, mais en suivant un certain ordre naturel dans la génération [de l'intellect], c'est une invention due à quelques-uns de ses commentateurs.

(6) Sapientis est nonnullarum rerum demonstrationem expedire posse. Si igitur nihil est quo verum enuntiemus nunquamque mentiamur, tum in iis rebus quæ possunt non aliter sese habere, tum in iis quæ possunt, præter scientiam, prudentiam, sapientiam et mentem seu intelligentiam; nullum autem ex his tribus principiorum esse potest (tria dico : prudentiam, sapientiam, scientiam), relinquitur ut mens sit principiorum. — Sapientiam autem, in artibus, iis attribuimus qui cujusque artis sunt peritissimi..... Quapropter perspicuum est scientiarum omnium limatissimam et absolutissimam esse sapientiam. Sapientem igitur oportet non ea solum intelligere quæ ex principiis colliguntur, sed etiam in principiis versantem de iis vere loqui, vereque sentire. Itaque sapientiam dicere licebit esse, tum mentem, tum scientiam, ac scientiam quidem rerum honoratissimarum, quasi capitis instar obtinentem (Arist. *Ethic.*, VI, c. 6 et 7).

(7) Voyez la fin de la note 5 qui précède.

(8) Dictum est in moralibus (*Ethic.*, VI, c. 7) quænam sit artis et scientiæ differentia, ac cæterorum quæ ejusdem generis sunt. Cujus autem gratia nunc sermonem facimus illud est quod appellatam sapientiam circa primas causas et principia omnes arbitrantur versari (Arist. *Metaphys.*, I, c. 1). — Voyez aussi la note 6 qui précède.

---

præcipua inter tres residuas intellectuales, quæ sunt sapientia, scientia et intellectus, ut ostendit (Ethic., VI, c. 6); unde et sapientem judicat esse felicem (Ethic., X, c. 8). Sapientia autem, secundum ipsum, est una de scientiis speculativis, caput aliarum, ut dicitur in sexto Ethicorum (c. 7), et in principio Metaphysicæ, scientiam, quam in illo libro tradere intendit, sapientiam nominat. Patet ergo quod opinio Aristotelis fuit quod ultima felicitas quam homo in hac vita acquirere potest sit cognitio de rebus divinis, qualis per scientias speculativas haberi potest. Ille autem posterior modus cognoscendi res divinas, non per viam scientiarum speculativarum, sed quodam generationis ordine naturali, est confictus ab expositoribus quibusdam.

CHAPITRE XLV.

Pendant cette vie, nous ne pouvons en aucune manière connaître les substances séparées.

Puisque, durant la vie présente, nous sommes dans l'impossibilité de connaître les substances séparées suivant les diverses manières que nous venons d'examiner, il nous faut rechercher maintenant si nous avons ici-bas quelque autre moyen d'acquérir cette connaissance (1).

Thémistius s'efforce de prouver que nous le pouvons par cet argument *a minori :* Les substances séparées sont plus intelligibles que les êtres matériels; car ceux-ci ne sont intelligibles qu'autant que l'intellect actif les fait actuellement connaître, tandis que celles-là sont intelligibles en elles-mêmes. Si donc notre intelligence comprend les êtres matériels, il est capable, à plus forte raison, de connaître les substances séparées.

La manière d'apprécier ce raisonnement doit varier suivant les diverses opinions qui se sont produites touchant l'intellect possible. S'il est vrai que l'intellect possible est une vertu indépendante de la matière, et que son *être* est distinct de celui du corps, selon le sentiment d'Averrhoès, il s'ensuit qu'il n'existe entre lui et les choses matérielles aucune relation nécessaire. Par conséquent, les êtres qui sont plus intelligibles en eux-mêmes seront plus intelligibles pour lui. Mais il semble résulter de là que, puisque dès le commencement nous con-

(1) Connaissance est ici synonime d'intelligence.

CAPUT XLV.

Quod non possumus aliquo modo in hac vita intelligere substantias separatas.

Quia igitur, secundum modos prædictos, substantiæ separatæ non possunt cognosci a nobis in vita ista, inquirendum restat utrum aliquo modo in vita ista substantias ipsas separatas intelligere possimus.

Quod autem hoc sit possibile, nititur ostendere Themistius (l. III, c. 50) per locum a minori. Substantiæ enim separatæ sunt magis intelligibiles quam materialia; hæc enim sunt intelligibilia in quantum sunt facta intellecta in actu per intellectum agentem, illa vero sunt secundum seipsa intelligibilia. Si ergo intellectus noster comprehendit hæc materialia, multo magis natus est intelligere illas substantias separatas.

Hæc autem ratio, secundum diversas opiniones de intellectu possibili, diversimode judicanda est.

Si enim intellectus possibilis non sit virtus a materia dependens et sit iterum secundum esse a corpore separatus, ut Averrhoes ponit, sequetur quod nullum necessarium ordinem ad res materiales habeat; unde quæ sunt magis intelligibilia in seipsis erunt ei magis intelligibilia. Sed tunc sequi videtur quod, quum nos a principio per intellectum possibilem intelligamus, a principio intelligamus substantias

naissons par l'intellect possible, nous devons aussi, dès le principe, connaître les substances séparées; ce qui est évidemment faux. C'est pourquoi, comme nous l'avons vu en discutant son opinion [ch. 43], Averrhoès essaie d'éluder cette conséquence, et nous avons prouvé qu il est dans l'erreur.

Si, au contraire, l'intellect possible n'a pas un *être* distinct de celui du corps, par là même qu'il est uni à tel corps quant à l'*être*, il y a entre lui et les êtres matériels une relation nécessaire, en sorte qu'il ne peut arriver que par eux à en connaître d'autres. Il ne suit donc pas, de ce que les substances séparées sont plus intelligibles en elles-mêmes, qu'elles sont aussi plus intelligibles pour notre intelligence. Aristote est du même sentiment lorsqu'il dit que « la difficulté de « connaître ces choses ne vient pas d'elles, mais de nous, parce que « notre intelligence est, à l'égard des choses les plus claires, dans la « même disposition que l'œil du hibou relativement aux rayons du « soleil (1). » Ainsi que nous venons de le prouver [ch. 44], on ne peut donc arriver à connaître les substances séparées par la connaissance des êtres matériels. Donc notre intellect possible n'a aucun moyen de connaître les substances séparées.

Nous avons une preuve de ceci dans l'ordre qui rattache l'intellect possible à l'intellect actif. Une puissance passive n'est réellement en puissance que pour les choses qui sont du ressort de son principe actif correspondant; car à toute puissance passive correspond, dans la nature, une puissance active; et, s'il en était autrement, la puissance passive serait vaine, puisqu'elle ne saurait passer à l'acte sans

(1) Voyez, pour la reproduction exacte du texte d'Aristote, la note 2 du ch. 77, liv. II, p. 170.

---

separatas; quod patet esse falsum. Sed hoc inconveniens evitare Averrhoes nititur secundum ea quæ de ejus opinione dicta sunt (c. 43), quæ patet esse falsa ex præmissis.

Si autem intellectus possibilis non est a corpore separatus secundum esse, ex hoc ipso quod est tali corpori unitus secundum esse, habet quemdam necessarium ordinem ad materialia, ut nonnisi per ista ad aliorum cognitionem pervenire possit; unde non sequitur, si substantiæ separatæ in seipsis sint magis intelligibiles, quod propter hoc sint magis intelligibiles intellectui nostro. Et hoc demonstrant verba Aristotelis; dicit enim (Metaphys., II, c. 1) quod « difficultas intelligendi res illas accidit ex « nobis, non ex illis; nam intellectus noster « se habet ad manifestissima rerum sicut « se habet oculus vespertilionis ad lucem « solis. » Unde per materialia intellecta non possunt intelligi substantiæ separatæ, ut supra (c. 44) ostensum est. Sequitur itaque quod intellectus possibilis noster nullo modo possit intelligere substantias separatas.

Hoc etiam apparet ex ordine intellectus possibilis ad agentem. Potentia enim passiva ad illa solum est in potentia in quæ potest proprium ejus activum; omni enim

la puissance active, ainsi que nous le voyons par le sens de la vue, qui ne peut être affecté que des couleurs auxquelles la lumière a donné naissance. Or, l'intellect possible étant, sous quelque rapport, une vertu passive, il y a un agent particulier qui lui correspond, et cet agent est l'intellect actif, qui est, relativement à lui, ce qu'est la lumière pour la vue. Donc l'intellect possible n'est en puissance que pour les intelligibles que l'intellect actif a rendus tels. C'est pour cette raison qu'Aristote, en expliquant la nature des deux intellects, dit que « l'intellect possible a la puissance de devenir toutes choses, et « que l'intellect actif a le pouvoir de faire toutes choses » (2). En sorte que la puissance active de l'un et la puissance passive de l'autre se terminent aux mêmes objets. Donc, puisque l'intellect actif ne produit pas la connaissance actuelle des substances séparées, mais seulement des êtres matériels, la capacité de l'intellect possible ne s'étend pas plus loin que ces êtres. Donc nous ne pouvons connaître par lui les substances séparées. L'exemple d'Aristote que nous venons de rapporter est donc parfaitement juste dans le cas présent; car jamais l'œil du hibou ne peut voir la lumière du soleil. Averrhoès cherche pourtant à l'accommoder à son système, en disant que la ressemblance signalée par le Philosophe entre les dispositions qui sont dans notre intelligence, par rapport aux substances séparées, et dans l'œil du hibou, relativement à la lumière du soleil, ne consiste pas dans une impossibilité absolue, mais seulement dans une grande difficulté; et il s'appuie sur cette raison, que si nous étions tout-à-fait incapables

(2) Voyez la note 5 du ch. 43, p. 470.

potentiæ passivæ respondet potentia activa in natura; alias, potentia passiva esset frustra, quum non possit reduci in actum nisi per activam; unde videmus quod visus non est susceptivus nisi colorum qui illuminantur per lucem. Intellectus autem possibilis, quum sit virtus quodammodo passiva, habet proprium agens sibi respondens, scilicet intellectum agentem, qui ita se habet ad intellectum possibilem sicut se habet lux ad visum. Non est igitur intellectus possibilis in potentia nisi ad illa intelligibilia quæ sunt facta per intellectum agentem. Unde et Aristoteles, describens utrumque intellectum, dicit quod « intellec« tus possibilis est quo est omnia fieri, agens « vero quo est omnia facere (de Anima, III, « c. 5), » ut ad eadem utriusque potentia referri intelligatur, hujus activa, illius passiva. Quum ergo substantiæ separatæ non sint factæ intellectæ in actu per intellectum agentem, sed solum materialia, ad hæc sola se extendit possibilis intellectus. Non igitur per ipsum possumus intelligere substantias separatas. Propter quod Aristoteles congruo exemplo usus est (Metaphys., II, c. 1); nam oculus vespertilionis nunquam potest videre lucem solis : quamvis Averrhoes hoc exemplum depravare nitatur, dicens quod simile non est de intellectu nostro ad substantias separatas et oculo vespertilionis ad lucem solis quantum ad impossibilitatem, sed solum quantum ad difficultatem; quod tali ratione probat ibidem : Quia, si illa quæ sunt intellecta secundum se, scilicet substantiæ separatæ, essent

de connaître les êtres qui sont intelligibles en eux-mêmes, c'est-à-dire les substances séparées, elles seraient telles inutilement, comme serait un objet visible que nul œil ne peut apercevoir. — On voit, dès le premier abord, combien cette raison est peu sérieuse. Lors même, en effet, que nous ne connaîtrions jamais les substances séparées, elles ne se connaîtraient pas moins elles-mêmes. Par conséquent elles ne seraient pas inutilement intelligibles, de même que, pour suivre la comparaison d'Aristote, le soleil n'est pas visible inutilement par cela seul que le hibou ne peut le regarder, puisqu'il se découvre à l'œil de l'homme et des autres animaux. Donc, si l'intellect possible est uni au corps quant à l'*être*, il ne peut connaître les substances séparées.

Il importe cependant de savoir ce que l'on pense de sa substance. Si, comme l'ont enseigné quelques-uns, l'intellect possible est une vertu matérielle produite par voie de génération et sujette à la destruction (3), c'est sa substance même qui détermine en lui la connaissance des choses matérielles; d'où il suit nécessairement qu'il n'a aucun moyen de connaître les substances séparées, parce qu'il répugne qu'il soit séparé lui-même. Si, au contraire, nonobstant son union avec le corps, l'intellect possible est indestructible et indépendant de la matière par son *être*, ainsi que nous l'avons démontré [liv. II, ch. 59 et 60], son union avec le corps est le principe d'où découle pour lui la necessité de connaître les êtres composés de matière. C'est pourquoi, dès l'instant où l'âme sera séparée de tel corps, l'intellect possible jouira de la faculté de connaître les êtres qui sont intelligibles en eux-mêmes, ou les substances séparées, par la lumière

(3) L'opinion d'Alexandre d'Aphrodisée et celle de Galien sur l'intellect possible paraissent revenir à celle-ci. —Voyez à ce sujet les ch. 62 et 63 du livre II, p. 85 et 90.

---

nobis impossibiles ad intelligendum, frustra essent, sicut si esset aliquod visibile quod a nullo visu videri possit. — Quæquidem ratio quam frivola sit apparet. Etsi enim a nobis nunquam illæ substantiæ intelligerentur, tamen intelligerentur a seipsis; unde nec frustra intelligibiles essent, sicut nec sol frustra visibilis est, ut Aristotelis exemplum prosequamur, quia non potest ipsum videre vespertilio, quum possit ipsum videre homo et alia animalia. Sic ergo intellectus possibilis, si ponitur corpori unitus secundum esse, non potest intelligere substantias separatas.

Interest tamen qualiter de substantia ipsius sentiatur. Si enim ponatur esse quædam virtus materialis generabilis et corruptibilis, ut quidam posuerunt, sequitur quod ex sua substantia determinatur ad intelligendum materialia; unde necesse est quod nullo modo possit intelligere substantias separatas, quia impossibile erit ipsum esse separatum. Si autem intellectus possibilis, quamvis sit corpori unitus, est tamen incorruptibilis et a materia non dependens secundum suum esse, sicut supra (l. II, c. 59 et 60) ostendimus, sequitur quod obligatio ad intelligendas res materiales accidat ei ex unione ad corpus; unde, quum anima a corpore tali fuerit separata, intellectus possibilis intelligere poterit ea quæ secundum se sunt intelligibilia, scilicet

de l'intellect actif, qui remplace dans notre âme la lumière intellectuelle propre aux substances séparées.

Ce sentiment est conforme à ce qu'enseigne notre foi, que nous ne connaîtrons pas les substances séparées durant cette vie, mais après la mort.

CHAPITRE XLVI.

Pendant cette vie l'âme ne se connaît pas par elle-même.

Il existe un passage de saint Augustin qui semble renverser la doctrine que nous venons d'établir. Il importe donc de peser avec soin ses paroles. Le saint Docteur s'exprime ainsi : « De même que l'âme « acquiert par les sens du corps la connaissance des choses corpo- « relles, ainsi elle connaît les êtres incorporels par elle-même. Donc « elle se connaît aussi par elle-même, parce qu'elle est incorpo « relle (1). »

Ce texte paraît prouver que notre âme se connaît par elle-même, et que la connaissance qu'elle a d'elle-même lui fait connaître les substances séparées; ce qui détruirait la proposition précédemment prouvée.

Nous avons donc à examiner comment notre âme se connaît par

(1) Voici en entier le texte de saint Augustin : « Mens amare seipsam non potest, nisi etiam se noverit; nam quomodo amat quod nescit? Aut si quisquam dicit ex notitia generali vel speciali mentem credere se esse talem, quales alias experta est, et ideo

---

substantias separatas, per lumen intellectus agentis, quod est similitudo in anima intellectualis luminis quod est in substantiis separatis.

Et hæc est sententia nostræ fidei de intelligendo substantias separatas a nobis post mortem, et non in hac vita.

CAPUT XLVI.

Quod anima in hac vita non intelligit seipsam per seipsam.

Videtur autem difficultas quædam contra prædicta afferri ex quibusdam Augustini verbis, quæ diligenter pertractanda sunt. Dicit enim quod « mens, sicut corporearum « rerum notitias per sensus corporis col- « ligit, sic incorporearum rerum per semet- « ipsam. Ergo et seipsam per seipsam no- « vit, quoniam ipsa est incorporea (de « Trinit., l. IX, c. 3). »

Ex his enim verbis videtur quod mens nostra se per seipsam intelligat, et, intelligendo se, intelligat substantias separatas; quod est contra prædicta.

Inquirere ergo oportet quomodo anima nostra per seipsam intelligat se. Impossibile est autem dici quod per seipsam intelligat de se quid est.

1° Per hoc enim fit potentia cognosci-

elle-même, et nous disons qu'elle ne peut savoir par elle-même quelle est son essence. En effet :

1° Ce qui fait qu'une puissance intelligente connaît en acte, c'est qu'elle renferme en elle la chose par laquelle la connaissance lui arrive. Si elle renferme cette chose en puissance, elle connaît en puissance; si c'est en acte, sa connaissance est actuelle; enfin, si elle la possède d'une manière intermédiaire, elle n'a qu'une connaissance habituelle. Or, l'âme est toujours actuellement présente à elle-même et jamais en puissance, ou seulement d'une manière habituelle. Si donc l'âme connaît par elle-même sa propre essence, elle aura toujours de sa propre essence une connaissance actuelle; conséquence dont la fausseté est manifeste.

2° Si l'âme connaît par elle-même son essence propre, comme tout homme a une âme, tout homme connaît l'essence de l'âme; ce qui est évidemment faux.

3° La connaissance est naturelle lorsqu'elle nous arrive par une chose qui est naturellement en nous : tels sont les principes indémontrables que nous connaissons par la lumière de l'intellect actif. Si donc nous savons par l'âme même quelle est son essence, cette notion nous est naturelle. Or, nul ne peut se tromper sur les choses naturellement connues; car la connaissance des principes indémontrables n'est jamais entachée d'erreur. Donc personne ne s'égarerait dans la

amare seipsam, insipientissime loquitur. Unde enim mens aliquam mentem novit, si se non novit? Neque enim ut oculus corporis videt alios oculos et se non videt, ita mens novit alias mentes et ignorat semetipsam. Per oculos enim corporis corpora videmus, quia radios, qui per eos emicant et quidquid cernimus tangunt, refringere ac retorquere in ipsos non possumus, nisi quum specula intuemur. Quod subtilissime obscurissimeque disseritur, donec apertissime demonstretur vel ita se rem habere, vel non ita. Sed quoquo modo se habeat vis qua per oculos cernimus, ipsam certe vim, sive sint radii, sive aliud aliquid, oculis cernere non valemus, sed mente quærimus et, si fieri potest, etiam hoc mente comprehendimus. Mens ergo ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit, sic incorporearum per semetipsam. Ergo et semetipsam per seipsam novit, quoniam est incorporea; nam si non se novit, non se amat (*De Trinit.*, IX, c. 3). »

---

tiva actu cognoscens, quod est in ea id quo cognoscitur. Et, si quidem sit in ea in potentia, cognoscit in potentia; si autem in actu, cognoscit in actu; si autem medio modo, cognoscit in habitu. Ipsa autem anima semper adest sibi actu et nunquam in potentia vel in habitu tantum. Si igitur per seipsam anima seipsam cognoscit quid est, semper actu intelliget de se quid est; quod patet esse falsum.

2° Adhuc, Si anima per seipsam cognoscit de se quid est, omnis autem homo animam habet, omnis igitur homo cognoscit de anima quid est; quod patet esse falsum.

3° Amplius, Cognitio quæ fit per aliquid naturaliter nobis inditum, est naturalis, sicut principia indemonstrabilia, quæ cognoscuntur per lumen intellectus agentis. Si igitur nos de anima scimus quid est per ipsam animam, hoc erit naturaliter notum. In his autem quæ naturaliter nota sunt, nullus potest errare; in cognitione enim

question de la nature de l'âme, si l'âme connaissait par elle-même son essence; et l'expérience nous prouve clairement qu'il n'en est point ainsi, puisque plusieurs ont considéré l'âme comme étant tel ou tel corps, et que d'autres en ont fait un nombre ou une harmonie. Donc l'âme ne connaît pas par elle-même sa propre essence.

4° L'être qui existe par lui-même vient avant celui qui existe par un autre, et le premier est le principe du second, de quelque ordre qu'il s'agisse. Donc la connaissance d'une chose connue par elle-même précède la connaissance des choses qui sont connues par une autre, et la première est le principe qui fait connaître celles-ci, comme sont les premières propositions relativement aux conclusions. Si donc l'âme connaît par elle-même quelle est sa nature, cette connaissance lui est essentielle, et conséquemment c'est la première de toutes et le principe des autres. Or, nous voyons tout le contraire; car on ne suppose pas tout d'abord que l'essence de l'âme est connue, mais on cherche à la connaître à l'aide d'autres principes. Donc l'âme ne connaît pas par elle-même sa propre essence.

Il est clair que saint Augustin n'a pas voulu parler dans ce sens; car il dit plus loin que « l'âme, lorsqu'elle s'étudie pour se connaître, « ne cherche pas à se voir comme si elle était absente, mais elle s'ap- « plique à s'examiner elle-même qui est présente pour elle-même, « non parce qu'elle veut se connaître comme si elle s'ignorait, mais « afin de se distinguer de ce qu'elle connaît et qui n'est pas elle (2). »

(2) Dans cet endroit, saint Augustin explique comment l'âme procède pour se connaître elle-même et ce qui peut l'induire en erreur. — Ergo seipsam quemadmodum quærat et inveniat mirabilis quæstio est, quo tendat ut quærat, aut quo veniat ut inveniat. Quid enim tam in mente quam mens est? Sed quia in iis est quæ cum amore cogitat, sensibilibus autem, id est corporalibus, cum amore assuefacta est, non valet sine

---

principiorum indemonstrabilium nullus errat. Nullus igitur erraret circa animam quid est, si hoc anima per seipsam cognosceret; quod patet esse falsum, quum multi opinati sint animam esse hoc vel illud corpus, et aliqui numerum vel harmoniam. Non igitur anima per seipsam cognoscit de se quid est.

4° Amplius, In quolibet ordine, quod est per se est prius eo quod est per aliud, et principium ejus. Quod ergo est per se notum est prius notum omnibus quæ per aliud cognoscuntur, et principium cognoscendi ea, sicut primæ propositiones conclusionibus. Si igitur anima per seipsam de se cognoscit quid est, hoc erit per se notum, et per consequens, primo notum et principium cognoscendi alia. Hoc autem patet esse falsum; nam quid est anima non supponitur in scientia quasi notum, sed proponitur ex aliis inquirendum. Non igitur anima de seipsa cognoscit quid est, per seipsam.

Patet autem quod nec ipse Augustinus hoc voluit; dicit enim quod « anima, quum « sui notitiam quærit, non velut absentem « se quærit cernere, sed præsentem se « curat discernere; non ut cognoscat se « quasi non norit, sed ut dignoscat ab eo « quod alterum novit (de Trinitate, x,

Il nous donne à entendre par là que l'âme se connaît elle-même par elle-même comme présente, mais non comme distincte des autres êtres ; c'est ce qui lui fait ajouter que d'autres ont erré en confondant l'âme avec les choses qui sont distinctes d'elle. Or, dès que l'on sait ce qu'est une chose, on la connaît en tant que distincte des autres; c'est pourquoi la définition qui détermine la quiddité de la chose distingue l'objet défini de tout le reste. Donc saint Augustin n'a pas voulu dire que l'âme connaît par elle-même sa propre essence.

Telle n'est pas non plus la pensée d'Aristote, lorsqu'il nous dit que l'intellect possible se connaît aussi bien que les autres choses (3); car

imaginibus eorum esse in semetipsa. Hinc ei oboritur erroris dedecus, dum rerum sensarum imagines secernere a se non potest, ut se solam videat. Cohæserunt enim mirabiliter glutino amoris; et hæc est ejus immunditia, quoniam dum se solam nititur cogitare, hoc se putat esse sine quo se non potest cogitare. Quum igitur ei præcipitur ut seipsam cognoscat, non se tanquam sibi detracta sit quærat, sed id quod sibi addidit detrahat. Interior est enim ipsa, non solum quam ista sensibilia quæ manifeste foris sunt, sed etiam quam imagines eorum quæ in parte quadam sunt animæ quam habent et bestiæ, quamvis intelligentia careant, quæ mentis est propria. Quum ergo sit mens interior, quodam modo exit a semetipsa, quum in hæc quasi vestigia multarum intentionum exserit amoris affectum. Quæ vestigia tanquam imprimuntur memoriæ, quando hæc quæ foris sunt corporalia sentiuntur, ut etiam quum absunt ista, præsto sint tamen imagines eorum cogitantibus. Cognoscat ergo semetipsam, nec quasi absentem se quærat, sed intentionem voluntatis, qua per alia vagabatur, statuat in semetipsam et se cogitet. Ita videbit quod nunquam se non amaverit, nunquam nescierit, sed aliud secum amando, cum eo se confudit et concrevit quodam modo ; atque ita dum sicut unum diversa complectitur, unum putavit esse quæ diversa sunt. Non itaque velut absentem se quærat cernere, sed præsentem se curet discernere. Nec quasi se non norit cognoscat, sed ab eo quod alterum novit dignoscat..... Sic ergo se esse et vivere scit, quomodo est et vivit intelligentia (*De Trinit.*, x, c. 8, 9 et 10).

(3) De animæ ea parte qua cognoscit atque sapit, sive sit separabilis, sive non separabilis magnitudine, sed ratione, considerandum est deinceps quam differentiam habet, quoque pacto tandem sit intelligere. Si igitur intelligere sit ut sentire, aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale. Vacare igitur ipsam passione, sed formæ susceptivam esse oportet, et potentia talem, sed non illam esse, et similitudinem subire cum sensu, ut quemadmodum sese habet ad sensibilia sensus, sic se habeat ad intelligibilia intellectus. Quare necesse est ipsum, quum universa intelligat, non mixtum esse, sicut Anaxagoras dixit, ut superet atque vincat, id est, ut cognoscat atque percipiat; alienum namque, quum apparet juxta, prohibet atque sejungit. Quo fit ut neque ulla sit ipsius natura, nisi ea solum qua possibilis est. Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur (dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima et existimat), nihil est actu prorsus eorum quæ sunt, antea quam intelligat ipse. Quocirca neque cum corpore ipsum mixtum esse consentaneum est rationi..... Factus autem unumquodque, perinde atque is qui dicitur actu sciens, quod quidem tum accidit, quum ipse per seipsum operari potest, est quidem et tunc quodam modo potentia, sed non perinde ut erat antea quam

« c. 9). » Ex quo dat intelligere quod anima per se cognoscit seipsam quasi præsentem, non quasi ab aliis distinctam; unde et in hoc dicit alios errare quod animam non distinxerunt ab illis quæ sunt ab ipsa diversa. Per hoc autem quod scitur de re quid est, scitur res prout est ab aliis distincta; unde et diffinitio, quæ signat quid est res, distinguit diffinitum ab omnibus aliis. Non igitur voluit Augustinus quod anima de se cognoscat quid est per seipsam.

Nec Aristoteles hoc voluit; dicit enim (de Anima, III, c. 4) quod intellectus pos-

cet intellect se connaît par une espèce intelligible, au moyen de laquelle il se trouve placé en acte dans le genre des êtres intelligibles; mais, considéré en lui-même, il est seulement en puissance pour l'*être* intelligible. Or, nul être n'est connu parce qu'il est en puissance, mais parce qu'il est en acte. C'est pourquoi les substances séparées, dont les substances sont comme à l'état d'être actuel dans le genre des intelligibles, connaissent leurs natures par leurs propres substances, tandis que notre intellect possible connaît la sienne par une espèce intelligible qui le rend actuellement intelligent. Aussi Aristote s'appuie-t-il sur l'opération même de connaître pour prouver qu'il est dans la nature de l'intellect possible d'être sans mélange et indestructible, comme nous l'avons déjà observé [liv. II, ch. 62] (4).

Ainsi donc, dans le sens de saint Augustin, notre âme se connaît elle-même, en tant qu'elle sait qu'elle existe; car, par là même qu'elle a conscience de son action, elle a conscience de son existence, et comme elle agit par elle-même, elle connaît par elle-même qu'elle existe. La connaissance que l'âme a d'elle-même lui fait donc connaître aussi les substances séparées, mais cette dernière connaissance se borne à savoir qu'elles sont, sans découvrir quelles elles sont; ce qui serait la même chose que comprendre leurs substances. Nous ne saurions, en effet, arriver par aucun moyen à découvrir ce que nous savons des substances séparées, soit par la démonstration, soit par l'enseigne-

didicisset, vel invenisset; atque tunc etiam seipsum intelligere potest.... Est etiam intelligibilis et ipse, ut intelligibilia cuncta. Nam in hisce quidem quæ sine materia sunt, intelligens et id quod intelligitur idem est; etenim idem est contemplativa scientia et id quod sub scientiam cadit..... In iis autem quæ materiam habent unumquodque intelligibilium potentia est. Quare illis quidem non inerit intellectus; nam intellectus talium potentia sine materia est; ipse autem intelligibilis rationem subibit (Arist. *De anima*, III, c. 4).

(4) Voyez la note 3 qui précède.

---

sibilis intelligit se sicut alia; intelligit enim se per speciem intelligibilem, qua fit actu in genere intelligibilium; in se enim consideratus, est solum in potentia ad esse intelligibile. Nihil autem cognoscitur secundum quod est in potentia, sed secundum quod est in actu; unde substantiæ separatæ, quarum substantiæ sunt ut aliquid actu ens in genere intelligibilium, de se intelligunt quid sunt per suas substantias; intellectus vero possibilis noster per speciem intelligibilem, per quam fit actu intelligens. Unde et Aristoteles (de Anima, III, c. 4) ex ipso intelligere demonstrat naturam intellectus possibilis, scilicet quod sit immixtus et incorruptibilis, ut ex præmissis (l. II, c 62) patet.

Sic igitur, secundum intentionem Augustini, mens nostra per seipsam novit seipsam, in quantum de se cognoscit quod est; ex hoc enim ipso quod percipit se agere, percipit se esse; agit autem per seipsam; unde per seipsam de se cognoscit quod est. Sic ergo et de substantiis separatis anima, cognoscendo seipsam, cognoscit quia sunt, non autem quid sunt, quod est earum substantias intelligere. Quum enim de substantiis

ment de la foi, c'est-à-dire que ce sont de certaines substances intellectuelles, si notre âme ne connaissait pas par elle-même ce que c'est qu'un être intellectuel; par où l'on voit que la connaissance que nous avons de l'intelligence qui est dans notre âme est nécessairement le principe sur lequel repose tout ce que nous savons des substances séparées. Cependant on aurait tort de conclure de ce que nous pouvons découvrir par les sciences spéculatives la nature de notre âme, que ces mêmes sciences nous feront également découvrir quelle est la nature des substances séparées; car l'acte de notre intelligence qui nous fait voir ce qu'est notre âme est à une très grande distance de l'intelligence d'une substance séparée. Cette connaissance de la nature de notre âme peut toutefois nous amener à apercevoir en quelque manière le genre éloigné des substances séparées; mais ce n'est pas là connaître leurs substances. De même aussi que nous savons par notre âme elle-même qu'elle existe, parce que nous avons la perception de ses actes et que nous recherchons, d'après ses actes et les objets auxquels elle s'attache et par les principes des sciences spéculatives, quelle est sa nature, de même nous connaissons ce qui est dans notre âme, c'est-à-dire les puissances [ou facultés] et les habitudes (5), parce que nous en saisissons les actes et nous jugeons de leur nature sur le caractère des actes qui en découlent.

(5) Qui tiennent le milieu entre la puissance ou faculté et l'acte.

---

separatis hoc quod sint intellectuales quædam substantiæ cognoscamus, vel per demonstrationem vel per fidem, neutro modo hanc cognitionem accipere possemus, nisi hoc ipsum quod est intellectuale anima nostra ex seipsa cognosceret; unde et scientia de intellectu animæ oportet uti ut principio ad omnia quæ de substantiis separatis cognoscimus. Non autem oportet quod, si per scientias speculativas possumus pervenire ad sciendum de anima quid est, possimus ad sciendum quid est de substantiis separatis per hujusmodi scientias devenire; nam intelligere nostrum, per quod pervenimus ad sciendum de anima nostra quid est, multum est remotum ab intelligentia substantiæ separatæ. Potest tamen, per hoc quod scitur de anima nostra quid est, perveniri ad sciendum aliquod genus remotum substantiarum separatarum; quod non est earum substantias intelligere. Sicut autem de anima scimus quia est per seipsam, in quantum ejus actus percipimus, quid autem sit inquirimus ex actibus et objectis per principia scientiarum speculativarum, ita etiam de his quæ sunt in anima nostra, scilicet potentiis et habitibus, scimus quidem quia sunt, in quantum actus percipimus; quid vero sint, ex ipsorum actuum qualitate invenimus.

CHAPITRE XLVII.

Il nous est impossible, dans cette vie, de voir Dieu par son essence.

Si, durant cette vie, il ne nous est pas possible de connaître les substances séparées à cause du besoin naturel que notre intelligence a des images, nous sommes beaucoup plus incapables encore, dans notre condition présente, de voir l'essence divine, qui surpasse toutes les substances séparées.

Nous en avons une preuve en ce que plus notre esprit s'élève dans la contemplation des choses spirituelles et plus il se détache des objets sensibles. Or, la substance de Dieu est le dernier terme de la contemplation. Donc l'esprit a besoin, pour voir la substance divine, d'être complétement affranchi des sens corporels par la mort ou dans l'extase. Aussi l'Écriture fait dire à Dieu ces paroles : *Aucun homme ne me verra et vivra* [Exod., XXXIII, 20].

Si les livres saints rapportent que plusieurs personnages ont vu Dieu, cette vision ne peut consister que dans la perception d'images, et même de corps, et c'était simplement une manifestation de la vertu divine qui révélait sa présence au moyen de certaines apparences corporelles extérieurement sensibles ou formées à l'intérieur dans l'imagination, ou encore la connaissance intelligible de Dieu acquise par des substances spirituelles.

Quelques passages de saint Augustin semblent nous contredire et

---

CAPUT XLVII.

Quod non possumus in hac vita videre Deum per essentiam.

Si autem substantias separatas in hac vita intelligere non possumus propter connaturalitatem intellectus nostri ad phantasmata, multo minus in hac vita divinam essentiam videre possumus, quæ transcendit omnes substantias separatas.

Hujus autem signum hinc etiam accipi potest quia, quanto magis mens nostra ad contemplanda spiritualia elevatur, tanto magis abstrahitur a sensibilibus. Ultimus autem terminus quo contemplatio pertingere potest est divina substantia. Unde oportet mentem quæ divinam substantiam videt totaliter a corporeis sensibus esse absolutam, vel per mortem vel per aliquem raptum. Hinc est quod dicitur ex persona Dei : *Non videbit me homo, et vivet* (*Exod.*, XXXIII, 20).

Quod autem in sacra Scriptura aliqui Deum vidisse dicuntur, oportet intelligi hoc fuisse per aliquam imaginariam visionem seu etiam corporalem, prout scilicet per aliquas corporeas species, vel exterius apparentes vel interius formatas in imaginatione, divinæ virtutis præsentia demonstrabatur, vel etiam secundum quod aliquæ spirituales substantiæ aliquam cognitionem de Deo intelligibilem perceperunt.

Difficultatem autem afferunt quædam

prouver que pendant cette vie nous pouvons comprendre Dieu lui-même.

Il s'exprime ainsi dans son traité *De la Trinité* [liv. IX, ch. 7] : « Nous « apercevons, par une vue de l'esprit, dans la vérité éternelle, d'où « procèdent toutes les créatures qui sont dans le temps, la forme qui « est le type de notre existence et d'après laquelle nous réalisons nos « opérations en nous-mêmes ou dans les corps, suivant la vérité et « conformément à la règle. De là vient cette notion vraie des choses « que nous possédons en nous comme un verbe et que nous engen- « drons par le discours. » — On lit aussi dans ses *Confessions* [liv. XII, ch. 25] : « Quand nous voyons l'un et l'autre que ce que vous dites « est vrai, et aussi l'un et l'autre que ce que je dis est vrai, où le « voyons-nous? Assurément ce n'est pas en vous que je le vois, et ce « n'est pas en moi que vous le voyez. Nous le voyons tous deux dans « l'immuable vérité qui domine nos esprits. » — Il dit encore que nous jugeons toutes choses d'après la vérité divine (1) ; — et ailleurs, qu'il faut connaître tout d'abord la vérité même, par laquelle on peut ensuite connaître ces choses (2) ; et il semble désigner ainsi la vérite divine. On peut donc conclure de ses paroles que nous voyons Dieu lui-même, qui est sa propre vérité, et que par lui nous connaissons les

(1) Satis apparet supra mentem nostram esse legem incommutabilem, quæ veritas dicitur. Nec sane illud ambigendum est incommutabilem illam naturam quæ supra rationalem animam sit Deum esse, et ibi esse primam vitam et primam essentiam ubi est prima sapientia ; nam hæc est illa incommutabilis veritas, quæ lex omnium artium recte dicitur et ars omnipotentis artificis (*De vera religione*, c. 31).

(2) C'est-à-dire Dieu et l'âme. — RATIO. Quid veritatem non vis comprehendere? — AUGUSTINUS. Quasi vero possim hæc nisi per illam cognoscere. — R. Ergo prius ipsa cognoscenda est per quam possunt illa cognosci. — A. Nihil abnuo. — R. Primo itaque illud videamus. Quum duo verba sint veritas et verum, utrum tibi etiam res duæ istis verbis significari, an una videatur? — A. Duæ res videntur ; nam ut aliud est castitas, aliud castum, et multa in hunc modum, ita credo aliud esse veritatem et aliud quod verum dicitur. — R. Quod horum duorum putas esse præstantius? — A. Veritatem opinor. Non enim casto castitas, sed castitate fit castum ; ita etiam, si quid verum est, veritate utique verum est (*Soliloq.*, I, c. 15).

---

verba Augustini, ex quibus videtur quod in hac vita possimus intelligere ipsum Deum.

Dicit enim quod « in illa æterna veri- « tate, ex qua temporalia facta sunt omnia, « formam secundum quam sumus et se- « cundum quam vel in nobis vel in cor- « poribus vera et recta ratione aliquid « operamur, visu mentis aspicimus, atque « inde conceptam rerum veracem notitiam « tanquam verbum apud nos habemus, et « dicendo intus gignimus (de Trinitate, IX, « c. 7). » — Dicit etiam : « Si ambo vi- « demus verum esse quod dicis, et ambo « videmus verum esse quod dico ; ubi, « quæso, id videmus? Nec ego utique in « te, nec tu in me ; sed ambo in ipsa, quæ « supra mentes nostras est, incommuta- « bili Veritate (Confess., XII, c. 25). » — Etiam dicit quod secundum veritatem divinam de omnibus judicamus (de Vera Religione, c. 31). — Dicit autem quod prius ipsa veritas cognoscenda est, per quam

autres êtres. — Il faut entendre dans le même sens cet autre passage du saint Docteur : « Il appartient à une raison plus élevée de juger les « choses corporelles d'après les types incorporels et éternels, qui ne « seraient certainement pas immuables s'ils n'étaient pas au-dessus « de l'esprit humain (3). » Or, ces types immuables et éternels ne peuvent être ailleurs qu'en Dieu, puisque Dieu seul est éternel, ainsi que la foi l'enseigne. Il paraît donc suivre de là que nous pouvons voir Dieu pendant cette vie, et que nous portons un jugement sur les autres êtres parce que nous le voyons lui-même et que nous apercevons en lui les types des choses.

Malgré tout cela cependant, il n'est pas croyable que saint Augustin, en s'exprimant de la sorte, ait réellement voulu dire que nous pouvons ici-bas connaître Dieu par son essence, puisque, dans son livre *De la vision de Dieu* adressé à Pauline, il professe le contraire.

Nous avons donc à rechercher de quelle manière, durant la vie présente, nous voyons cette vérité immuable ou ces types éternels, et comment nous partons de là pour porter un jugement sur les autres êtres.

(3) Possunt autem et pecora et sentire per corporis sensus extrinsecus corporalia, et ea memoriæ fixa reminisci atque in eis appetere conducibilia, fugere incommoda : verum ea notare ac non solum naturaliter rapta, sed etiam de industria memoriæ commendata retinere, et in oblivionem jamjamque labentia recordando atque cogitando rursus imprimere ; ut quemadmodum ex eo quod gerit memoria cogitatio formatur, sic et hoc ipsum quod in memoria est cogitatione firmetur : fictas etiam visiones, hinc atque inde recordata quælibet sumendo et quasi assuendo, componere, inspicere, quemadmodum in hoc rerum genere quæ verisimilia sunt discernantur a veris, non spiritualibus, sed ipsis corporalibus : hæc atque hujusmodi quamvis in sensibilibus atque in eis quæ inde animus per sensum corporis traxit agantur atque versentur, non sunt tamen rationis expertia, nec hominibus pecoribusque communia. Sed sublimioris rationis est judicare de istis corporalibus secundum rationes incorporales et sempiternas ; quæ nisi supra mentem humanam essent, incommutabiles profecto non essent ; atque his nisi subjungeretur aliquid nostrum, non secundum eas possemus judicare de corporalibus. Judicamus autem de corporalibus ex ratione dimensionum atque figurarum, quam incommutabiliter manere mens novit (*De Trinit.*, XII, c. 2).

---

possunt illa cognosci (Soliloq., I, c. 15); quod de veritate divina intelligere videtur. Videtur ergo, ex verbis ejus, quod ipsum Deum, qui sua veritas est, videamus, et per ipsum alia cognoscamus.

Ad idem etiam pertinere videntur verba ejusdem, quæ posuit, sic dicens : « Sublimioris « rationis est judicare de istis corpora« libus secundum rationes incorporales et « sempiternas ; quæ, nisi supra mentem « humanam essent, incommutabiles pro« fecto non essent (de Trinitate, XII, « c. 2). » Rationes autem incommutabiles et sempiternæ alibi quam in Deo esse non possunt, quum solus Deus, secundum fidei doctrinam, sit sempiternus. Videtur igitur sequi quod Deum in ista vita videre possimus ; et, per hoc quod eum et in eo rerum rationes videmus, de aliis judicamus.

Non est autem credendum quod Augustinus, in verbis præmissis, senserit quod in hac vita Deum per suam essentiam intelligere possimus, quum contrarium dicat in Libro de Videndo Deum ad Paulinam.

Saint Augustin accorde que la vérité est dans l'âme, et pour prouver l'immortalité de l'âme il apporte cette raison, que la vérité est éternelle (4). Or, la vérité n'est pas seulement dans l'âme de la manière que nous concevons Dieu présent par son essence dans tous les êtres, ni comme il est en eux par sa ressemblance ; en sorte que nous ne considérons une chose comme vraie qu'autant qu'elle approche de la ressemblance divine ; car il n'y a rien en cela qui mette l'âme au-dessus des autres êtres. Donc elle est plus spécialement présente à l'âme, en tant que cette dernière connaît la vérité. Donc, de même que nous estimons vrais, chacun suivant sa nature, les âmes et généralement tous les êtres, parce qu'ils sont formés à la ressemblance de cette nature souveraine, qui est la vérité essentielle, par la raison qu'elle est son *être* propre connu d'elle-même, ainsi ce que l'âme connaît est vrai, parce qu'il existe en elle quelque ressemblance de cette vérité divine connue de Dieu. C'est ce qui suggère à l'auteur de la Glose, à propos de ce texte des Psaumes : *Les vérités ont diminué parmi les enfants des hommes* [Ps. XI, 2], cette réflexion, que comme un seul visage se multiplie en se réfléchissant dans un miroir, de même une multitude de vérités émanées de la vérité première rejaillissent dans les esprits des hommes (5).

(4) R. Nemo ambiget veritatem anima nostra contineri. Quod si quælibet disciplina ita est in animo ut in subjecto inseparabiliter, nec interire potest veritas, quid quæso de animi perpetua vita, nescio qua mortis familiaritate, dubitamus?..... An disciplina non est in animo? — A. Quis hoc dixerit? — R. Sed forte potest intereunte subjecto id quod in subjecto est permanere? — A. Quando hoc mihi persuadetur. — R. Restat ut occidat veritas. — A. Unde fieri potest? — R. Immortalis est igitur anima. Jamjam crede rationibus tuis, crede veritati : clamat et in te sese habitare et immortalem esse (*Soliloq.*, II, c. 19).

(5) Veritas una est, qua illustrantur animæ sanctæ; sed quoniam multæ sunt animæ, in ipsis multæ veritates dici possunt, sicut ab una facie multæ in speculis imagines apparent (S. Aug., *Enarrat. in Psalmos*).

Qualiter igitur illam incommutabilem veritatem vel istas rationes æternas in hac vita videamus, et secundum eam de aliis judicemus, inquirendum est.

Veritatem quidem in anima esse ipse Augustinus confitetur; unde ab æternitate veritatis immortalitatem animæ probat (Soliloq., II, c. 19). Non solum autem sic veritas est in anima sicut Deus per essentiam in rebus omnibus dicitur, neque sicut in rebus omnibus est per suam similitudinem, prout unaquæque res in tantum dicitur vera in quantum ad Dei similitudinem accedit; non enim in hoc anima rebus aliis præfertur. Est ergo speciali modo in anima, in quantum veritatem cognoscit. Sicut igitur animæ et res aliæ veræ quidem dicuntur in suis naturis, secundum quod similitudinem illius summæ naturæ habent quæ est ipsa veritas, quum sit suum intellectum esse, ita id quod per animam cognitum est verum est, in quantum illius divinæ veritatis, quam Deus cognoscit, similitudo quædam exsistit in ipsa. Unde et Glossa super illud Psalmistæ : *Diminutæ sunt veritates a filiis hominum* (*Psalm.* XI, 2) dicit quod, sicut ab una facie resultant multæ facies in speculo, ita ab una prima veritate

Quoique plusieurs individus connaissent et regardent comme vraies des choses diverses, il en est cependant quelques-unes dont la vérité est unanimement admise par tous les hommes : tels sont les premiers principes renfermés dans l'intelligence tant spéculative que pratique; et cela vient de ce que la vérité divine se trouve universellement représentée dans tous les esprits par une sorte d'image. Donc, quand nous disons que l'âme aperçoit tout dans la vérité divine et dans les types éternels des choses, et que sur ce fondement reposent les jugements qu'elle porte sur tout ce qui existe, cela veut dire que tout ce qu'elle connaît avec certitude, elle le voit renfermé dans ces principes qu'elle analyse en elle-même, et d'après lesquels elle apprécie tout ce qui l'affecte. Nous sommes d'accord sur ce point avec ce que dit saint Augustin, que nous voyons dans la vérité divine les types des sciences, de même que nous apercevons les êtres visibles dans la lumière du soleil, et il est bien certain que nous ne voyons pas ces objets dans le corps même du soleil, mais en vertu de la lumière qui est la ressemblance de la clarté de cet astre répandue dans l'air et dans les corps analogues (6).

Il ressort donc de ce texte de saint Augustin que, durant cette vie, nous voyons Dieu, non pas dans sa substance, mais seulement comme dans un miroir; et l'Apôtre juge de même la connaissance propre à notre condition actuelle lorsqu'il dit : *Nous voyons maintenant dans un miroir* [I Cor., XIII, 12](7). Quoique l'âme humaine se rapproche plus de Dieu

(6) Intelligibilis Deus est; intelligibilia sunt illa disciplinarum spectamina; tamen plurimum differunt. Nam et terra visibilis et lux; sed terra nisi luce collustrata videri non potest. Ergo et illa quæ in disciplinis traduntur, quæ quisquis verissima esse concedit, credendum est non posse intelligi nisi ab alio, quasi sole suo, illustrentur, scilicet Deo, qui ut sol est, intelligitur et cætera facit intelligi (*Soliloq.*, I, c. 8).

(7) Videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum (*I Cor.*, XIII, 12). — On ne peut mieux exprimer la différence entre la connaissance que nous avons actuellement de Dieu et la vision de Dieu qui fera notre bonheur dans l'éternité.

resultant multæ veritates in mentibus hominum.

Quamvis autem diversa a diversis cognoscantur et credantur vera, tamen quædam sunt vera in quibus omnes homines concordant, sicut sunt prima principia intellectus tam speculativi quam practici, secundum quod universaliter in mentibus hominum divinæ veritatis quasi quædam imago resultat. In quantum ergo quælibet mens quidquid per certitudinem cognoscit in his principiis intuetur, secundum quæ de omnibus judicatur, facta resolutione in ipsa, dicitur omnia in divina veritate vel in rationibus æternis videre et secundum eas de omnibus judicare. Et hunc sensum confirmant verba Augustini qui dicit (Soliloq. I, c. 8) quod scientiarum spectamina videntur in divina veritate, sicut visibilia in lumine solis; quæ constat non videri in ipso corpore solis, sed per lumen, quod est similitudo solaris claritatis, in aere et similibus corporibus relicta.

Ex his ergo verbis Augustini non habe-

que les créatures inférieures, sous le rapport de la ressemblance, la connaissance de Dieu, telle qu'elle convient à l'esprit de l'homme, ne sort cependant pas du genre de la connaissance qui vient des êtres sensibles, puisqu'elle connaît elle-même sa propre essence d'après la nature de ces êtres [ch. 46]. Donc la connaissance de Dieu acquise par cette voie n'est pas supérieure à la connaissance de la cause par son effet (8).

CHAPITRE XLVIII.

La félicité suprême de l'homme n'est pas dans cette vie.

1o Si le souverain bonheur de l'homme ne consiste ni dans cette connaissance de Dieu que tous ou du moins le plus grand nombre possèdent, et qui se borne à une sorte d'appréciation confuse; ni dans la connaissance de Dieu acquise par voie de démonstration dans l'étude des sciences spéculatives; ni dans la connaissance de Dieu qui vient de la foi, ainsi que nous l'avons précédemment démontré [ch. 38-40]; — si d'ailleurs nous sommes incapables, durant la vie présente, de nous élever à une notion plus parfaite et de le connaître par son essence, ou du moins d'avoir des autres substances séparées une telle connaissance qu'elles nous servent de moyen pour connaître

(8) S. Thomas a déjà prouvé, dans le premier livre (ch. 3), que l'on ne peut établir l'existence de Dieu que par la démonstration *a posteriori*, c'est-à-dire en remontant des effets sensibles à la cause invisible.

---

tur quod Deus videatur secundum suam substantiam in hac vita, sed solum sicut in speculo; quod et Apostolus de cognitione hujus vitæ confitetur, dicens : *Videmus nunc per speculum* (I *Cor.*, XIII, 12). Quod etsi mens humana de propinquiori Dei similitudinem repræsentet quam inferiores creaturæ, tamen cognitio Dei quæ ex mente humana accipi potest non excedit illud genus cognitionis quod ex sensibilibus sumitur, quum et ipsa de seipsa cognoscat quid est per hoc quod naturas sensibilium intelligit, ut dictum est (c. 46); unde nec per hanc viam cognosci Deus altiori modo potest quam sicut cognoscatur causa per effectum.

CAPUT XLVIII.

Quod ultima felicitas hominis non sit in hac vita.

1o Si ergo humana felicitas ultima non consistat in cognitione Dei qua communiter ab omnibus vel pluribus cognoscitur secundum quamdam æstimationem confusam; neque iterum in cognitione Dei qua cognoscitur per viam demonstrationis in scientiis speculativis; neque in cognitione Dei qua cognoscitur per fidem, ut in superioribus (c. 38-40) est ostensum : — non autem est possibile in hac vita ad altiorem Dei cognitionem pervenire ut per essentiam cognos-

Dieu, comme se rapprochant de lui davantage [ch. 41-46] ; — puisque l'homme ne peut trouver le souverain bonheur que dans une certaine connaissance de Dieu [ch. 37], il en faut conclure que le souverain bonheur ne saurait être dans cette vie.

2° La fin dernière de l'homme apaise si bien son désir naturel, quand il l'a atteinte, qu'il ne recherche plus rien au-delà; car s'il se portait vers une autre chose, il ne jouirait pas encore d'une fin dans laquelle il pût se reposer. Or, personne ne peut arriver à ce point durant la vie présente; car plus on connaît et plus le désir de connaître s'accroît. La nature nous fait éprouver à tous ce désir tant que notre science n'est pas devenue universelle, et jamais un pur homme n'a eu ici-bas une science aussi étendue, puisque, dans la condition où nous sommes, il nous est impossible de comprendre les substances séparées, qui sont intelligibles au plus haut degré [ch. 41-46]. Donc le souverain bonheur de l'homme ne peut être dans cette vie.

3° Tout être qui se porte vers une fin désire naturellement la stabilité et le repos dans cette fin, et il en résulte qu'un corps ne peut sortir que par un mouvement violent et contraire à son appétit d'un lieu vers lequel il se dirige en vertu de sa nature. Or, le bonheur est la fin dernière que l'homme désire naturellement. Donc le désir naturel de l'homme tend à jouir de la stabilité dans le bonheur. Donc si quelqu'un ne rencontre pas, en même temps que le bonheur, une stabilité qui empêche tout changement, il n'est pas encore heureux, puisqu'il ressent toujours le même désir naturel. Donc celui qui trouve le bonheur trouve également la stabilité et le repos. De là vient que tous con-

---

catur, vel saltem ita quod aliæ substantiæ separatæ intelligantur ut ex his possit Deus quasi de propinquiori cognosci, ut ostensum est (c. 41-46); — oportet autem in aliqua Dei cognitione felicitatem ultimam poni, ut supra (c. 37) ostensum est, impossibile est quod in hac vita sit ultima hominis felicitas.

2° Item, Ultimus finis hominis terminat ejus naturalem appetitum ita quod, eo habito, nihil aliud quæritur; si enim adhuc movetur ad aliud, nondum habet finem in quo quiescat. Hoc autem in hac vita accidere non potest; quanto enim plus aliquis intelligit, tanto magis in eo desiderium intelligendi augetur; quod est omnibus naturale, nisi forte aliquis sit qui omnia intelligat, quod in hac vita nulli unquam accidit qui esset solum homo, nec est possibile accidere, quum in hac vita substantias separatas, quæ sunt maxime intelligibilia, cognoscere non possimus, ut ostensum est (c. 41-46). Non est igitur possibile ultimam hominis felicitatem in hac vita esse.

3° Adhuc, Omne quod movetur in finem desiderat naturaliter stabiliri et quiescere in illo; unde a loco quo corpus naturaliter movetur non recedit nisi per motum violentum, qui contrariatur appetitui. Felicitas autem est ultimus finis quem homo naturaliter desiderat. Est igitur hominis desiderium naturale ad hoc quod in felicitate stabiliatur. Nisi igitur cum felicitate pariter immobiliterque stabilitatem consequatur, nondum est felix, ejus desiderio naturali nondum quiescente. Quum igitur aliquis felicitatem consequitur, pariter stabilitatem

sidèrent le bonheur comme emportant avec lui la stabilité, et Aristote nous dit qu'il ne faut pas faire de l'homme heureux une sorte de caméléon (1). Or, il n'y a certainement dans cette vie aucune stabilité; car personne, si heureux qu'on le suppose, n'est à couvert des infirmités et de l'infortune, qui le détournent de l'opération dans laquelle on fait consister le bonheur, quelle que soit cette opération. Donc le souverain bonheur de l'homme ne peut être dans cette vie.

4° Il répugne à la raison d'admettre que la production d'un être demande beaucoup de temps et que la durée de cet être soit très courte; car, s'il en était ainsi, la nature serait privée de sa fin durant la plus grande partie du temps : aussi voyons-nous que les animaux qui ont la vie peu longue arrivent promptement à leur état parfait. Or, si la félicité consiste dans la perfection d'une opération qui procède d'une vertu parfaite, intellectuelle ou morale, l'homme ne saurait parvenir à la posséder qu'après un long temps. Cela est vrai, surtout s'il s'agit des sciences spéculatives, dans lesquelles nous plaçons le souverain bonheur de l'homme [ch. 37]; car c'est à peine si, dans les dernières années, il réussit à se perfectionner dans ces sciences, et alors il lui reste peu de jours à vivre. Donc l'homme ne peut trouver dans cette vie le souverain et parfait bonheur.

5° Tout le monde s'accorde à dire que la félicité est un bien par-

(1) Vivos beatos prædicare nolumus propter rerum commutationes, casuumque varietates, et quia beatitudinem quidem firmum quiddam et proprie immutabile esse existimemus, fortuna autem sæpe sese identidem convertens atque in orbem volvens, eosdem homines feriat. Perspicuum est enim, si fortunæ casus sequamur nos eumdem nunc beatum, nunc contra miserum sæpe esse dicturos, chamæleonta quemdam et parum stabili sede collocatum, virum beatum nostra oratione fingentes (Arist. *Ethic.*, I, c. 11).

---

et quietem consequitur; unde et omnium hæc est de felicitate conceptio quod de sui ratione stabilitatem requirat; propter quod Philosophus dicit (Ethic., I, c. 11) quod non æstimamus felicem chamæleonta quemdam. In vita autem ista non est aliqua certa stabilitas; cuilibet enim, quantumcumque felix dicatur, possibile est infirmitates et infortunia accidere, quibus impeditur ab operatione, quæcumque sit illa, in qua ponitur felicitas. Non igitur est possibile in hac vita esse ultimam hominis felicitatem.

4° Amplius, Inconveniens videtur et irrationabile quod tempus generationis alicujus rei sit magnum, tempus autem durationis ipsius sit parvum; sequeretur enim quod natura, in majori tempore, suo fine privaretur; unde videmus quod animalia quæ parvo tempore vivunt parvum etiam tempus ad hoc quod perficiantur habent. Si autem felicitas consistat in perfecta operatione secundum virtutem perfectam, vel intellectualem vel moralem, impossibile est eam advenire homini nisi post tempus diuturnum; et hoc maxime in speculativis apparet, in quibus ultima felicitas hominis ponitur, ut ex prædictis (c. 37) patet; nam vix in ultima ætate homo ad perfectam speculationem scientiarum pervenire potest; tunc autem, ut plurimum, modicum restat humanæ vitæ. Non est igitur possibile in hac vita ultimam hominis felicitatem esse perfectam.

5° Præterea, Felicitatem perfectum quoddam bonum omnes confitentur; alias appe-

fait, autrement elle ne mettrait pas un terme à l'appétit. Or, le bien parfait est celui qui est pur de tout mélange avec le mal, de même que le blanc parfait n'est aucunement mélangé de noir. Or, dans sa condition présente, l'homme ne peut être absolument exempt, non-seulement des incommodités du corps ou de la chair, telles que la faim, la soif, le froid et autres semblables, mais encore des maux de l'âme. Il n'est personne, en effet, qui, de temps à autre, ne soit agité par quelque passion désordonnée ; qui ne s'écarte quelquefois plus ou moins du juste milieu, où est la vertu ; qui ne se trompe en diverses circonstances, ou du moins ignore ce qu'il désirerait savoir, et même ne conçoive que faiblement et avec hésitation les choses qu'il voudrait connaître avec certitude. Donc nul n'est véritablement heureux ici-bas.

6° La mort inspire naturellement à l'homme de l'horreur et de la tristesse, non-seulement lorsqu'il la sent venir et cherche à l'éviter, mais encore quand il y pense. Or, il lui est impossible d'arriver durant cette vie à ne pas mourir. Donc il ne peut être heureux sur la terre.

7° La suprême félicité ne consiste pas dans une habitude, mais dans une opération; car l'habitude se termine à l'acte. Or, notre condition actuelle ne nous permet pas de continuer toujours la même action, quelle qu'elle soit. Donc l'homme ne peut être parfaitement heureux dans cette vie.

8° Plus on désire et on aime une chose, et plus aussi on ressent de douleur et de tristesse en la perdant. Or, on désire et on aime par dessus tout le bonheur. Donc la perte du bonheur cause la plus grande

---

titum non quietaret. Perfectum autem bonum est quod omnino caret admixtione mali, sicut perfectum album est quod est omnino impermixtum nigro. Non est autem possibile quod homo, in statu istius vitæ, omnino sit immunis a malis, non solum corporalibus sive carnalibus, quæ sunt fames, sitis, frigus et alia hujusmodi, sed etiam a malis animæ; nullus enim invenitur qui non aliquando inordinatis passionibus inquietetur; qui non aliquando prætereat medium, in quo virtus consistit, vel in plus vel in minus; qui non etiam in aliquibus decipiatur, vel saltem ignoret quæ scire desiderat, aut etiam debili opinione concipiat ea de quibus certitudinem habere vellet. Non est igitur aliquis in hac vita felix.

6° Adhuc, Homo naturaliter refugit mortem et tristatur de ipsa, non solum ut nunc, quum eam sentit et eam refugit, sed etiam quum eam recogitat. Hoc autem quod non moriatur homo non potest assequi in hac vita. Non est igitur possibile quod homo in hac vita sit felix.

7° Amplius, Felicitas ultima non consistit in habitu, sed in operatione; habitus enim propter actus sunt. Sed impossibile est in hac vita continue agere quamcumque actionem. Impossibile est igitur in hac vita hominem totaliter esse felicem.

8° Item, Quanto aliquid est magis desideratum et dilectum, tanto ejus amissio majorem dolorem et tristitiam affert. Felicitas autem maxime desideratur et amatur. Maxime igitur ejus amissio tristitiam habet.

tristesse. Or, si le souverain bonheur est dans cette vie, il nous sera certainement ravi, au moins par la mort; et il n'est pas assuré qu'il persévère jusqu'à la mort, puisque tout homme est sujet pendant sa vie à des maladies qui empêchent complétement l'exercice des vertus, comme la folie et d'autres analogues qui ôtent l'usage de la raison. Donc un tel bonheur sera toujours naturellement accompagné de tristesse. Donc ce n'est pas un bonheur parfait.

On nous répondra peut-être que, la félicité étant le bien propre de la nature intellectuelle, la vraie et parfaite félicité n'appartient qu'aux êtres en qui cette nature intellectuelle est dans sa perfection, c'est-à-dire aux substances séparées. Quant à l'homme, il la possède imparfaitement et par une sorte de participation; car il ne peut arriver à connaître pleinement la vérité que par le mouvement qu'il se donne en la recherchant, et il est absolument incapable de comprendre les êtres qui par nature sont intelligibles au plus haut degré [ch. 45]. C'est pourquoi, si l'on entend parler d'une félicité parfaite, tous les hommes ne peuvent pas en jouir, mais ils y participent à quelque degré, même pendant cette vie.

Tel paraît être le sentiment d'Aristote touchant le bonheur (2). Il

(2) Actiones virtuti consentaneæ beatitudinis dominæ sunt, miseriarum vero contrariæ..... Nulla enim in re humana tanta inest firmitudo, quanta in iis actionibus quæ cum virtute consentiunt; nam hæ vel scientiis ipsis stabiliores ac diuturniores esse videntur, atque harum ipsarum ut quæque plurimi est, ita diutissime permanet, propterea quod in eis maxime et assidue ætatem agunt beati; quæ videtur esse causa cur nunquam in oblivione deleantur. Inerit ergo in beato id quod quærimus, talisque in vita futurus est. Nam vel semper, vel omnium maxime ea et aget et animo cernet quæ cum virtute conjuncta sunt, fortunæque casus pulcherrime omnique ea parte et plane concinne feret, ut vere vir bonus et sine vituperatione quadratus..... Itaque si vitæ dominatum summamque adeo potestatem obtinent muneris functiones, ut diximus, nullus beatus ullo pacto miser esse potest. Nunquam enim quidquam aget odio dignum aut

---

Sed, si sit in hac vita ultima felicitas, certum est quod amittetur saltem per mortem; et non est certum utrum duratura sit usque ad mortem, quum cuilibet homini possibile sit in hac vita accidere morbos, quibus totaliter ab operatione virtutis impeditur, sicut phrenesim et alia hujusmodi, in quibus impeditur rationis usus. Semper igitur talis felicitas habebit tristitiam naturaliter annexam. Non erit igitur perfecta felicitas.

Potest autem aliquis dicere quod, quum felicitas sit bonum intellectualis naturæ, perfecta et vera felicitas est illorum in quibus natura intellectualis perfecta invenitur, id est in substantiis separatis. In hominibus autem invenitur imperfecta per modum participationis cujusdam; ad veritatem enim intelligendam plene, nonnisi per quemdam inquisitionis motum, pertingere possunt; et ad ea quæ sunt secundum naturam maxime intelligibilia, omnino deficiunt, sicut ex dictis (c. 45) patet. Unde nec felicitas, secundum suam perfectam rationem, potest omnibus hominibus adesse; sed aliquid ipsius participant etiam in hac vita.

Et hæc videtur fuisse sententia Aristotelis de felicitate; unde, in primo Ethico-

examine si l'infortune détruit le bonheur, et après avoir prouvé que la félicité consiste dans les actes de vertu qui paraissent avoir une durée plus longue dans cette vie, il conclut que ceux qui sont arrivés à ce degré de perfection sont heureux comme hommes sur la terre, non pas qu'ils possèdent absolument le bonheur, mais ils en jouissent dans la proportion qui convient à l'homme.

Nous allons démontrer que cette réponse ne détruit point nos arguments.

1° Quoique, dans l'ordre de la nature, l'homme soit inférieur aux substances séparées, il est supérieur aux créatures privées de raison. Donc il atteint sa fin dernière d'une manière plus parfaite que ces créatures. Or, les êtres sans raison arrivent si parfaitement à leur fin dernière qu'ils ne recherchent rien au-delà : par exemple, un corps pesant reste en repos lorsqu'il est dans son lieu propre ; le désir naturel [ou l'appétit sensitif] des animaux se calme quand ils éprouvent les délectations sensuelles. Donc, à plus forte raison, le désir naturel [ou appétit intellectuel] de l'homme sera satisfait dès l'instant où il sera en possession de sa fin dernière. Or, il ne peut arriver à ce terme pendant cette vie. Donc, ainsi que nous venons de le prouver, l'homme ne parvient pas sur la terre à ce bonheur qui constitue sa fin propre. Donc il doit l'obtenir au-delà de la vie présente.

2° Un désir naturel ne saurait être vain ; car la nature ne fait rien d'inutile. Or, tout désir naturel qui ne devrait jamais être comblé

improbum ; nam qui vere bonus et bene sanæ mentis est, cum putamus omnes fortunæ casus decenter et ex personæ suæ dignitate ferre, semperque ex iis quæ suppetunt res pulcherrimas agere..... Quod si ita est, profecto vir beatus nunquam miser ille quidem futurus est, etc. (Arist. *Ethic.*, I, c. 11).

---

rum (c. 11), ubi inquirit utrum infortunia tollant felicitatem, ostenso quod felicitas sit in operationibus virtutis quæ maxime permanentes in hac vita esse videntur, concludit illos quibus talis perfectio in hac vita quidem adest esse beatos ut homines, quasi non simpliciter ad felicitatem pertingentes, sed modo humano.

Quod autem prædicta responsio rationes præmissas non evacuet, ostendendum est.

1° Homo enim, etsi naturæ ordine substantiis separatis sit inferior, creaturis tamen irrationalibus superior est. Perfectiori igitur modo suum finem ultimum consequitur quam illa. Illa vero sic perfecte suum finem ultimum consequuntur quod nihil aliud quærunt ; grave enim, quum fuerit in suo *ubi*, quiescit ; animalia etiam quum fruuntur delectationibus secundum sensum, eorum naturale desiderium quietatur. Oportet igitur multo fortius quod, quum homo pervenerit ad suum finem ultimum, naturale ejus desiderium quietetur. Sed hoc non potest fieri in vita ista. Ergo homo non consequitur felicitatem, prout est finis proprius ejus, in hac vita, ut ostensum est. Oportet ergo quod consequatur post hanc vitam.

2° Adhuc, Impossibile est naturale desiderium esse inane ; natura enim nihil facit frustra. Esset autem inane naturæ desiderium, si

serait vain. Donc le désir naturel de l'homme peut être satisfait. Or, ce n'est pas dans cette vie. Donc il sera satisfait après cette vie. Donc l'homme trouve le souverain bonheur dans une autre vie.

3° Tant qu'un être progresse vers la perfection, il n'a pas encore atteint sa fin dernière. Or, le progrès que font les hommes dans la connaissance de la vérité est une sorte de mouvement continu et de tendance à la perfection; car, suivant la remarque du Philosophe, les fils ajoutent toujours des découvertes nouvelles aux découvertes de leurs pères (3). Donc la connaissance de la vérité n'établit pas les hommes dans un état qui est leur fin dernière. Donc, puisque le souverain bonheur de l'homme pendant cette vie consiste, ainsi qu'Aristote le prouve, dans les opérations spéculatives qui sont faites en vue de découvrir la vérité (4), il est faux que l'homme arrive à sa fin dernière durant la vie présente.

4° Tout ce qui est en puissance tend à passer à l'acte. Donc tant

(3) Non solum illis agendæ sunt gratiæ quorum opinionibus quis acquiescet, sed illis qui superficie tenus dixerunt. Conferunt enim aliquid etiam isti; habitum namque nostrum exercuerunt; si enim Timotheus non fuisset, multum melodiæ nequaquam habuissemus; si tamen Phrynis non exstitisset, ne Timotheus quidem. Simili modo et de illis est qui de veritate asseruerunt; a quibusdam enim alias accepimus opiniones; quidam vero ut hi fierent causa fuerunt. Recte autem se habet philosophiam scientiam veritatis appellare; speculativæ enim finis, veritas; practicæ autem, opus (Arist. *Metaph.*, II, c. 1).

(4) Quod si beatitudo muneris functio est virtuti consentanea, probabile est eam præstantissimæ virtuti esse consentaneam. Atque hæc fuerit ejus quod in homine est optimum. Sive igitur quidem hoc mens sit, sive aliud quippiam quod videtur imperare ac præesse debere natura, rerumque honestarum ac divinarum in sese notionem continere (sive divinum sit hoc ipsum, sive eorum quæ in nobis sunt divinissimum), hujus muneris functio ex propria virtute perfecta et absoluta erit beatitudo. Esse autem in contemplatione rerum positam, supra diximus..... Præstantissima enim hæc est muneris functio; nam et eorum quæ sunt in nobis, mens quiddam est longe optimum, et omnium quæ cognosci possunt, ea quæ mente complectimur longe sunt optima. Præterea vero et maxime assidua; nam res assidue contemplari magis quam quidvis agere possumus. Et quum beatitudini admixtam et quasi implicatam esse voluptatem arbitremur, tum omnium muneris functionum, quæ virtuti congruunt, eam quæ ex sapientia est jucundissimam esse omnes uno ore consentiunt (Arist. *Ethic.*, x, c. 7).

---

nunquam posset impleri. Est igitur implebile desiderium naturale hominis. Non autem in hac vita, ut ostensum est. Oportet igitur quod impleatur post hanc vitam. Est igitur felicitas ultima hominis post hanc vitam.

3° Amplius, Quamdiu aliquid movetur ad perfectionem, nondum est in ultimo fine. Sed omnes homines cognoscendo veritatem semper se habent ut moti et tendentes ad perfectionem, quia illi qui sequuntur semper inveniunt alia ab illis quæ a prioribus inventa sunt, sicut dicitur in secundo Metaphysicorum (c. 1). Non igitur homines in cognitione veritatis sic se habent quasi in ultimo fine exsistentes. Quum igitur in speculatione, per quam quæritur cognitio veritatis, maxime videatur ultima hominis felicitas in hac vita consistere, sicut etiam ipse Aristoteles probat (Ethic., x, c. 7), impossibile est dicere quod homo in hac vita ultimum finem suum consequatur.

qu'un être n'est pas entièrement en acte, il n'a pas encore atteint sa fin dernière. Or, notre intelligence est en puissance pour connaître toutes les formes des choses, et son acte se réalise lorsqu'elle en connaît quelqu'une. Donc elle n'arrivera à son acte complet et à sa fin dernière que quand elle connaîtra au moins tous les êtres matériels. Or, l'homme ne peut en venir à ce point par l'étude des sciences spéculatives, qui sont pour nous, dans cette vie, le moyen de connaître la vérité. Donc le souverain bonheur de l'homme ne saurait être dans la vie actuelle.

Pressés par ces raisons et d'autres semblables, Alexandre et Averrhoès ont imaginé que le souverain bonheur de l'homme ne consiste pas dans la connaissance humaine acquise par les sciences spéculatives, mais dans son union avec une substance séparée, qu'ils croyaient possible dès cette vie. Quant à Aristote, comme il voyait bien que l'homme ne possède pas ici-bas d'autre connaissance que celle qui lui vient des sciences spéculatives, il en conclut que sa félicité n'est pas parfaite, mais proportionnée à sa nature (5).

Cela nous fait suffisamment voir dans quel embarras se trouvaient ces esprits si distingués. Pour nous, nous en sortirons aisément en

(5) Ei qui vivit, si actio, multoque magis si effectio adimatur, quid præter contemplationem relinquitur? Quocirca Dei muneris functio ea quæ beatitudinem antecellit, in contemplatione consistere reperietur. Ergo et humanarum functionum ut quæque huic simillima est, ita ad beatam vitam constituendam plurimum valet. Huic quinetiam argumento est quod cætera animalia, quæ tali muneris functione orbata sunt, beatitudine quoque excluduntur. Diis enim immortalibus omnis vita beata est; hominibus autem quatenus simulacrum aliquod talis functionis habent. Reliquorum vero animalium beate vivit nullum, quoniam nulla est eis contemplationis communitas. Quam longe igitur lateque funditur et permanet contemplatio, et in quibus magis inest contemplandi assiduitas, ii sunt beatiores; neque id ex eventu, sed ex contemplatione. Ea enim per se magni pretii est magnoque honore decoranda. Itaque beatitudo erit contemplatio quædam (Arist. *Ethic.*, x, c. 8).

4° Præterea, Omne quod est in potentia intendit exire in actum. Quamdiu igitur non est ex toto factum in actu, non est in suo fine ultimo. Intellectus autem noster est in potentia ad omnes formas rerum cognoscendas; reducitur autem in actum quum aliquam earum cognoscit. Ergo non erit ex toto in actu nec in ultimo suo fine, nisi quando omnia saltem ista materialia cognoverit. Sed hoc non potest homo assequi per scientias speculativas, quibus in hac vita veritatem cognoscimus. Non est igitur possibile quod ultima felicitas hominis sit in hac vita.

Propter has autem et hujusmodi rationes, Alexander et Averrhoes posuerunt ultimam felicitatem hominis non esse in cognitione humana quæ est per scientias speculativas, sed per continuationem cum substantia separata, quam esse credebant possibilem homini in hac vita. Quia vero Aristoteles vidit (Ethic., x, c. 8) quod non est alia cognitio hominis in hac vita quam per scientias speculativas, posuit hominem non consequi felicitatem perfectam, sed suo modo.

In quo satis apparet quantam angustiam patiebantur hinc inde eorum præclara ingenia; a quibus angustiis liberabimur, si ponamus, secundum probationes præmissas,

admettant, comme nous l'avons prouvé, que l'homme peut trouver le bonheur après cette vie, puisque son âme est immortelle ; et alors son âme connaîtra de la manière que nous avons indiquée pour les substances séparées [liv. II, ch. 96 et suiv.]. Donc le souverain bonheur de l'homme après cette vie consistera en ce que son âme connaîtra Dieu comme le connaissent les substances séparées. — C'est pour cela que le Seigneur nous promet *une récompense dans les cieux* [Matth., V, 12]; et l'Évangile nous dit que les saints *seront comme les anges* [ibid., XXII, 30], qui *voient Dieu continuellement dans le ciel* [ibid., XVIII, 10].

CHAPITRE XLIX.

Les substances séparées ne voient pas Dieu dans son essence, quoiqu'elles le connaissent par leurs essences propres.

Il nous faut examiner maintenant s'il suffit au souverain bonheur des substances séparées et de l'âme, après la mort, de connaître Dieu par leurs essences.

Pour résoudre cette question selon la vérité, nous allons d'abord démontrer que ce mode de connaissance ne fait pas pénétrer l'essence divine. En effet :

1° On connaît la cause par son effet [de différentes manières : — Premièrement, en s'attachant à l'effet, comme au moyen qui prouve que la cause existe et qu'elle est telle; et c'est ainsi que l'on procède

---

homines ad veram felicitatem post hanc vitam pervenire posse, anima hominis immortali exsistente ; in quo statu anima intelliget per modum quo intelligunt substantiæ separatæ, sicut ostensum est (l. II, c. 96 et seqq.). Erit igitur ultima felicitas hominis in cognitione Dei quam habet humana mens post hanc vitam per modum quo ipsum cognoscunt substantiæ separatæ. — Propter quod Dominus *mercedem in cœlis* nobis promittit (*Matth.*, V, 12), et Matthæus dicit quod sancti *erunt sicut Angeli* (XXII, 30), qui *vident Deum semper in cœlis*, ut dicitur (*Matth.*, XVIII, 10).

CAPUT XLIX.

Quod substantiæ separatæ non vident Deum per essentiam, ex hoc quod cognoscunt eum per suas essentias.

Oportet autem inquirere utrum hæc ipsa cognitio, qua substantiæ separatæ et animæ post mortem cognoscunt Deum per suas essentias, sufficiat ad ipsarum ultimam felicitatem.

Ad cujus veritatis indagationem primo ostendendum est, quod per talem modum cognitionis non cognoscitur divina essentia.

dans les sciences qui démontrent la cause par l'effet. — Secondement, lorsque l'on voit la cause dans l'effet lui-même, parce que la ressemblance de sa cause se trouve reproduite en lui : par exemple, l'image d'un homme le fait apercevoir dans un miroir. Cette seconde manière diffère de la première, en ce que dans la première il y a deux connaissances, celle de l'effet et celle de la cause, et l'une produit l'autre; car l'effet connu fait connaître sa cause, au lieu que dans la seconde la perception est unique, puisqu'en voyant l'effet on voit en lui sa cause. — Troisièmement, quand la ressemblance de la cause qui existe dans l'effet est la forme par laquelle l'effet connaît sa cause : c'est ce qui arriverait en supposant qu'un meuble fût doué d'intelligence et qu'il connût par sa forme l'art d'où procède telle forme ou sa ressemblance. — On ne peut connaître la nature de la cause par l'effet d'aucune de ces trois manières, à moins que l'effet ne soit égal à la cause et que la vertu de la cause ne paraisse tout entière en lui. Quant aux substances séparées, elles connaissent Dieu par leurs propres substances, comme on connaît la cause par l'effet; cependant ce n'est pas de la première manière, parce que leur connaissance serait discursive, mais suivant la seconde, en tant que l'une voit Dieu dans une autre, et aussi suivant la troisième, en tant que chacune voit Dieu en elle-même. Or, nulle d'entre elles n'est un effet qui égale la vertu de Dieu [liv. II, ch. 26 et 27]. Donc ce mode de connaissance ne peut leur faire voir l'essence divine.

3° La ressemblance intelligible au moyen de laquelle on connaît

---

1° Contingit enim ex effectu causam cognoscere multipliciter : — Uno modo, secundum quod effectus sumitur ut medium ad cognoscendum de causa quod sit et quod talis sit, sicut accidit in scientiis, quæ causam demonstrant per effectum. — Alio modo, ita quod in ipso effectu videatur causa, in quantum similitudo causæ resultat in effectu, sicut homo videtur in speculo propter suam similitudinem. Et differt hic modus a primo; nam in primo sunt duæ cognitiones, effectus et causæ, quarum una est alterius causa; nam cognitio effectus est causa quod cognoscatur causa ejus; in modo autem secundo una est visio utriusque; simul enim dum videtur effectus, videtur et causa in ipso. — Tertio modo, ita quod similitudo causæ in effectu sit forma qua cognoscit causam suus effectus; sicut si arca haberet intellectum, et per formam suam cognosceret artem a qua talis forma velut ejus similitudo processit. — Nullo autem istorum modorum per effectum potest cognosci causa quid est, nisi sit effectus causæ adæquatus, in quo tota virtus causæ exprimatur. Substantiæ autem separatæ cognoscunt Deum per suas substantias, sicut causa cognoscitur per effectum; non autem primo modo, quia sic eorum cognitio esset discursiva, sed secundo modo, in quantum una videt Deum in alia, et tertio modo, in quantum quælibet earum videt Deum in seipsa. Nulla autem earum est effectus adæquans virtutem Dei, ut ostensum est (l. II, c. 26 et 27). Non est igitur possibile quod, per hunc modum cognitionis, ipsam divinam essentiam videant.

2° Amplius, Similitudo intelligibilis per quam intelligitur aliquid secundum suam substantiam oportet quod sit ejusdem speciei,

une chose sous le rapport de la substance est nécessairement de la même espèce que cette chose, ou plutôt elle est son espèce, comme la forme de la maison qui est dans l'esprit de l'architecte est de la même espèce, ou plutôt est l'espèce même de la forme de la maison réalisée dans la matière; car ce n'est pas par l'espèce de l'homme que l'on peut connaître la nature de l'âne ou du cheval. Or, la nature d'une substance séparée n'appartient ni à la même espèce ni au même genre que la nature divine [liv. I, ch. 25]. Donc nulle substance séparée ne peut connaître la substance divine par sa propre nature.

3° Tout être créé est compris dans un genre ou dans une espèce. Or, l'essence divine est infinie et renferme en elle toute la perfection de l'*être* [l. I, ch. 43 et 28]. Il est donc impossible de voir la substance divine au moyen de ce qui est créé.

4° Toute espèce intelligible par laquelle on connaît la quiddité ou l'essence d'une chose comprend cette chose dans la représentation qu'elle en donne ; c'est pourquoi nous appelons *termes*, *raisons* et *définitions* les discours qui expliquent ce qu'est une chose. Or, aucune des ressemblances créées n'est capable de représenter Dieu complétement, puisque chacune d'elles appartient à un genre déterminé, et qu'il n'en est pas ainsi de Dieu [liv. I, ch. 25]. Donc on ne peut arriver, au moyen d'une ressemblance créée, à connaître la substance divine.

5° La substance de Dieu est son *être* [liv. I, c. 22]. Or, l'*être* des substances séparées est distinct de leur substance [liv. II, c. 52]. Donc l'essence d'une substance séparée n'est pas un milieu dans lequel elle puisse voir Dieu par son essence.

---

vel magis species ejus, sicut forma domus quæ est in mente artificis est ejusdem speciei cum forma domus quæ est in materia, vel potius species ejus; non enim per speciem hominis intelligitur de asino vel equo quid est. Sed ipsa natura substantiæ separatæ non est idem specie cum natura divina; quin imo nec genere, ut ostensum est (l. I, 25). Non est igitur possibile quod substantia separata intelligat divinam substantiam per propriam naturam.

3° Item, Omne creatum ad aliquod genus vel speciem terminatur. Divina autem essentia est infinita, comprehendens in se omnem perfectionem totius esse, ut ostensum est (l. I, c. 43 et 28). Impossibile est igitur quod per aliquod creatum divina substantia videatur.

4° Præterea, Omnis intelligibilis species per quam intelligitur quidditas vel essentia alicujus rei comprehendit in repræsentando rem illam; unde et orationes signantes quod quid est *terminos* et *rationes* et *diffinitiones* vocamus. Impossibile est autem quod aliqua similitudo creata totaliter Deum repræsentet, quum quælibet similitudo creata sit alicujus generis determinati, non autem Deus, ut ostensum est (l. I, c. 25). Non igitur est possibile quod per aliquam similitudinem creatam divina substantia intelligatur.

5° Amplius, Divina substantia est suum esse, ut ostensum est (l. I, c. 22). Ipsum autem esse substantiæ separatæ est aliud quam sua substantia, ut probatum est (l. II, c. 52). Essentia igitur substantiæ

Les substances séparées connaissent cependant par leur substance que Dieu existe, qu'il est la cause universelle, qu'il domine tout, et se tient à une grande distance, non-seulement de tout être réel, mais encore de tout ce qu'une intelligence créée est capable de concevoir. Nous pouvons acquérir nous-mêmes, jusqu'à un certain point, cette connaissance de Dieu; car nous savons, par les effets qu'il a produits, que Dieu existe, qu'il est la cause des êtres distincts de lui, qu'il les domine tous et ne se confond avec aucun; et c'est là le dernier terme et le degré le plus avancé de notre connaissance pendant cette vie. C'est ce qui fait dire à saint Denys que nous nous unissons à Dieu comme à un être inconnu; et cela est vrai, puisque nous savons ce que Dieu n'est pas et nous ignorons complétement ce qu'il est (1). Aussi l'Écriture exprime bien la privation où nous sommes de cette connaissance si sublime, lorsqu'elle dit que *Moïse s'approcha du nuage dans lequel était Dieu* [Exod., xx, 21]. Mais comme une nature moins noble touche à ce qu'il y a d'inférieur dans une nature plus excellente par ce qu'elle a en elle de plus élevé, cette connaissance, dans les substances séparées, doit surpasser la nôtre, et nous en pouvons donner plusieurs raisons.

1° L'existence de la cause est plus évidente selon que l'effet connu se rapproche d'elle davantage et la représente plus fidèlement. Or, les

(1) Ad Dei cognitionem, qui est supra cognitionem, pervenimus per ablationem, seu negationem omnium imperfectionum et limitum; non secus ac qui statuam nativam efformant auferentes a lapide omnia quæ circumposita claram formæ latentis visionem impediunt, ablatione sola genuinam ejus occultam pulchritudinem manifestant. Sic oportet ut ab extremis ad prima ascendentes omnia removeamus, ut revelate cognoscamus illam Dei incognoscibilitatem (S. Dionys. *De mystica theologia*, c. 2). — Saint Thomas, dans le chapitre 14 du premier livre de cet ouvrage, prouve aussi que, pour arriver à connaître Dieu, il faut procéder par voie de *négation*.

---

separatæ non est sufficiens medium quo Deus per essentiam suam videri possit.

Cognoscit tamen substantia separata per suam substantiam de Deo quia est, et quod est omnium causa et eminens omnibus et remotus ab omnibus, non solum quæ sunt, sed etiam quæ mente creata concipi possunt. Ad quam etiam cognitionem de Deo nos utcumque pertingere possumus; per effectus enim de Deo cognoscimus quia est, et quod causa aliorum est et aliis supereminens et ab omnibus remotus; et hoc est ultimum et perfectissimum nostræ cognitionis in hac vita. Unde Dionysius dicit (de Myst. Theol., c. 2) quod Deo quasi ignoto conjungimur; quodquidem contingit dum de Deo quid non sit cognoscimus, quid vero sit penitus manet ignotum. Unde et, ad hujus sublimissimæ cognitionis ignorantiam demonstrandam, de Moyse dicitur quod *accessit ad caliginem in qua erat Deus* (*Exod.*, xx, 21). Quia vero natura inferior in sui summo nonnisi ad infimum superioris naturæ attingit, oportet quod hæc cognitio ipsa sit eminentior in substantiis separatis quam in nobis; quod per singula patet.

1° Nam quanto propinquior et expressior alicujus causæ effectus cognoscitur, tanto evidentius apparet de causa ejus quod sit. Substantiæ autem separatæ, quæ per se-

substances séparées, qui connaissent Dieu par elles-mêmes, sont plus près de Dieu comme effets et lui ressemblent beaucoup plus que les effets qui nous servent de moyens pour connaître Dieu. Donc les substances séparées savent avec plus de certitude et d'évidence que nous que Dieu existe.

2° Puisque l'on parvient à acquérir à quelque degré la propre connaissance d'un être en procédant par voie de négation [ch. 39], plus sont nombreuses et rapprochées d'elle les choses qu'une intelligence sait être étrangères à un autre être, et plus elle est près de le connaître tel qu'il est : par exemple, celui qui sait que l'homme n'est ni inanimé ni insensible est plus près de le connaître tel qu'il est que celui qui sait seulement qu'il n'est pas un être inanimé, bien qu'ils ignorent tous les deux la nature de l'homme. Or, la science des substances séparées, qui sont plus rapprochées de Dieu, est beaucoup plus étendue que la nôtre, et, par conséquent, leur intelligence éloigne de Dieu plus de choses que nous ne le pouvons faire et des choses qui les touchent davantage. Donc elles sont plus près que nous de la connaissance propre de Dieu, et cependant en se connaissant elles-mêmes elles ne voient pas l'essence divine.

3° On connaît d'autant mieux combien un être est élevé, que l'on voit dans une plus grande élévation ceux au-dessus desquels on le sait placé : ainsi, quoique un paysan sache que le roi est le plus grand personnage du royaume, comme il connaît seulement quelques-uns de ses officiers d'un grade inférieur avec qui il est en rapport, il n'apprécie pas aussi bien l'éminence de cette position que celui qui sait que le roi vient avant tous les princes dont il connaît les rangs, sup-

---

ipsas Deum cognoscunt, sunt propinquiores effectus et expressius Dei similitudinem gerentes quam effectus per quos nos Deum cognoscimus. Certius ergo sciunt substantiæ separatæ et clarius quam nos quod Deus est.

2° Rursus, Quum per negationes ad propriam cognitionem rei quoquo modo perveniatur, ut supra (c. 39) dictum est, quanto plura et magis propinqua quis ab aliquo remota esse cognoverit, tanto magis ad propriam cognitionem ipsius accedit; sicut magis accedit ad propriam hominis cognitionem qui scit eum non esse neque inanimatum neque insensibilem quam qui scit solum eum non esse inanimatum, licet neuter sciat de homine quid sit. Substantiæ autem separatæ plura cognoscunt quam nos, ut quæ sunt Deo magis propinquæ, et per consequens suo intellectu plura et magis propinqua a Deo removent quam nos. Magis igitur accedunt ad propriam ipsius cognitionem quam nos, licet nec ipsæ, per hoc quod seipsas intelligunt, divinam essentiam videant.

3° Item, Tanto aliquis alicujus altitudinem magis novit quanto altioribus scit eum esse prælatum; sicut, etsi rusticus sciat regem summum esse in regno, quia tamen non cognoscit nisi quosdam regni infimos officiales cum quibus aliquid habet negotii, non ita cognoscit regis eminentiam sicut aliquis qui omnium principum regni dignitatem novit, quibus scit regem esse præ-

posé qu'ils ne comprennent ni l'un ni l'autre la grandeur de la dignité royale. Or, nous ne connaissons que certains êtres et des plus vils. Donc, quoique nous sachions que Dieu domine tout ce qui existe, nous avons une idée moins complète de son excellence que les substances séparées, dont la connaissance embrasse les êtres les plus nobles, et qui voient que Dieu leur est supérieur à tous.

4° Plus les effets que l'on connaît comme procédant d'une cause sont nombreux et considérables, et plus, évidemment, est exact le jugement que l'on porte sur l'étendue de sa causalité et de sa vertu. D'où il suit clairement que les substances séparées connaissent mieux que nous quelles sont la causalité de Dieu et sa puissance, quoique nous n'ignorions pas qu'il est la cause de tous les êtres.

CHAPITRE L.

Le désir naturel des substances séparées n'est pas satisfait par la connaissance qu'elles ont naturellement de Dieu.

La connaissance de Dieu, telle que nous venons de la définir, est incapable de satisfaire le désir naturel des substances séparées. En effet :

1° Tout ce qui est imparfait dans une espèce tend à arriver à la per-

---

latum, quamvis neuter altitudinem regiæ dignitatis comprehendat. Nos autem non scimus nisi quædam infima entium. Licet ergo sciamus Deum omnibus entibus eminere, non tamen ita cognoscimus eminentiam divinam sicut substantiæ separatæ, quibus altissimi rerum ordines noti sunt et [quæ] eis omnibus superiorem Deum esse cognoscunt.

4° Ulterius, Manifestum est quod causalitas alicujus causæ et virtus ejus tanto magis cognoscitur quanto plures et majores ejus effectus innotescunt Ex quo manifestum fit quod substantiæ separatæ causalitatem Dei et ejus virtutem magis cognoscunt quam nos, licet nos omnium entium eum esse causam sciamus.

CAPUT L.

Quod, in naturali cognitione quam habent substantiæ separatæ de Deo, non quiescit earum naturale desiderium.

Non potest autem esse quod in tali Dei cognitione quiescat naturale desiderium substantiæ separatæ.

1° Omne enim quod est imperfectum in aliqua specie desiderat consequi perfectionem illius speciei ; qui enim habet opinionem de re aliqua, quæ imperfecta illius rei est notitia, ex hoc ipso incitatur ad desiderandum illius rei scientiam. Prædicta autem cognitio quam substantiæ separatæ habent de Deo, non cognoscentes ipsius

5° On a tort d'avancer, dans la cinquième objection, que, Dieu étant infini, il est impossible de voir sa substance. Il n'est pas infini par privation, comme une quantité; car rationnellement on ignore un infini de cette espèce, parce que c'est en quelque sorte une matière sans la forme qui est le principe de la connaissance, puisque la forme est la fin et le terme de la chose; mais Dieu est infini dans le sens négatif, en sa qualité de forme subsistante par elle-même et non limitée par une matière qui en est le sujet; et c'est surtout cet infini qui est intelligible par lui-même [ou essentiellement].

6° Pour répondre à la dernière difficulté, nous disons que nous ne concevons pas la proportion qui donne à une intelligence créée la puissance de connaître Dieu comme une sorte de mesure proportionnelle qui s'applique à tous les deux, mais nous exprimons par ce terme toute aptitude d'une chose relativement à une autre, par exemple, de la matière pour la forme ou de la cause pour l'effet. En nous arrêtant à ce sens, rien n'empêche qu'il n'y ait entre la créature et Dieu une proportion qui consiste dans l'aptitude du sujet intelligent par rapport à l'objet connu, de même que cette aptitude existe pour l'effet et sa cause.

---

pletur et proportionaliter suam substantiam intelligit; ex quo patet solutio tertiæ rationis.

4° Quarta vero solvitur per hoc quod visio divinæ substantiæ omnem naturalem virtutem excedit, ut ostensum est (c. 52); unde et lumen quo intellectus creatus perficitur ad divinæ substantiæ visionem oportet esse supernaturale.

5° Neque autem divinæ substantiæ visionem impedire potest quod Deus dicitur esse infinitus, ut quinta ratio proponebat. Non enim dicitur infinitus privative, sicut quantitas; hujusmodi enim infinitum rationabiliter est ignotum, quia est quasi materia carens forma, quæ est principium cognitionis (finis enim et terminus est forma); sed dicitur infinitus negative, quasi forma per se subsistens, non limitata per materiam recipientem; unde quod sic est infinitum maxime cognoscibile est secundum se.

5° Proportio autem intellectus creati est quidem ad Deum intelligendum, non secundum commensurationem aliquam proportione exsistente, sed secundum quod proportio significat quamcumque habitudinem unius ad alterum, vel materiæ ad formam vel causæ ad effectum; sic enim nihil prohibet esse proportionem creaturæ ad Deum secundum habitudinem intelligentis ad intellectum, sicut et secundum habitudinem effectus ad causam. Unde patet solutio sextæ objectionis.

CHAPITRE LV.

L'intelligence créée ne comprend pas l'essence divine.

1° Si l'efficacité du principe actif détermine l'intensité de l'action, ainsi que nous le prouve le calorique, qui donne plus de chaleur en s'accumulant davantage, le degré de la connaissance doit être en proportion de l'efficacité de son principe. Or, la lumière [surnaturelle] est sous quelque rapport le principe de la connaissance de Dieu, puisque c'est elle qui élève l'intelligence créée jusqu'à la vision de la substance divine. Donc le degré de la vision divine se mesure sur la vertu de cette lumière. Or, la vertu de la lumière surnaturelle est bien inférieure à la clarté qui est dans l'intelligence de Dieu; car la clarté de l'intelligence divine est infinie, et cette lumière, ayant pour sujet une substance finie, est elle-même finie. Donc on ne parviendra jamais, au moyen de cette lumière, à voir la substance de Dieu aussi parfaitement que la voit l'intelligence divine. Or, l'intelligence divine voit cette substance aussi parfaitement qu'elle est visible; car la vérité de la substance de Dieu et la clarté de l'intelligence divine sont égales, et même elles ne font qu'une seule chose. Donc aucune intelligence créée ne peut voir avec cette lumière la substance de Dieu aussi parfaitement qu'elle est susceptible d'être vue. Or, tout ce qu'un être intelligent comprend, il le connaît aussi parfaitement que cet objet est susceptible d'être connu. Celui,

---

CAPUT LV.

Quod intellectus creatus non comprehendit divinam essentiam.

1° Quia vero cujuslibet actionis modus sequitur efficaciam activi principii (magis enim calefacit cujus calor virtuosior est), oportet quod etiam modus cognitionis sequatur efficaciam principii cognoscendi. Lumen autem prædictum est quoddam divinæ cognitionis principium, quum per ipsum elevetur intellectus creatus ad divinam substantiam videndam. Oportet igitur quod modus divinæ visionis commensuretur virtuti prædicti luminis. Lumen autem prædictum multum deficit in virtute a claritate divini intellectus, quum claritas divini intellectus sit infinita, lumen autem istud finitum, quia recipitur in substantia finita. Impossibile est igitur quod, per hujusmodi lumen, ita perfecte divina substantia videatur sicut eam videt intellectus divinus. Intellectus autem divinus substantiam illam videt ita perfecte sicut perfecte visibilis est; veritas enim divinæ substantiæ et claritas intellectus divini sunt æqualia; imo magis sunt unum. Impossibile est igitur quod intellectus creatus per lumen prædictum videat divinam substantiam ita perfecte sicut perfecte est visibilis. Omne autem quod comprehenditur ab aliquo cognoscente cognoscitur ab eo ita perfecte sicut cognoscibile est; qui enim novit quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quasi opinabile quoddam probabili ratione,

par exemple, qui admet cette proposition : le triangle a trois angles égaux à deux angles droits, comme une opinion probable, parce qu'elle a pour elle l'autorité des savants, ne la comprend pas encore ; mais celui-là seul la comprend qui la connaît comme objet de la science, au moyen de la cause. Donc nulle intelligence créée ne comprend la substance divine.

2° Une vertu finie est incapable d'étendre son opération à un objet infini tout entier. Or, la substance divine est un objet infini comparativement à toute intelligence créée, puisque toute intelligence créée se trouve limitée par une espèce déterminée. Il est donc impossible que la vision d'une intelligence créée s'étende à la substance divine tout entière, en sorte qu'elle la voie aussi parfaitement qu'elle est susceptible d'être vue. Donc nulle intelligence créée ne pourra la comprendre.

3° L'action de l'agent est d'autant plus parfaite qu'il participe plus parfaitement à la forme qui est le principe de l'opération. Or, la forme intelligible, au moyen de laquelle on voit la substance divine, n'est autre que l'essence même de Dieu; et quoique cette essence devienne la forme de l'intelligence créée, cette intelligence ne l'appréhende pas autant que cela pourrait se faire. Donc elle ne la voit pas aussi parfaitement qu'elle est visible. Donc une intelligence créée ne peut comprendre la substance divine.

4° L'objet compris ne dépasse pas les limites du sujet qui le comprend. Si donc une intelligence créée comprenait la substance divine, la substance divine ne dépasserait pas les limites de cette intelligence; ce qui répugne. Donc toute intelligence créée est dans l'impossibilité de comprendre la substance divine.

---

quia sic a sapientibus dicitur, nondum hoc comprehendit, sed solum ille qui novit hoc quasi quoddam scibile per medium quod est causa. Impossibile est igitur quod intellectus creatus divinam substantiam comprehendat.

2° Adhuc, Virtus finita non potest adæquare in sua operatione objectum infinitum. Substantia autem divina quoddam infinitum est, per comparationem ad omnem intellectum creatum, quum omnis intellectus creatus sub certa specie terminetur. Impossibile est igitur quod visio alicujus intellectus creati adæquet in videndo divinam substantiam, scilicet ita perfecte ipsam videndo sicut visibilis est. Nullus igitur intellectus creatus ipsam comprehendere poterit.

3° Amplius, Omne agens in tantum perfecte agit in quantum perfecte participat formam, quæ est operationis principium. Forma autem intelligibilis qua divina substantia videtur est ipsa divina essentia; quæ etsi fiat forma intellectus creati, non tamen intellectus creatus capit ipsam secundum totum posse. Non igitur ita perfecte ipsam videt sicut ipsa visibilis est; non ergo comprehenditur ab intellectu creato.

4° Item, Nullum comprehensum excedit terminos comprehendentis. Si igitur intellectus creatus divinam substantiam comprehenderet, divina substantia non excederet

En affirmant que l'intelligence créée voit la substance divine sans cependant la comprendre, nous n'entendons pas qu'elle voit une partie de cette substance et que l'autre lui reste cachée, puisque la substance de Dieu est absolument simple, mais cela signifie que l'intelligence créée ne la voit pas aussi parfaitement qu'elle peut être vue. Nous disons dans le même sens que celui qui émet une opinion connaît une conclusion démonstrative et ne la comprend pas, parce qu'il n'en a pas une connaissance parfaite, c'est-à-dire la science véritable, quoiqu'il n'en ignore aucune partie.

CHAPITRE LVI.

La vision de Dieu ne donne à aucune intelligence créée la perception de tou ce qui peut être vu dans l'essence divine.

Il est clair, par toutes ces raisons, que l'intelligence créée, tout en s'élevant à la vision de la substance divine, ne connaît cependant pas tout ce qui peut être connu par cette substance. En effet :

1° Tel principe étant connu, on ne connaît nécessairement par lui tous les effets qu'il produit que si l'intelligence le comprend réellement; car on connaît dans toute son étendue la vérité inhérente à un principe, parce qu'on a la connaissance de tous les effets qui découlent de lui comme de leur cause. Or, par l'essence divine on connaît les

---

limites intellectus creati; quod est impossibile. Impossibile est igitur quod intellectus creatus divinam substantiam comprehendat.

Non autem sic dicitur quod divina substantia ab intellectu creato videtur, non tamen comprehenditur, quasi aliquid ejus videatur et aliquid non videatur, quum divina substantia sit simplex omnino, sed quia non ita perfecte ab intellectu creato videtur sicut visibilis est; per quem modum dicitur opinans conclusionem demonstrativam cognoscere, sed non comprehendere, quia non perfecte ipsam cognoscit, scilicet per modum scientiæ, licet nulla pars ejus sit quam non cognoscat.

CAPUT LVI.

Quod nullus intellectus creatus, videndo Deum, videt omnia quæ per divinam essentiam videri possunt.

Ex hoc autem apparet quod intellectus creatus, etsi divinam substantiam videat, non tamen omnia cognoscit quæ per divinam substantiam cognosci possunt.

1° Tunc enim solum necesse est quod, cognito aliquo principio, omnes ejus effectus cognoscantur per ipsum, quando principium comprehenditur intellectu; sic enim principium aliquod secundum suam totam virtutem cognoscitur, quoniam omnes ejus effectus cognoscuntur qui causantur ex ipso. Per

autres êtres, de même que l'effet par sa cause. Donc, puisque l'intelligence créée ne peut connaître la substance divine de manière à la comprendre, il ne s'ensuit pas nécessairement, de ce qu'il la voit, qu'il aperçoit aussi tout ce qui peut être connu par elle.

2° A mesure que l'intelligence s'élève, sa connaissance s'étend, soit quant au nombre des êtres, soit quant à leurs natures. Or, l'intelligence divine l'emporte sur toute intelligence créée. Donc elle connaît beaucoup plus de choses que n'importe quelle intelligence créée. Or, l'intelligence divine connaît seulement parce qu'elle voit son essence [liv. I, ch. 46]. Donc les choses susceptibles d'être connues par l'essence divine dépassent en nombre celles que peut connaître, par cette même essence, une intelligence créée, quelle qu'elle soit.

3° On apprécie l'étendue d'une vertu d'après les choses sur lesquelles elle peut s'exercer. Donc connaître tous les objets auxquels s'étend une vertu, c'est connaître la vertu elle-même. Or, la vertu [ou puissance] de Dieu étant infinie, une intelligence créée ne peut pas plus la comprendre que son essence [ch. 55]. Donc cette intelligence est également incapable de connaître tous les objets sur lesquels peut s'exercer la vertu divine. Or, c'est par l'essence divine que peuvent être connus tous ces objets qui dépendent de la vertu de Dieu ; car Dieu connaît tout et seulement par son essence [liv. I, ch. 46]. Donc l'intelligence créée qui voit la substance de Dieu n'appréhende pas pour cela tout ce qui pourrait être vu dans la substance divine.

4° Aucune faculté de connaître ne connaît un être que sous le rapport qui constitue son objet propre : le sens de la vue, par exemple.

---

divinam autem essentiam alia cognoscuntur sicut cognoscitur effectus ex causa. Quum igitur intellectus creatus non possit divinam substantiam cognoscere sic quod ipsam comprehendat, non est necessarium quod, videndo ipsam, omnia videat quæ per ipsam cognosci possunt.

2° Item, Quanto aliquis intellectus est altior, tanto plura cognoscit, vel secundum rerum multitudinem vel secundum earumdem plures rationes. Intellectus autem divinus excedit omnem intellectum creatum. Plura igitur cognoscit quam intellectus aliquis creatus. Non autem cognoscit aliquid, nisi per hoc quod suam essentiam videt, ut ostensum est (l. I, c. 46). Plura igitur sunt cognoscibilia per essentiam divinam quam aliquis intellectus creatus per ipsam videre possit.

3° Adhuc, Quantitas virtutis attenditur secundum ea in quæ potest. Idem igitur est cognoscere omnia in quæ potest aliqua virtus et ipsam virtutem comprehendere. Divinam autem virtutem, quum sit infinita, non potest aliquis creatus intellectus comprehendere, sicut nec essentiam ejus, ut probatum est (c. 55). Neque igitur intellectus creatus potest cognoscere omnia in quæ divina virtus potest. Omnia autem in quæ divina virtus potest sunt per essentiam divinam cognoscibilia; omnia enim cognoscit Deus, et nonnisi per essentiam suam (l. I, c. 46). Non igitur intellectus creatus, videns divinam substantiam, videt omnia quæ in Dei substantia videri possunt.

4° Amplius, Nulla virtus cognoscitiva cognoscit rem aliquam, nisi secundum rationem proprii objecti; non enim visu cogno-

ne saisit que la couleur dans la chose. Or, selon Aristote, la quiddité ou la substance est l'objet propre de l'intelligence (1). Donc l'intelligence ne connaît rien comme appartenant à une chose, que parce qu'elle connaît la substance même de la chose; et c'est pour cette raison que nous prenons pour principe de démonstration la *quiddité* toutes les fois que nous voulons découvrir les propres accidents d'un être, ainsi qu'Aristote l'observe (2). Si l'intelligence arrive à la connaissance d'une chose au moyen des accidents, selon la doctrine du Philosophe, qui enseigne que les accidents contribuent pour beaucoup à faire découvrir la *quiddité* (3), cet effet est accidentel, et provient de ce que la connaissance qui est dans l'intelligence tire son origine de l'un des sens. On arrive ainsi, par la connaissance des accidents sensibles, à connaître la substance, et, par conséquent, cela ne peut avoir lieu dans les sciences mathématiques, mais seulement dans

(1) Quum aliud sit magnitudo, aliud magnitudinis esse; et aliud aqua, aliud aquæ esse, et in aliis itidem multis (non enim universis hic modus accommodatur, sed sunt in quibus hæc ipsa sunt eadem, non diversa), aut alia sane, aut parte quidem eadem, sed aliter sese habente carnem et esse carnis (mens) discernit; caro namque non est sine materia, sed perinde atque simum, hoc est in hoc. Sensitiva igitur parte calidum discernit et frigidum, quorum quædam est ratio caro; alia vero esse carnis discernit aut separabili, aut sese habente ad seipsam, perinde atque sese habet quum extensa fuerit linea flexa. Rursus in hisce quæ in abstractione consistunt eadem esse videntur; rectum enim se habet ut simum; est enim ipsum cum continuo semper. Quod si quidditas sit diversa, aliud est profecto esse recti, aliud ipsum rectum, ut ibi; fit enim dualitas. Quare fit ut hæc etiam alia, vel alio modo sese habente parte discernat (Arist. *De anima*, III, c. 4).

(2) Nunquam earum rerum quæ aut per se insunt, aut alteri accidunt, perfectam scientiam quisque assecutus est per solam definitionem..... Siquidem omnis definitio eo pertinet ut quid res sit atque essentiam declaret; demonstrationes autem omnes non quid res sit concludunt, sed ante demonstrationem id positum ac perceptum esse debet (Arist. *Poster. Analytic.*, II, c. 3).

(3) Non solum ipsius *quid est* cognitio conferre videtur ad perspicendas eorum causas quæ substantiis accidunt, ut in mathematicis confert quid est rectum et quid curvum, vel quid linea, quid superficies, ad cognoscendum quot rectis anguli trianguli sint æquales; nam ipsum *quid est* omnis est principium demonstrationis, sed e converso etiam accidentia magnam afferunt opem ad illud percipiendum. Nam quum per imaginationem de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus, reddere possumus, tum aliquid etiam de substantia dicere poterimus optime. Quare patet eas omnes definitiones disserendi modo vaneque dictas et assignatas esse, quibus non fit ut accidentia percipiantur, aut de ipsis conjectura facilis habeatur (Arist. *De anima*, I, c. 1).

---

scimus aliquid, nisi in quantum est coloratum. Proprium autem objectum intellectus est quod quid est, id est substantia rei, ut dicitur in tertio de Anima (c. 4). Igitur quidquid intellectus de aliqua re cognoscit, cognoscet per cognitionem substantiæ illius rei; unde, in qualibet demonstratione per quam innotescunt nobis propria accidentia, principium accipimus quod quid est, ut dicitur in secundo libro Posteriorum Analyticorum (c. 3). Si autem substantiam alicujus rei intellectus cognoscat per accidentia, sicut dicitur in primo de Anima (c. 1) quod accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, hoc est per accidens, in quantum cognitio intellectus oritur a sensu; et sic per sensibilium accidentium cognitionem oportet ad

l'ordre naturel. Donc tout ce que renferme une chose et que l'intelligence ne peut connaître par sa substance reste nécessairement ignoré de cette dernière. Or, la connaissance que l'on a de la substance d'un être doué de volonté ne suffit pas pour découvrir ce qu'il veut; car la volonté ne se porte pas vers son objet d'une manière purement naturelle, et c'est pour cela que nous considérons comme deux principes actifs distincts la volonté et la nature. Donc aucune intelligence ne peut découvrir ce que veut cet être doué de volonté, si ce n'est par certains effets, comme, par exemple, si nous voyons quelqu'un agir volontairement, nous savons ce qu'il veut; ou par la cause, et Dieu connaît ainsi nos volitions, de même que les autres effets qu'il produit, parce qu'il est la cause qui nous fait vouloir; ou bien encore parce qu'une personne déclare à une autre ce qu'elle veut, en lui exprimant par la parole le désir qu'elle éprouve. Donc, puisque beaucoup de choses dépendent de la simple volonté de Dieu, ainsi que nous l'avons déjà prouvé [liv. II, ch. 27] et que nous le démontrerons plus clairement encore, l'intelligence créée qui voit la substance de Dieu ne connaît pas pour cela tout ce que Dieu voit par son essence.

On nous objectera peut-être que la substance de Dieu est supérieure à tout ce qu'il peut faire, connaître ou vouloir en dehors de lui, et que, par conséquent, si une intelligence créée est capable de voir la substance de Dieu, elle sera capable, à plus forte raison, de connaître tout ce que Dieu connaît, veut ou fait par lui-même.

Si l'on examine attentivement cette question, on verra qu'il y

---

substantiæ intellectum pervenire; propter quod hoc non habet locum in mathematicis, sed in naturalibus tantum. Quidquid igitur est in re quod non potest cognosci per cognitionem substantiæ ejus, oportet esse intellectui ignotum. Quid autem velit aliquis volens non potest cognosci per cognitionem substantiæ ipsius; nam voluntas non tendit in sua volita omnino naturaliter; propter quod voluntas et natura duo principia activa ponuntur. Non potest igitur aliquis intellectus cognoscere quid volens velit, nisi forte per aliquos effectus, sicut, quum videmus aliquem voluntarie operantem, scimus quid voluerit; aut per causam, sicut Deus voluntates nostras, sicut et alios suos effectus, cognoscit per hoc quod est nobis causa volendi; aut per hoc quod aliquis alteri suam voluntatem insinuat, ut quum aliquis suum affectum loquendo exprimit. Quum igitur multa ex simplici Dei voluntate dependeant, ut partim ex superioribus (l. II, c. 27) patet et adhuc erit amplius manifestum, intellectus creatus, etsi Dei substantiam videat, non tamen omnia cognoscit quæ Deus per suam essentiam videt.

Potest autem aliquis contra prædicta objicere quod Dei substantia est aliquid majus quam omnia quæ ipse facere vel intelligere vel velle potest præter seipsum; unde, si intellectus creatus Dei substantiam videre potest, multo magis possibile est quod omnia cognoscat quæ Deus per seipsum vel intelligit vel vult vel facere potest.

Sed, si diligenter consideretur, non est ejusdem rationis aliquid cognosci in seipso et in sua causa; quædam enim in seipsis

a de la différence entre connaître une chose en elle-même et la connaître dans sa cause ; car il en est quelques-unes qui sont susceptibles d'être connues facilement en elles-mêmes, et que cependant on connaît difficilement dans leurs causes. Il est donc vrai que la connaissance de la substance divine l'emporte sur celle de tout objet qui n'est pas elle et qui peut être connu en lui-même. La connaissance est plus parfaite lorsqu'elle embrasse la substance divine et fait voir en elle tous les effets qu'elle produit, que si l'on connaît seulement la substance sans voir en elle ses effets. Or, on peut voir la substance divine sans la comprendre; mais il est impossible, sans la comprendre, d'arriver par elle à l'intelligence et à la connaissance de toutes choses, ainsi que nous venons de l'établir.

CHAPITRE LVII.

Les intelligences de tout degré peuvent participer à la vision de Dieu.

Puisqu'il faut une lumière surnaturelle pour élever l'intelligence créée à la vision de la substance divine [ch. 53], aucune intelligence créée n'est assez avilie par sa nature pour être incapable de cette vision. En effet :

1° Nous avons vu [ch. 54] que cette lumière n'entre dans la nature d'aucune créature, et qu'en raison de sa vertu elle dépasse la portée de tout être créé. Or, la diversité des natures ne constitue pas un

---

de facili cognoscibilia sunt, quæ tamen in suis causis non de facili cognoscuntur. Verum est igitur quod majus est intelligere divinam substantiam quam quidquid aliud præter ipsam quod in seipso cognosci potest. Perfectioris autem cognitionis est cognoscere divinam substantiam, et in ea ejus effectus videre, quam cognoscere divinam substantiam sine hoc quod videantur effectus in ipsa. Et hoc quidem quod divina substantia videatur, absque comprehensione ipsius fieri potest; quod autem omnia per ipsam intelligi possint et cognoscantur, hoc absque comprehensione non potest accidere, ut ex prædictis apparet.

CAPUT LVII.

Quod omnis intellectus cujuscumque gradus particeps esse potest divinæ visionis.

Quum autem ad visionem divinæ substantiæ intellectus creatus quodam supernaturali lumine sublimetur, ut patet ex dictis (c. 53), non est aliquis intellectus creatus ita secundum naturam infimus qui non ad hanc visionem possit elevari.

1° Ostensum est enim (c. 54) quod lumen illud non potest esse alicui creaturæ connaturale, sed omnem creaturam excedit secundum virtutem. Quod autem fit virtute

obstacle pour l'effet qui est produit par une vertu surnaturelle, puisque la puissance de Dieu est infinie: ainsi, lorsqu'un malade recouvre miraculeusement la santé, il importe peu que sa maladie soit grave ou légère. Donc la différence des degrés de la nature intellectuelle n'empêche pas que les derniers des êtres qui participent à cette nature ne parviennent à jouir de la vision divine avec le secours de la lumière surnaturelle.

2° Il y a une distance infinie, sous le rapport de la perfection et de la bonté, entre Dieu et l'intelligence la plus élevée dans l'ordre de la nature intellectuelle, et la distance qui sépare la première et la dernière des intelligences est limitée. Or, du fini au fini une distance infinie répugne. Donc la distance qui existe entre la moins noble et la plus excellente des intelligences créées n'est presque rien, comparée à la distance qui éloigne de Dieu l'intelligence créée la plus sublime. Or, une chose qui est comme rien ne peut pas sensiblement varier: par exemple, la distance du centre de la terre à notre œil n'est presque rien par rapport à la distance qui est de notre œil à la huitième sphère, près de laquelle la terre n'est qu'un point (1); aussi les astronomes ne s'éloignent pas d'une manière sensible de la vérité lorsque, dans leurs démonstrations, ils considèrent notre œil comme le centre de la terre. Donc il n'importe pas que l'intelligence élevée par la lumière surnaturelle à la vision de Dieu soit au premier degré ou au dernier, ou bien à un degré intermédiaire.

3° Nous avons prouvé [ch. 25 et 50] que toutes les intelligences désirent naturellement voir la substance divine. Or, un désir naturel ne

(1) Dans le système astronomique de Ptolomée, la huitième sphère est le ciel des étoiles fixes.

---

supernaturali non impeditur propter naturæ diversitatem, quum divina virtus sit infinita; unde, in sanatione infirmi quæ fit miraculose, non differt utrum aliquis parum vel multum infirmetur. Diversus igitur gradus naturæ intellectualis non impedit quin infimum in tali natura ad illam visionem perduci possit prædicto lumine.

2° Adhuc, Distantia intellectus secundum ordinem naturæ supremi ad Deum est infinita in perfectione et bonitate; ejus autem distantia ad intellectum infimum est finita. Finiti autem ad finitum non potest esse infinita distantia. Igitur distantia quæ est inter infimum intellectum creatum et supremum est quasi nihil in comparatione ad illam distantiam quæ est inter supremum intellectum creatum et Deum. Quod autem est quasi nihil non potest variationem sensibilem facere; sicut distantia quæ est inter centrum terræ et visum est quasi nihil in comparatione ad distantiam quæ est inter visum nostrum et sphæram octavam, ad quam tota terra comparata obtinet locum puncti; et propter hoc nulla sensibilis variatio fit per hoc quod astrologi, in suis demonstrationibus, utuntur visu nostro quasi centro terræ. Nihil ergo differt, quicumque intellectus sit qui ad Dei visionem per lumen prædictum elevetur, utrum summus vel infimus vel medius.

3° Item, Supra probatum est (c. 25 et

saurait être vain. Donc toute intelligence créée peut parvenir à la vision de la substance divine, nonobstant l'infériorité de sa nature.

C'est pour cela que le Seigneur promet aux hommes la gloire qu'il accorde aux anges. *Ils seront dans le ciel,* dit-il en parlant des hommes, *comme les anges de Dieu* [Matth., XXII, 30]. Il est encore écrit que la mesure de l'homme est la même que celle de l'ange (2). L'Écriture-Sainte nous insinue la même chose quand elle nous représente les anges sous une forme humaine, qui est parfaite, comme dans les anges qui apparurent à Abraham avec des figures d'hommes [*Gen.*, XVIII, 2], ou bien incomplète, comme celle des animaux dont il est dit qu'ils avaient *des mains d'hommes sous leurs ailes* [Ezech., I, 8].

Cette démonstration détruit la fausse opinion de ceux qui pensent que l'âme humaine ne sera jamais dans la même condition que les intelligences supérieures, à quelque degré d'élévation qu'elle parvienne.

CHAPITRE LVIII.

Il est possible qu'une intelligence voie Dieu plus parfaitement qu'une autre.

1° Puisque le mode de l'opération se trouve déterminé par la forme,

(2) *Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem et portas ejus et murum..... Et mensus est murum ejus centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli* (*Apoc.*, XXI, 15 et 17).

---

50)quod omnis intellectus naturaliter desiderat divinæ substantiæ visionem. Naturale autem desiderium non potest esse inane. Quilibet igitur intellectus creatus potest pervenire ad divinæ substantiæ visionem, non impediente inferioritate naturæ.

Hinc Dominus hominibus repromittit gloriam Angelorum : *Erunt*, inquit, de hominibus loquens, *sicut Angeli Dei in cœlo* (Matth., XXII, 30), et eadem mensura hominis et Angeli esse perhibetur (*Apoc.*, XXI, 15 et 17); propter quod sæpe in Scriptura sacra Angeli in forma hominum describuntur, vel in toto, sicut patet de Angelis qui apparuerunt Abrahæ in similitudine virorum (*Gen.*, XVIII, 2), vel in parte, sicut patet de animalibus de quibus dicitur quod *manus hominis erant sub pennis eorum* (Ezech., I, 8).

Per hoc autem excluditur error quorumdam qui dicebant quod anima humana, quantumcumque elevetur, non potest ad æqualitatem superiorum intellectuum pervenire.

CAPUT LVIII.

Quod unus alio perfectius Deum videre potest.

1° Quia vero modus operationis consequitur formam, quæ est operationis princi-

qui en est le principe, et que la lumière surnaturelle dont nous avons parlé [ch. 53] est en quelque manière le principe de la vision dans laquelle l'intelligence créée voit la substance divine, le degré de cette vision est nécessairement proportionné à l'intensité de cette lumière. Or, il est possible que plusieurs intelligences participent à cette lumière à des degrés divers, en sorte que l'une soit plus éclairée que l'autre. Donc il peut se faire aussi que de deux êtres qui jouissent de la vision de Dieu l'un le voie plus parfaitement que l'autre, quoiqu'ils voient tous les deux sa substance.

2° Il y a dans tout genre un être plus élevé qui domine tous les autres, et l'on trouve du plus et du moins selon qu'on s'approche de lui ou bien qu'on s'en éloigne davantage : ainsi, tel objet est plus ou moins chaud suivant qu'il est plus près ou plus loin du feu, qui est aussi chaud que possible. Or, Dieu voit très parfaitement sa substance, puisqu'il la comprend seul [ch. 55]. Donc, parmi les intelligences élevées à la vision divine, il en est qui voient plus ou moins bien sa substance, à proportion de la distance où elles sont par rapport à lui.

3° La lumière de la gloire élève l'intelligence créée à la vision de Dieu, parce qu'elle est en quelque sorte la ressemblance de l'intelligence divine [ch. 53]. Or, la ressemblance d'un être avec Dieu peut être plus ou moins parfaite. Donc il est possible que cet être voie plus ou moins parfaitement la substance divine.

4° La fin correspond suivant une exacte proportion à tout ce qui existe pour elle, et, par conséquent, comme la préparation à la fin diffère dans certains êtres, ils ne doivent pas tous participer de la même manière à cette fin. Or, la vision de la substance divine est la

---

pium, visionis autem qua intellectus creatus substantiam divinam videt principium quoddam est lumen prædictum, ut ex dictis (c. 55) patet, necesse est quod secundum modum hujus luminis sit modus divinæ visionis. Possibile est autem hujus luminis diversos esse participationis gradus, ita quod unus eo perfectius illustretur quam alius. Possibile est igitur quod unus Deum videntium perfectius alio videat, quamvis uterque videat ejus substantiam.

2° Adhuc, In quocumque genere est aliquod summum quod excedit alia, est etiam invenire magis et minus secundum majorem propinquitatem vel distantiam ab ipso; sicut aliqua sunt magis et minus calida secundum quod magis et minus appropinquant ad ignem, qui est summe calidus. Deus autem suam substantiam perfectissime videt, utpote qui solus eam comprehendit, ut supra (c. 55) ostensum est. Igitur et eum videntium unus alio magis vel minus ejus substantiam videt, secundum quod magis vel minus ei appropinquat.

3° Amplius, Lumen gloriæ ex hoc ad divinam visionem elevat quod est similitudo quædam intellectus divini, sicut jam (c. 53) dictum est. Contingit autem aliquid magis vel minus assimilari Deo. Possibile est igitur aliquid perfectius vel minus perfecte divinam substantiam videre.

4° Item, Quum finis proportionaliter respondeat his quæ sunt ad finem, oportet quod, sicut aliqua diversimode præparantur ad finem, ita diversimode participent finem. Visio autem divinæ substantiæ est ultimus

fin dernière de toute substance intellectuelle [ch. 25 et 50]. En outre, toutes les substances intellectuelles ne sont pas également préparées en vue de cette fin; car la vertu des unes l'emporte sur celle des autres, et la vertu est la voie qui conduit à la félicité. Donc il doit y avoir dans la vision divine une différence qui consiste en ce que les unes voient plus parfaitement que d'autres la substance divine.

Le Seigneur nous fait connaître lui-même cette différence, lorsqu'il dit : *Il y a plusieurs demeures dans la maison de mon Père* [Joan., XIV, 2].

Par là se trouve réfutée cette erreur qui considère comme égales toutes les récompenses. En effet, si le degré de la vision indique le degré de gloire pour chacun des bienheureux, nous voyons d'après son objet que cette gloire est la même; car toute intelligence trouve sa félicité dans la vision de la substance de Dieu [ch. 25]. Donc le bonheur découle pour tous du même objet, mais tous n'y puisent pas un bonheur égal.

On ne peut donc nous objecter que le Seigneur promet la même récompense, c'est-à-dire un denier, à tous ceux qui travaillent à sa vigne, sans tenir compte de la différence de temps [Matth., XX], parce que tous reçoivent une récompense unique, qui est Dieu, pour le voir et jouir de lui.

C'est encore ici le lieu d'observer que l'ordre des mouvements des corps est en quelque sorte opposé à l'ordre des mouvements des esprits. Le sujet premier de tous les mouvements corporels est numériquement le même, et les fins varient; mais pour les mouvements

---

finis cujuslibet intellectualis substantiæ, ut ex dictis (c. 25 et 50) patet. Intellectuales autem substantiæ non omnes æqualiter præparantur ad finem; quædam enim sunt majoris virtutis et quædam minoris; virtus autem est via ad felicitatem. Oportet igitur quod in visione divina sit diversitas, quod quidam perfectius et quidam minus perfecte divinam substantiam videant.

Hinc est quod, ad hanc felicitatis differentiam designandam, Dominus dicit : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt* (Joan., XIV, 2).

Per hoc autem excluditur error quorumdam dicentium omnia præmia esse æqualia. Sicut autem, ex modo visionis, apparet diversus gradus gloriæ in beatis. Ita, ex eo quod videtur, apparet gloria eadem; nam cujuslibet felicitas ex hoc est quod Dei substantiam videt, ut probatum est (c. 25). Idem ergo est quod omnes beatos facit, non tamen ab eo omnes æqualiter beatitudinem capiunt.

Unde prædictis non obviat quod Dominus omnibus laborantibus in vinea, licet non æqualiter laboraverint, idem tamen præmium reddendum docet, scilicet denarium (Matth., XX); quia idem est quod omnibus datur in præmium ad videndum et ad fruendum, scilicet Deus.

In hoc etiam considerandum est quod quodammodo contrarius est ordo corporalium et spiritualium motuum. Omnium enim corporalium motuum est idem numero primum subjectum, fines vero diversi; spiritualium vero motuum, scilicet intellectualium apprehensionum et voluntatum, sunt

spirituels, et nous désignons ainsi les appréhensions et les volitions des intelligences, les sujets premiers se multiplient et la fin est numériquement une.

CHAPITRE LIX.

En voyant la substance divine, on voit en quelque manière tous les êtres.

1° La vision de la substance divine étant la fin dernière de toute substance intellectuelle [ch. 25 et 50], si l'appétit naturel d'un être est satisfait lorsqu'il a atteint sa fin dernière, toute substance intellectuelle cesse d'éprouver l'appétit qui lui est naturel quand elle voit la substance de Dieu. Or, une intelligence désire naturellement connaître le genre, l'espèce et les vertus de tous les êtres, et de plus l'ordre de l'univers; et nous en avons la preuve en ce que les recherches des hommes ont pour objet chacune de ces choses. Donc tous ceux qui voient la substance divine possèdent par là même toutes ces connaissances.

2° Si, selon l'enseignement d'Aristote (1), la différence qui existe entre les sens et l'intelligence consiste en ce que l'excellence de l'objet

(1) Passionis vacuitatem non similem esse sensitivi atque intellectivi patet in sensuum instrumentis atque in ipso sensu. Sensus enim ex vehemento sensibili sentire non potest; auditus namque non audit sonum post magnos sonos, et visus non videt, atque odoratus non olfacit, post vehementes colores atque odores. At intellectus, aliquo valde intelligibili intellecto, non minus sane, sed magis percipit atque intelligit inferiora. Sensitivum enim non est sine corpore; at intellectus ab eodem est separabilis (Arist. *De anim.*, III, c. 4).

---

quidem diversa subjecta prima, finis vero numero idem.

CAPUT LIX.

Quod videntes divinam substantiam omnia aliquo modo vident.

1° Quia vero visio divinæ substantiæ est ultimus finis cujuslibet intellectualis substantiæ, ut patet ex dictis (c. 25 et 50), omnis autem res quum pervenerit ad ultimum finem, quiescit appetitus ejus naturalis, oportet quod naturalis appetitus substantiæ intellectualis divinam substantiam videntis omnino quiescat. Est autem appetitus naturalis intellectus ut cognoscat omnium rerum genera et species et virtutes et totum ordinem universi; quod demonstrat humanum studium erga singula prædictorum. Quilibet igitur divinam substantiam videntium cognoscit omnia supradicta.

2° Amplius, Si in hoc sensus et intellectus differunt, ut patet in tertio de Anima (c. 4), quod sensus a sensibilibus excellentibus corrumpitur vel debilitatur, ut postmodum minora sensibilia percipere non possit, —

sensible détruit ou affaiblit le sens, de sorte qu'il devient ensuite incapable de saisir les objets moindres, au lieu que l'objet propre de l'intelligence, loin de la détruire ou d'en entraver l'exercice, ne fait au contraire que la perfectionner, lorsque cette dernière sera arrivée à la connaissance de l'être qui est le plus intelligible, il ne lui sera pas plus difficile, mais bien plus facile, de connaître les autres. Or, la substance divine est au plus haut degré dans le genre des êtres intelligibles. Donc l'intelligence qui se trouve élevée, au moyen d'une lumière divine, à la vision de la substance de Dieu, devient plus capable, en vertu de cette même lumière, de connaître tous les autres êtres compris dans la nature.

3° L'*être* intelligible n'a pas moins d'étendue, et même il comprend plus de choses que l'*être* naturel; car l'intelligence est naturellement apte à connaître tout ce qui compose la nature, et elle connaît en outre des choses dépourvues d'*être* naturel, telles que la négation et la privation. Donc l'*être* intelligible demande pour être parfait tout ce qui est requis à la perfection de l'*être* naturel, et même davantage. Or, l'*être* intelligible est parfait lorsque l'intelligence a atteint sa fin dernière, et la perfection de l'*être* naturel consiste dans la constitution [ou réalisation] des choses. Donc Dieu découvre à l'intelligence qui le voit tout ce qu'il a produit pour la perfection de l'univers.

4° Quoique certaines intelligences voient Dieu plus parfaitement que d'autres [ch. 58], chacune d'elles cependant le voit assez parfaitement pour que sa capacité naturelle soit complétement remplie; et même cette vision excède toute capacité naturelle [ch. 52]. Donc tous ceux qui voient la substance divine doivent apercevoir dans cette sub-

---

intellectus autem, quia non corrumpitur nec impeditur a suo objecto, sed solum perficitur, postquam intellexit majus intelligibile, non minus poterit alia intelligibilia intelligere, sed magis; summum autem in genere intelligibilium est divina substantia, — intellectus igitur, qui per lumen divinum elevatur ad videndum Dei substantiam, multo magis eodem lumine perficitur ad omnia alia intelligenda quæ sunt in rerum natura.

3° Adhuc, Esse intelligibile non minoris ambitus est quam esse naturale, sed forte majoris; intellectus enim natus est omnia quæ sunt in rerum natura intelligere, et quædam intelligit quæ non habent esse naturale, sicut negationes et privationes. Quæcumque igitur requiruntur etiam ad perfectionem esse naturalis requiruntur etiam ad perfectionem esse intelligibilis, vel etiam plura. Perfectio autem esse intelligibilis est quum intellectus ad suum finem ultimum pervenerit, sicut perfectio esse naturalis in ipsa rerum constitutione consistit. Omnia igitur quæ Deus ad perfectionem universi produxit intellectui se videnti manifestat.

4° Item, Quamvis videntium Deum unus alio perfectius eum videat, ut ostensum est (c. 58), quilibet tamen ita perfecte eum videt quod impletur tota capacitas naturalis; quin imo ipsa visio omnem capacitatem naturalem excedit, ut ostensum est (c. 52). Oportet igitur quod quilibet videns divinam substantiam in ipsa divina sub-

stance tous les êtres auxquels s'étend leur capacité naturelle. Or, la capacité naturelle d'une intelligence, quelle qu'elle soit, est assez grande pour connaître tous les genres, toutes les espèces et l'ordre des êtres. Donc quiconque voit Dieu aperçoit ces choses dans la substance divine.

C'est pour cela que Dieu répond à Moïse, qui demandait à voir la substance divine : *Je vous montrerai tout le bien* [Exod., XXXIII, 19]; et saint Grégoire dit : « Que peuvent-ils ignorer là où ils connaissent Ce« lui qui sait tout [*Dialog.*, liv. IV, ch. 38]? »

Il est évident, si l'on examine avec attention la question que nous venons de traiter, que les intelligences qui voient la substance divine voient aussi tous les êtres sous un rapport et ne les voient pas sous un autre.

Si nous entendons par ce mot *tout* ce qui est requis pour que l'univers soit parfait, il est clair, comme nous venons d'en apporter les preuves, que ceux qui voient la substance divine voient tout. En effet, puisque l'intelligence est toutes choses dans un certain sens, tout ce qui concourt à rendre l'univers parfait entre aussi dans la perfection de l'*être* intelligible. C'est pourquoi, selon saint Augustin, tous les êtres qui furent faits par le Verbe de Dieu pour subsister dans leur nature première le furent aussi dans l'intelligence angélique, afin que les anges les connussent (2). Or, les natures des espèces, leurs pro-

(2) Quid significat in *cæteris* et cur *hic* non adhibetur illa repetitio : *Et fecit Deus?*— Quia per lucem intimatur spiritualis creaturæ creatio. At non primo cognovit rationalis (id est, angelica) creatura suam conformationem, ac deinde formata est, sed in ipsa sua conformatione cognovit dum statim ad veritatem conversa est. *Cætera* vero, quæ infra sunt, ita creantur ut *prius* fiant in cognitione creaturæ rationalis (seu angelicæ), ac deinde in suo genere. — Quapropter lucis creatio *prius* est in Verbo Dei secundum rationem qua condita est, hoc est in coæterna Patrisapientia, ac *deinde* in ipsa lucis creatione secundum naturam qua creata est illic non facta, sed genita, *hic* vero facta, quia ex informitate formata, et ideo dixit Deus : *Fiat lux, et facta est lux* (*Genes.*, I), ut quod ibi erat in Verbo hic esset in opere (Aug. *De Genesi ad litteram*, lib. II, c. 8).

---

stantia cognoscat omnia ad quæ se extendit sua capacitas naturalis Capacitas autem naturalis cujuslibet intellectus se extendit ad cognoscenda omnia genera et species et ordinem rerum. Hæc igitur quilibet Deum videntium in divina substantia cognoscet.

Hinc est quod Dominus Moysi petenti divinæ substantiæ visionem respondit : *Ego ostendam omne bonum tibi* (*Exod.*, XXXIII, 19); et Gregorius : « Quid est quod ibi « nesciant, ubi scientem omnia sciunt « (Dialog., l. IV, c. 38)? »

Si autem præmissa diligenter considerentur, patet quod, quodam modo, videntes divinam substantiam omnia vident; quodam vero modo, non.

Si enim per *omnia* illa intelligantur quæ ad universi perfectionem pertinent, manifestum est ex dictis quod videntes divinam substantiam omnia vident, ut rationes modo inductæ ostendunt. Quum enim intellectus sit quodammodo omnia, quæcumque ad perfectionem naturæ pertinent omnia etiam pertinent ad perfectionem esse intelligibilis; propter quod, secundum Augustinum (*super Genesim ad litteram*, l. II, c. 8), quæcumque facta sunt per Dei Verbum ut in prima natura subsisterent fiebant etiam in intel-

priétés et leurs vertus sont de la perfection de l'*être* naturel; car la tendance de la nature a pour but les natures des espèces, puisque les individus existent pour l'espèce. Il entre donc dans la perfection d'une substance intellectuelle qu'elle connaisse la nature de toutes les espèces, leurs vertus et leurs propres accidents. Donc cette substance arrive à ce degré dans la béatitude, qui est sa fin, par la vision de l'essence divine; et cette connaissance des espèces naturelles fait connaître à l'intelligence qui voit Dieu les individus qu'elles renferment, comme on peut le conclure évidemment de ce que nous avons dit plus haut, en parlant de la connaissance de Dieu et de celle des anges.

Si, au contraire, on veut exprimer par ce mot *tout* la totalité des êtres que Dieu connaît en voyant son essence, aucune intelligence créée ne les voit tous dans la substance de Dieu, ainsi que nous l'avons prouvé [ch. 56].

Or, ce que nous disons ici peut s'expliquer de différentes manières. — Premièrement, par rapport à ce que Dieu peut faire, mais qu'il ne fait pas et ne doit pas faire; car on ne saurait connaître toutes ces choses sans comprendre quelle est sa puissance, et nulle intelligence créée n'en est capable [ch. 55]. Aussi l'Ecriture nous dit-elle : *Comprendrez-vous par hasard les voies de Dieu, et parviendrez-vous à connaître parfaitement le Tout-Puissant? Il est plus élevé que le ciel : que ferez-vous? Il est plus profond que l'enfer : par quoi le connaîtrez-vous? Sa mesure excède la longueur de la terre et la largeur de la mer* [Job, XI, 7, 8 et 9]. Il ne s'agit pas ici, en effet, de la grandeur de Dieu prise comme mesure de l'étendue; mais ces paroles signifient que sa puissance n'est pas

---

ligentia angelica ut ab Angelis intelligerentur. De perfectione autem naturalis esse sunt naturæ specierum et earum proprietates et virtutes; ad naturas enim specierum intentio naturæ fertur, individua enim sunt propter speciem. Pertinet igitur ad perfectionem intellectualis substantiæ ut omnium specierum naturas et virtutes et propria accidentia cognoscat. Hoc igitur in finali beatitudine consequitur per divinæ essentiæ visionem. Per cognitionem autem naturalium specierum, et individua sub speciebus hujusmodi exsistentia cognoscuntur ab intellectu Deum vidente, ut ex his quæ dicta sunt supra de cognitione Dei et Angelorum potest esse manifestum.

Si vero per *omnia* intelligantur omnia quæ Deus, suam essentiam videndo, cognoscit, nullus intellectus creatus omnia in Dei substantia videt, ut superius (c. 56) ostensum est.

Hoc autem considerari potest quantum ad plura : — Primo quidem, quantum ad ea quæ Deus facere potest, sed nec facit nec facturus est unquam; omnia enim hujusmodi cognosci non possunt nisi ejus virtus comprehenderetur; quod non est possibile alicui intellectui creato, ut supra (c. 55) ostensum est. Hinc est quod dicitur : *Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum Omnipotentem reperies? Excelsior cœlo est, et quid facies? Profundior inferno, et unde cognosces? Longior terra mensura ejus et latior mari* (*Job*, XI, 7, 8 et 9). Non enim hæc dicuntur quasi dimensionibus quantitatis Deus sit magnus, sed quia ejus virtus non limitatur ad omnia quæ magna esse videntur quin possit etiam majora facere.

limitée à tout ce qui paraît grand, de telle sorte qu'il ne puisse pas faire des choses encore plus grandes. — Cela s'entend, en second lieu, des raisons pour lesquelles les choses ont été faites; et une intelligence ne peut pas les connaître sans comprendre la bonté de Dieu. La raison d'une chose dépend de la fin que se propose celui qui la fait. Or, la bonté divine est la fin de toutes les œuvres de Dieu. Donc la raison des choses qu'il a faites, c'est que la bonté divine découle dans ces êtres. Donc celui qui connaîtrait tous les biens que, dans l'ordre de la divine sagesse, les créatures sont capables de recevoir, saurait toutes les raisons de leur création; ce qui équivaudrait à comprendre la bonté et la sagesse de Dieu; et cela dépasse les forces de toute intelligence créée, ainsi que nous l'apprend cette parole : *J'ai compris que l'homme ne peut découvrir la raison d'aucune des œuvres de Dieu* [Ecclés., VIII, 17]. — Troisièmement, il faut en dire autant de ce qui dépend uniquement de la volonté de Dieu, comme la prédestination, l'élection, la justification et autres choses semblables qui concourent à la sanctification de la créature. C'est pourquoi saint Paul nous dit : *Qui donc d'entre les hommes sait ce qui est de l'homme, si ce n'est l'esprit de l'homme qui est en lui ? De même, personne ne connaît ce qui est de Dieu, si ce n'est l'Esprit de Dieu* [I Cor., II, 11].

CHAPITRE LX.

Ceux qui voient Dieu voient simultanément tout en lui.

1° Puisqu'une intelligence créée, en voyant la substance divine,

---

— Secundo, quantum ad rationem rerum factarum, quas omnes cognoscere non potest intellectus nisi divinam bonitatem comprehendat. Ratio enim cujuslibet rei factæ sumitur ex fine quem faciens intendit. Finis autem omnium a Deo factorum divina bonitas est. Ratio igitur rerum factarum est ut divina bonitas diffundatur in rebus. Sic igitur aliquis omnes rationes rerum creatarum cognosceret, si cognosceret omnia bona quæ in rebus creatis secundum ordinem divinæ sapientiæ provenire possunt; quod esset divinam bonitatem et etiam sapientiam comprehendere; quod nullus intellectus creatus potest. Hinc est quod dicitur : *Intellexi quod omnium Dei operum nullam possit homo invenire rationem* [Eccles., VIII, 17]. — Tertio, quantum ad ea quæ ex sola Dei voluntate dependent, sicut prædestinatio, electio et justificatio et hujusmodi quæ ad sanctificationem pertinent creaturæ. Hinc est quod dicitur : *Quis enim hominum scit quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita et quæ sunt Dei nemo cognovit, nisi Spiritus Dei* [1 Cor., II, 11].

aperçoit dans la substance même de Dieu toutes les espèces des êtres. et que d'ailleurs on doit voir, ensemble et par une seule vision, tout ce que l'on voit dans une seule espèce, par la raison que la vision correspond à son principe, il s'ensuit nécessairement que l'intelligence qui voit la substance divine aperçoit tout simultanément et non successivement.

2° La vision de Dieu constitue la félicité souveraine et parfaite d'une nature intellectuelle [ch. 25]. Or, la félicité ne consiste pas dans une habitude, mais dans un acte, puisqu'elle est le comble de la perfection et la fin dernière. Donc on voit actuellement tout ce que l'on saisit par la vision de la substance divine qui nous rend heureux. Donc on ne voit pas d'abord une chose et ensuite une autre.

3° Dès qu'un être arrive à sa fin dernière, il reste en repos, puisque tout mouvement est produit pour atteindre une fin. Or, la vision de la substance divine est la fin dernière de l'intelligence [ch. 25]. Donc l'intelligence qui voit la substance divine ne passe pas d'un objet intelligible à un autre. Donc elle aperçoit par un acte simultané tout ce qu'elle connaît par cette vision.

4° L'intelligence connaît dans la substance divine toutes les espèces des choses [ch. 59]. Or, certains genres se divisent en une infinité d'espèces, comme les nombres, les figures et les proportions. Donc l'intelligence voit des infinis dans la substance divine. Or, elle ne pourrait pas voir toutes ces choses, si elle ne les voyait simultanément; car l'infini ne passe pas. Donc l'intelligence voit ensemble toutes les choses qu'elle aperçoit dans la substance divine.

CAPUT LX.

Quod videntes Deum omnia simul vident in ipso.

1° Quum autem ostensum sit (c. 59) quod intellectus creatus, divinam substantiam videns, in ipsa Dei substantia omnes species rerum intelligat, quæcumque autem una specie videntur oportet simul et una visione videri, quum visio principio visionis respondeat, necesse est quod intellectus qui divinam substantiam videt non successive, sed simul, omnia contempletur.

2° Item, Summa et perfecta felicitas intellectualis naturæ in Dei visione consistit, ut supra (c. 25) ostensum est. Felicitas autem non est secundum habitum, sed secundum actum, quum sit ultima perfectio et ultimus finis. Ea igitur quæ videntur per visionem divinæ substantiæ, qua beati sumus, omnia secundum actum videntur; non ergo unum prius et aliud posterius.

3° Adhuc, Unaquæque res, quum venerit ad suum ultimum finem, quiescit, quum omnis motus sit ad acquirendum finem. Ultimus autem finis intellectus est visio divinæ substantiæ, ut supra (c. 25) ostensum est. Intellectus igitur divinam substantiam videns non movetur de uno intelligibili in aliud. Omnia igitur quæ per hanc visionem cognoscit simul actu considerat.

4° Amplius, In divina substantia intellectus omnes rerum species cognoscit, ut ex prædictis (c. 59) patet. Quorumdam autem generum sunt species infinitæ, sicut numerorum et figurarum et proportionum. Intel-

Cette doctrine est celle de saint Augustin, qui dit : « Nos pensées ne « seront pas sujettes au changement, passant et repassant d'un objet à « un autre; mais nous verrons ensemble et d'un seul coup d'œil tout « ce qui composera notre science (1). »

CHAPITRE LXI.

La vision de Dieu fait participer à la vie éternelle.

Toutes ces raisons nous prouvent que la vision dont nous parlons fait participer l'intelligence créée à la vie éternelle. En effet :

1° L'éternité diffère du temps en ce que l'être du temps consiste dans une certaine succession, au lieu que l'être de l'éternité existe tout entier dans le même instant. Or, nous avons établi [ch. 60] qu'il n'y a

(1) Quapropter ita dicitur illud Dei Verbum, ut Dei cogitatio non dicatur, ne aliquid esse quasi volubile credatur in Deo, quod nunc accipiat, nunc recipiat formam, ut Verbum sit, eamque possit amittere, atque informiter quodam modo volutari. Bene quippe noverat verba et vim cogitationis inspexerat locutor egregius, qui dixit in carmine :

Secumque volutat
Eventus belli varios.
(Virg. *Æneid.*, lib. x, vers. 159, 160.)

Id est, cogitat. Non ergo ille Dei Filius cogitatio Dei, sed Verbum Dei dicitur. Cogitatio quippe nostra perveniens ad id quod scimus, atque inde formata, verbum nostrum verum est. Et ideo Verbum Dei sine cogitatione Dei debet intelligi, ut forma ipsa simplex intelligatur, non habens aliquid formabile quod esse etiam possit informe. Dicuntur quidem etiam in Scripturis sanctis cogitationes Dei, sed eo locutionis modo quo ibi et oblivio Dei dicitur, quæ utique ad proprietatem in Deo nulla est. — Quapropter quum tanta sit nunc in isto ænigmate dissimilitudo Dei et Verbi Dei, in qua tamen nonnulla similitudo comperta est, illud quoque fatendum est, quod etiam quum *similes ei erimus,* quando *videbimus eum sicuti est* (I Joan., III, 2) (quod utique qui dixit hanc procul dubio quæ

---

lectus igitur in divina substantia videt infinita. Non autem omnia ea videre posset nisi simul videret, quia infinita non est transire. Oportet igitur quod omnia quæ intellectus in divina substantia videt simul videat.

Hinc est quod Augustinus in libro decimo quinto *de Trinitate* (c. 16) dicit : « Fortassis etiam volubiles non erunt nostræ « cogitationes, ab aliis in alia euntes atque « redeuntes ; sed omnem scientiam nostram « uno simul conspectu videbimus. »

CAPUT LXI.

Quod per visionem Dei aliquis sit particeps vitæ æternæ.

Ex hoc autem apparet quod, per visionem prædictam, intellectus creatus vitæ æternæ sit particeps.

1° In hoc enim æternitas a tempore differt quod tempus in quadam successione habet esse, æternitatis vero esse est totum simul. Jam autem ostensum est (c. 60)

aucune succession dans la vision de Dieu, mais que tout ce que l'on voit par elle on l'aperçoit simultanément et d'une seule intuition. Donc la perfection de cette vision est dans une sorte de participation à l'éternité. Or, une telle vision est en quelque manière une vie; car on doit considérer comme une espèce de vie l'action de l'intelligence. Donc, en vertu de cette vision, l'intelligence créée devient participante de la vie éternelle.

2° C'est l'objet de l'acte qui détermine son espèce. Or, la vision divine a pour objet la substance de Dieu considérée en elle-même et non dans une ressemblance créée [ch. 51], et l'être de cette divine substance est dans l'éternité, ou plutôt c'est l'éternité même. Donc cette vision consiste dans la participation à l'éternité.

3° Lorsqu'une action se fait dans le temps, cela vient du principe de l'action qui existe dans le temps, et c'est ainsi que les actions des choses de la nature sont temporaires; ou encore du terme de l'opération, et ceci a lieu lorsque les substances spirituelles qui sont audessus du temps exercent leur action sur les choses soumises au temps. Or, la vision divine ne se passe dans le temps, ni à raison de son objet, qui est une substance éternelle; ni à raison de son moyen, qui est également une substance éternelle; ni même à raison du sujet, qui est l'intelligence, et dont l'être n'est pas soumis au temps, puisqu'elle est indestructible [liv. II, ch. 79]. Donc cette vision consiste dans une

nunc est dissimilitudinem attendit), nec tunc natura illi erimus æquales; semper enim natura minor est faciente quæ facta est. Et tunc quidem verbum nostrum non erit falsum, quia neque mentiemur, neque fallemur. Fortassis etiam volubiles non erunt nostræ cogitationes ab aliis in alia euntes atque redeuntes, sed omnem scientiam nostram uno simul conspectu videbimus : tamen quum et hoc fuerit, si et hoc fuerit, formata erit creatura quæ formabilis fuit, ut nihil jam desit ejus formæ ad quam pervenire deberet; sed tamen coæquanda non erit illi simplicitati, ubi non formabile aliquid formatum vel reformatum est, sed forma; neque informis, neque formata ipsa ibi æterna est immutabilisque substantia (Aug. *De Trinit.*, l. XV, c. 16).

---

quod in prædicta visione non est aliqua successio, sed omnia quæ per illam videntur simul et uno intuitu videntur. Illa ergo visio in quadam æternitatis participatione perficitur. Est autem illa visio quædam vita; actio enim intellectus est vita quædam. Fit ergo, per illam visionem, intellectus creatus vitæ æternæ particeps.

2° Item, Per objecta actus specificantur. Ojectum autem prædictæ visionis est divina substantia secundum seipsam, non secundum aliquam ejus similitudinem creatam, ut supra (c. 51) ostensum est. Esse autem divinæ substantiæ in æternitate est, vel magis est ipsa æternitas. Ergo visio prædicta in participatione æternitatis est.

3° Adhuc, Si aliqua actio sit in tempore, hoc erit vel propter principium actionis, quod est in tempore, sicut actiones rerum naturalium sunt temporales, vel propter operationis terminum, sicut substantiarum spiritualium, quæ sunt supra tempus quas exercent in res tempori subditas. Visio autem prædicta non est in tempore, ex parte ejus quod videtur, quum hoc sit substantia æterna; neque etiam ex parte ejus quo videtur, quod etiam est substantia æterna; neque etiam ex parte videntis, quod est in-

participation à l'éternité, c'est-à-dire qu'elle surpasse absolument le temps.

4° Il est dit dans le livre *des Causes* (*propos.* 2), et cela ressort manifestement de tout ce que nous avons établi, que l'âme intelligente a été créée sur les confins de l'éternité et du temps; car elle est au dernier degré dans l'ordre intellectuel, et cependant sa substance est supérieure à la matière corporelle et indépendante de cette dernière. Or, son action est temporaire, en ce qu'elle la met en rapport avec les êtres inférieurs qui sont dans le temps. Donc l'action qui l'unit aux êtres supérieurs qui dominent le temps participe à l'éternité. Or, c'est surtout la vision dans laquelle elle découvre la substance divine qui a ce caractère. Donc, en vertu de cette vision, elle devient participante de l'éternité; et il en faut dire autant, pour la même raison, de toute autre intelligence créée qui voit Dieu.

C'est le sens de cette parole de Jésus-Christ : *La vie éternelle consiste à vous connaître, vous qui êtes le seul vrai Dieu* [Joan., XVII, 3].

CHAPITRE LXII.

Ceux qui voient Dieu le verront toujours.

Il est donc certain que ceux qui sont arrivés au bonheur suprême, en vertu de la vision divine, n'en seront jamais privés. En effet :

---

tellectus, cujus esse non subjacet tempori, quum sit incorruptibilis, ut supra (l. II, c. 79) probatum est. Est igitur visio illa secundum æternitatis participationem, utpote omnino transcendens tempus.

4° Amplius, Anima intellectiva est creata in confinio æternitatis et temporis, ut in libro de Causis (*propos.* 2) dicitur; et ex præmissis potest esse manifestum, quia est ultima in ordine intellectuum, et tamen ejus substantia est elevata supra materiam corporalem, non dependens ab ipsa. Sed actio ejus, secundum quam conjungitur inferioribus quæ sunt in tempore, est temporalis. Ergo actio ejus, secundum quam conjungitur superioribus quæ sunt supra tempus, æternitatem participat. Talis autem est maxime visio qua substantiam divinam videt. Ergo per hujusmodi visionem in participatione æternitatis fit, et eadem ratione quicumque alius intellectus creatus Deum videt.

Hinc est quod Dominus dicit : *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum* (*Joann.*, XVII, 3).

CAPUT LXII.

Quod videntes Deum in perpetuum eum videbunt.

Ex hoc autem apparet quod illi qui ulti-

1° Tout ce qui existe dans un instant et n'existe pas dans un autre instant est soumis à la mesure du temps, ainsi que le prouve le Philosophe (1). Or, la vision divine, qui fait le bonheur des créatures intellectuelles, n'est pas dans le temps, mais dans l'éternité. Donc, dès lors qu'on y participe, on ne peut plus en être privé.

2° La créature intellectuelle n'a atteint sa fin dernière que quand son désir naturel est apaisé. Or, si elle désire naturellement le bonheur, elle désire aussi naturellement la perpétuité en ce bonheur; car, puisque sa substance ne doit pas cesser d'être, elle désire, comme devant le posséder toujours, l'objet qu'elle désire pour lui-même et non en vue d'un autre. Donc la félicité ne serait pas une fin dernière, si elle ne devait pas toujours durer.

3° Celui qui possède une chose qu'il aime éprouve de la tristesse, s'il vient à savoir qu'elle lui sera enlevée. Or, comme cette vision qui fait les bienheureux est la source des plus douces jouissances et l'objet des plus vifs désirs, ceux qui y sont parvenus l'aiment souverainement. Il est donc impossible qu'ils ne soient point attristés, s'ils connaissent qu'elle cessera un jour. Or, s'il était vrai qu'elle ne dût pas toujours durer, ils le sauraient; car nous avons démontré [ch. 59] qu'en voyant la substance divine ils connaissent aussi les autres choses qui sont dans

(1) At vero non sine mutatione tempus esse videtur; nam quum ipsi nihil mente mutamur, aut non animadvertimus nos esse mutatos, non videtur nobis tempus fuisse... Quæ quum ita sint, patet tempus nec motum esse, nec esse etiam absque motu..... At vero prius atque posterius in tempore etiam est, ex eo sane quia semper alterum ipsorum alterum sequitur... . Sed quum prius sentimus atque posterius, tunc et tempus dicimus esse; hoc enim est tempus numerus motus per ipsum prius posteriusve. — His autem hoc pacto determinatis, patet omnem mutationem necessario in tempore esse et omne quod movetur in tempore moveri. ... Quare quum ipsum prius in tempore sit, omnem autem motum comitetur ipsum prius, ut patet, perspicuum est omnem mutationem omnemque motum in tempore esse (Arist. *Phys.*, IV, c. 11 et 14).

---

mam felicitatem consequuntur ex visione divina nunquam ab illa decidunt.

1° Omne enim quod quandoque est et quandoque non est tempore mensuratur, ut patet in quarto Physicorum (c. 11). Visio autem prædicta, quæ intellectuales creaturas facit beatas, non est in tempore, sed in æternitate. Impossibile est ergo quod, ex quo illius particeps aliquis fit, ipsam amittat.

2° Adhuc, Creatura intellectualis non pervenit ad ultimum finem, nisi quando ejus desiderium naturale quietatur. Sicut autem naturaliter desiderat felicitatem, ita naturaliter desiderat felicitatis perpetuitatem; quum enim in sua substantia sit perpetua, illud quod propter se desiderat, et non propter aliud, desiderat ut semper habendum. Non igitur esset felicitas ultimus finis, nisi perpetuo permaneret,

3° Amplius, Omne illud quod cum amore possidetur, si sciatur quod quandoque amittatur, tristitiam infert. Visio autem prædicta, quæ beatos facit, quum sit maxime delectabilis et maxime desiderata, a possidentibus eam maxime amatur. Ergo impossibile esset eos non tristari, si scirent se quandoque eam amissuros. Si autem non esset perpetua, hoc scirent; jam enim ostensum est (c. 59) quod, videndo divinam substantiam, etiam alia cognoscunt quæ

la nature, et, par conséquent, à plus forte raison, ils savent quelle est cette vision, si elle doit durer toujours ou bien finir. Donc cette vision ne serait pas pour eux exempte de tristesse, et par là même ce ne serait pas la vraie félicité, puisque la félicité véritable doit mettre à l'abri de tous les maux [ch. 48].

4° Le mobile qui se porte naturellement vers une chose qui est le terme de son mouvement ne s'en sépare que par force : tel un corps pesant qu'on lance en haut. Or, nous avons vu [ch. 50] que toute substance intellectuelle aspire par un désir naturel à cette vision. Donc elle n'en sera pas privée sans violence. Or, nul ne peut ravir violemment une chose à quelqu'un, s'il ne surpasse pas en force celui qui l'a donnée. Or, c'est Dieu qui est la cause de la vision divine [ch. 52]. Donc, puisqu'il n'y a pas de puissance supérieure à la puissance de Dieu, il est impossible que l'on soit violemment privé de cette vision. Donc elle durera toujours.

5° Si quelqu'un cesse de voir un objet qu'il voyait auparavant, c'est parce que la faculté de voir lui est ravie soit par la mort, soit par la cécité, ou qu'un obstacle l'empêche d'en user; ou bien parce qu'il ne veut plus le voir, ce qui arrive quand une personne détourne la vue d'une chose après l'avoir regardée; ou encore parce que l'objet disparaît; et cela est également vrai de la vision sensible et de la vision intellectuelle. Or, une substance intellectuelle parvenue à la vision divine ne peut perdre la faculté de voir Dieu, ni parce qu'elle cesse elle-même d'exister, puisque sa durée n'a pas de fin [liv. II, c. 55]; ni parce que la lumière, en vertu de laquelle elle voit Dieu, lui fait défaut; car cette lumière lui est transmise indéfectible en raison de la

---

naturaliter sunt; unde multo magis cognoscunt qualis illa visio sit, utrum perpetua vel quandoque desitura. Non ergo talis visio adesset sine tristitia; et ita non esset vera felicitas, quæ ab omni malo immunem reddere debet, ut supra (c. 48) ostensum est.

4° Item, Quod movetur naturaliter ad aliquid, sicut ad finem sui motus, non removetur ab eo, nisi per violentiam, sicut grave, quum projicitur sursum. Constat autem ex prædictis (c. 50) quod omnis substantia intellectualis naturali desiderio tendit ad illam visionem. Non igitur ab illa deficiet, nisi per violentiam. Nihil autem tollitur per violentiam alicujus, nisi virtus auferentis sit major virtute causantis. Visionis autem divinæ causa est Deus, ut supra (c. 52) probatum est. Ergo, quum nulla virtus divinam virtutem excedat, impossibile est quod illa visio per violentiam tollatur. In perpetuum ergo durabit.

5° Adhuc, Si aliquis videre desinat quod primo videbat, aut hoc erit quia deficiet ei facultas videndi, sicut quum aliquis moritur vel cæcatur vel aliqualiter aliter impeditur; aut erit quia non vult amplius videre, sicut quum aliquis avertit visum a re quam prius videbat; aut quia objectum subtrahitur; et hoc est communiter verum, sive de visione sensus sive de intellectuali visione loquamur. Substantiæ autem intellectuali videnti Deum non potest deesse facultas videndi Deum : neque per hoc quod esse desinat, quum sit perpetua, ut supra (l. II, c. 55) ostensum est; neque per defectum

condition du sujet qui la reçoit et de l'être qui la donne; elle ne peut pas non plus perdre la volonté de jouir de cette vision, dès lors qu'elle comprend qu'en cela consiste son souverain bonheur, de même qu'elle ne saurait avoir la volonté de n'être pas heureuse; enfin, elle ne cessera pas de voir, parce que l'objet de la vision disparaîtra, puisque cet objet, qui est Dieu, demeure toujours le même, et ne s'éloigne de nous qu'autant que nous nous éloignons de lui. Donc il répugne que l'on soit jamais privé de cette vision de Dieu qui fait les bienheureux.

6° Personne ne peut avoir la volonté d'abandonner un bien dont il jouit, s'il ne croit apercevoir quelque mal dans la possession de ce bien, au moins sous ce rapport, que tel bien l'empêche d'acquérir un bien plus grand; car de même que l'appétit ne désire rien qu'en le considérant comme bien, ainsi il ne répugne à rien qu'autant que cela paraît un mal. Or, il ne peut y avoir rien de mauvais dans la jouissance de cette vision, puisque c'est la meilleure chose, à laquelle puisse atteindre une créature intellectuelle; il est tout aussi impossible que celui qui jouit de cette vision y trouve quelque mal ou juge qu'il existe quelque chose de meilleur; car la vision de la souveraine vérité exclut tout jugement erroné. Donc une substance intellectuelle qui voit Dieu est dans l'impossibilité de vouloir jamais la fin de cette vision.

7° Lorsqu'on éprouve du dégoût pour une chose dont la jouissance était auparavant accompagnée de plaisir, c'est que cette chose a produit dans le sujet un changement quelconque, en détruisant ou en diminuant la vertu qui lui est propre : ainsi, quand les facultés des sens se trouvent fatiguées par l'exercice, à cause d'une modification causée

---

luminis quo Deum videt, quum lumen illud incorruptibiliter recipiatur secundum conditionem et recipientis et dantis; neque potest ei deesse voluntas tali visione fruendi, ex quo percipit in illa visione esse suam ultimam felicitatem, sicut non potest velle non esse felix; neque etiam videre desinet per subtractionem objecti, quia objectum illud, quod est Deus, semper eodem modo se habet nec elongatur a nobis, nisi in quantum nos elongamur ab ipso. Impossibile est igitur quod visio illa Dei quæ beatos facit unquam deficiat.

6° Præterea, Impossibile est quod aliquis a bono quo fruitur velit discedere, nisi propter aliquod malum quod in fruitione illius boni æstimatur, saltem propter hoc quod æstimatur impedimentum majoris boni; sicut enim nihil desiderat appetitus nisi sub ratione boni, ita nihil fugit nisi sub ratione mali. Sed in fruitione illius visionis non potest esse aliquod malum, quum sit optimum ad quod creatura intellectualis pervenire potest; neque etiam potest esse quod ab eo qui illa fruitur visione æstimetur in ea esse aliquod malum vel aliquid ea melius, quum visio illius summæ veritatis omnem falsam æstimationem excludat. Impossibile est igitur quod substantia intellectualis quæ Deum videt unquam illa visione carere velit.

7° Item, Fastidium alicujus quo prius aliquis delectabiliter fruebatur accidit propter hoc quod res illa aliquam immutationem facit in re, corrumpendo vel debilitando virtutem ipsius; et proter hoc vires sensibiles, quibus accidit fatigatio in suis actionibus propter immutationem corpora-

par les objets sensibles dans les organes corporels qui en sont altérés, malgré leur vigueur, elles sont rassasiées après quelque temps de ce qui produisait tout d'abord en elles des sensations agréables ; de même encore nous nous lassons de penser après une méditation longue et laborieuse, parce que les puissances qui ont besoin des organes corporels, sans lesquels notre intelligence ne pourrait pas s'appliquer comme il convient à considérer les choses, éprouvent de la fatigue. Or, la substance divine, loin d'altérer l'intelligence, lui donne, au contraire, toute la perfection dont elle est capable, et il n'est besoin pour la voir de produire aucun acte qui se réalise au moyen des organes corporels. Donc cette vision ne peut causer aucun dégoût à celui qui s'y délectait précédemment.

8° Rien de ce qui excite l'admiration ne saurait causer de la satiété, puisque tant que l'admiration subsiste elle est accompagnée de désir. Or, une intelligence créée, quelle qu'elle soit, voit toujours avec admiration la substance de Dieu, puisqu'il n'en est aucune qui la comprenne. Nous ne pouvons donc admettre qu'une substance intellectuelle se fatigue de cette vision, et, par conséquent, il est impossible qu'elle y renonce de sa volonté propre.

9° Deux choses ne peuvent être séparées après avoir été unies ensemble, qu'en vertu d'un changement survenu dans l'une d'elles ; car, de même qu'une relation nouvelle ne s'établit pas sans que l'un des termes se trouve modifié, de même aussi elle n'est supprimée qu'autant que l'un ou l'autre subit une modification quelconque. Or, l'intelligence créée voit Dieu, parce qu'elle lui est unie en quelque manière [ch. 51]. Si donc la vision divine cesse, parce que cette union est rom-

---

lium organorum a sensibilibus, a quibus, etiamsi fuerint excellentia, corrumpuntur, fastidiunt post aliquod tempus frui eo quod prius delectabiliter sentiebant ; et propter hoc etiam intelligendo fastidium patimur, post longam vel vehementem meditationem, quia fatigantur potentiæ utentes corporalibus organis, sine quibus consideratio intellectus nostri compleri non potest. Divina autem substantia non corrumpit, sed maxime perficit intellectum ; neque ad ejus visionem concurrit aliquis actus qui per organa corporalia exerceatur. Impossibile est igitur quod illa visio aliquem fastidiat qui prius ea delectabiliter fruebatur.

8° Amplius, Nihil quod cum admiratione consideratur potest esse fastidiosum, quia, quamdiu sub admiratione est, adhuc desiderium manet. Divina autem substantia a quolibet intellectu creato semper cum admiratione videtur, quum nullus intellectus creatus eam comprehendat. Impossibile est igitur quod substantia intellectualis illam visionem fastidiat, et ita non potest esse quod per propriam voluntatem ab illa visione desistat.

9° Adhuc Si aliqua duo fuerunt prius unita et postmodum separentur, oportet quod hoc accidat per mutationem alicujus eorum ; relatio enim, sicut non incipit esse de novo absque mutatione alterius relatorum, ita nec absque mutatione alterius de novo esse desinit. Intellectus autem creatus videt Deum per hoc quod ei quodammodo

pue, une telle rupture ne peut avoir d'autre cause qu'un changement de la substance divine ou de l'intelligence qui la contemple. Or, l'un n'est pas plus possible que l'autre; car la substance divine est immuable [liv. I, ch. 13], et la vision de la substance de Dieu élève la substance intellectuelle à un état qui la garantit de tout changement. Donc nul ne peut être privé du bonheur qui consiste à voir Dieu.

10° Plus un être s'approche de Dieu, qui est absolument immuable, et moins il est lui-même sujet au changement, et plus aussi il s'affermit dans sa condition; c'est pourquoi, selon une remarque d'Aristote, dans son livre *de la Génération des animaux*, certains corps ne peuvent pas durer toujours, parce qu'ils sont très éloignés de Dieu (2). Or, aucune créature ne peut s'approcher plus près de Dieu que celle qui voit sa substance. Donc la créature intelligente qui voit la substance de Dieu est établie dans une parfaite immutabilité. Donc elle ne peut jamais être privée de cette vision.

Cette vérité est exprimée dans les Psaumes en ces termes : *Bienheureux, Seigneur, ceux qui habitent dans votre maison; ils vous loueront dans les siècles des siècles* [Ps. LXXXIII, 5]. *Celui qui habite dans Jérusalem ne sera jamais troublé* [Ps. CXXIV. 1]. L'Écriture dit encore : *Vos yeux verront Jérusalem, qui est une demeure remplie de richesses, une tente qui ne pourra pas être transportée ailleurs. Les pieux* qui l'affermissent *ne seront jamais arrachés, et aucun des cordages* qui la tiennent *ne se rompra, parce que c'est là seulement que notre Seigneur fera paraître sa magnificence* [Isaïe,

(2) Il ne s'agit pas ici de la distance locale, mais de la différence des natures qui s'oppose à ce que certains êtres s'unissent a Dieu à la manière des intelligences. Dieu étant le principe de l'existence, c'est lui qui la conserve à toutes ses œuvres, et plus une créature lui ressemble, plus elle participe abondamment à l'*être*.

---

unitur, ut ex dictis (c. 51) patet. Si ergo visio illa desinat, unione hujusmodi desinente, oportet quod hoc fiat per mutationem divinæ substantiæ vel intellectus ipsam videntis; quorum utrumque est impossibile; nam divina substantia est immutabilis, ut ostensum est (l. I, c. 13); substantia etiam intellectualis elevatur supra omnem mutationem, quum Dei substantiam videt. Impossibile est igitur quod aliquis decidat ab illa felicitate qua Dei substantiam videt.

10° Item, Quanto aliquid est Deo propinquius, qui est omnino immobilis, tanto est minus mutabile et magis perseverans; unde quædam corpora, propter hoc quod longe distant a Deo, non possunt in perpetuum durare, sicut dicitur in secundo de Generatione. Sed nulla creatura potest Deo vicinius appropinquare quam quæ ejus substantiam videt. Creatura igitur intellectualis quæ Dei substantiam videt summam immobilitatem consequitur; non igitur possibile est quod unquam ab illa visione deficiat.

Hinc est quod in Psalmis dicitur : *Beati qui habitant in domo tua, Domine; in secula seculorum laudabunt te* (*Psalm.* LXXXIII, 5); et alibi : *Non commovebitur in æternum qui habitat in Jerusalem* (*Psalm.* CXXIV, 1); et : *Oculi tui videbunt Jerusalem, habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit; nec auferentur clavi ejus in sempiternum, et omnes funiculi ejus non rumpentur : quia solummodo ibi magnificus est*

XXXIII, 20-21]. *Je ferai de celui qui aura remporté la victoire une colonne dans le temple de mon Dieu, et il n'en sortira plus* [Apoc., III, 12].

Ainsi se trouve réfutée l'erreur des Platoniciens, qui prétendent que les âmes séparées, parvenues à la souveraine félicité, commencent de nouveau à vouloir retourner dans les corps, et que, lorsque le bonheur de l'autre vie a fini pour elles, elles sont derechef plongées dans les misères de la vie présente. Il en est de même de l'erreur d'Origène, qui enseigne que les âmes et les anges, après avoir goûté la félicité, peuvent retomber dans a misère.

CHAPITRE LXIII.

Comment tout désir de l'homme trouve sa satisfaction dans cette félicité souveraine.

Nous voyons, par ce qui précède, que ce bonheur qui découle de la vision divine satisfait tous les désirs de l'homme, selon cette parole du Psalmiste : *Il comble votre désir par ses biens* [Ps. CII, 5], et contente tous ses goûts. Il suffit, pour s'en convaincre, de les examiner en détail.

1° L'homme, considéré comme être intelligent, désire connaître la vérité, et il y parvient en s'appliquant à la vie contemplative. Ce résultat sera aussi complet que possible quand aura lieu cette vision, alors que la vue de la vérité première mettra à découvert pour l'intelligence tout ce qu'elle désire naturellement savoir [ch. 59].

Dominus noster (*Isai.*, XXXIII, 20-21); et : *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius* (*Apoc.*, III, 12).

Per hoc autem excluditur error Platonicorum, qui dicebant animas separatas, postquam felicitatem ultimam adeptæ fuissent, iterum ad corpora incipere velle redire, et, finita felicitate illius vitæ, iterum miseriis vitæ hujus involvi; et etiam error Origenis, qui dixit animas et Angelos post beatitudinem iterum posse ad miseriam devenire.

CAPUT LXIII.

Qualiter in illa ultima felicitate omne desiderium hominis completur.

Ex præmissis autem apparet quod, in illa felicitate quæ provenit ex visione divina, omne desiderium humanum impletur, secundum illud : *Qui replet in bonis desiderium tuum* (*Psalm.* CII, 5); et omne humanum studium ibi suam consuetudinem accipit. Quodquidem patet discurrenti per singula.

1° Est enim quoddam desiderium homi-

2° L'homme étant doué de raison, il désire en user pour mettre en ordre tout ce qui est au-dessous de lui, et il arrive à ce but par les soins de la vie active et civile. Ce désir tend principalement à régler la vie humaine tout entière conformément à la raison ; ce qui n'est autre chose que mener une vie vertueuse ; car tout homme vertueux se propose pour fin dans ses actes ce qu'il y a de bon dans la vertu qui lui est propre : par exemple, celui qui est courageux tend à agir courageusement. Ce désir sera entièrement comblé quand la raison aura atteint sa plus haute puissance, alors que la clarté de la lumière divine ne lui permettra plus de s'égarer. — A la vie civile sont attachés certains biens nécessaires à l'homme pour remplir les fonctions du citoyen : telle est la position élevée qui accompagne les honneurs et rend orgueilleux et ambitieux les hommes qui la recherchent avec trop d'empressement. Or, la vision de Dieu élève l'homme au plus haut degré d'honneur, en ce qu'il lui est uni en quelque manière [ch. 51]. C'est pour cette raison que l'Écriture, qui appelle Dieu le *Roi des siècles* [I Tim., I, 17], donne aussi le nom de *rois* aux bienheureux qui sont unis avec lui, quand elle dit : *Ils régneront avec Jésus-Christ* [Apoc., xx, 6]. — La vie civile procure un autre avantage, qui est l'éclat de la renommée, et nous considérons comme avides d'une vaine gloire ceux qui ont pour elle un appétit désordonné. Or, la vision divine donne aux bienheureux, non pas cette célébrité qui repose sur l'opinion des hommes sujets à l'erreur et capables de mensonge, mais celle qui consiste dans la connaissance absolument vraie de Dieu et de tous les bienheureux. C'est pourquoi la Sainte-Écriture désigne très souvent

---

nis, in quantum intellectualis est, de cognitione veritatis ; quodquidem homines consequuntur per studium contemplativæ vitæ. Et hoc quidem maxime in illa visione consummabitur, quando per visionem primæ veritatis omnia quæ intellectus naturaliter scire desiderat ei innotescent, ut ex supra dictis (c. 59) apparet.

2° Est etiam quoddam hominis desiderium, secundum quod habet rationem qua inferiora disponere potest ; quodquidem consequuntur homines per studium activæ et civilis vitæ ; quod desiderium principaliter ad hoc est ut tota hominis vita secundum rationem disponatur, quod est vivere secundum virtutem : cujuslibet enim virtuosi finis in operando est propriæ virtutis bonum, sicut fortis ut fortiter agat. Hoc autem desiderium tunc omnino complebitur quando ratio in summo vigore erit, divino lumine illustrata, ne a recto deficere possit. — Consequuntur etiam civilem vitam quædam bona quibus homo indiget ad civiles operationes ; sicut honoris sublimitas, quam homines inordinate appetentes superbi et ambitiosi fiunt. Ad summam autem honoris altitudinem per illam visionem Dei homines sublimantur, in quantum Deo quodammodo uniuntur, ut supra (c. 51) ostensum est : et propter hoc, sicut ipse Deus *Rex seculorum* est (I *Tim.*, I, 17), ita et beati ei conjuncti *reges* dicuntur : *Regnabunt cum Christo* (*Apoc.*, xx, 6). — Consequitur etiam civilem vitam aliud appetibile, quod est famæ celebritas, per cujus inordinatum appetitum homines inanis gloriæ cupidi dicuntur. Beati autem per illam visionem redduntur celebres, non secundum homi-

sous le nom de *gloire* le bonheur dont ils jouissent, comme dans ce passage : *Les saints se réjouiront dans la gloire* [Ps. CXLIX, 5]. — La vie politique apporte encore un autre bien, savoir les richesses; et ceux qui les aiment et les recherchent sans mesure deviennent avares et injustes. Or, tous les biens se rencontrent dans le bonheur dont nous parlons, puisque les bienheureux possèdent celui qui renferme en lui la perfection inhérente à tout bien, ainsi que l'expriment ces paroles : *Tous les biens me sont venus avec elle* [*Sap.*, VII, 11]. *La gloire et les richesses sont dans sa maison* [Ps. CXI, 3].

3° L'homme, de même que les autres animaux, éprouve un troisième désir, qui est celui des délectations [sensibles]. Il se les procure surtout par une vie voluptueuse, et s'il en fait un usage immodéré, il passe les bornes de la tempérance et de la continence. Or, on jouit dans la félicité suprême de la délectation la plus parfaite, qui surpasse les délectations sensibles, que partagent les brutes elles-mêmes, autant que l'intelligence l'emporte sur les sens. Ce bien, dans lequel nous nous délecterons, est d'autant supérieur à tout bien sensible, d'autant plus intime et de nature à délecter sans fin, que la délectation qui en résulte est plus pure de tout mélange des choses qui pourraient contrister, ou des sollicitudes qui font naître le trouble, et c'est à elle que s'applique cette parole : *Vous les enivrerez de l'abondance de votre maison, et vous les abreuverez dans le torrent de votre volupté* [Ps. XXXV, 9].

4° Il est encore un désir commun à tous les êtres, qui cherchent à conserver autant qu'il est possible leur existence. Devenu excessif, ce désir rend les hommes craintifs et les porte à éviter la fatigue. Ce

---

num, qui decipi et decipere possunt, opinionem, sed secundum verissimam cognitionem et Dei et omnium beatorum; et ideo illa beatitudo in Scriptura sacra frequentissime *gloria* nominatur, sicut dicitur : *Exsultabunt Sancti in gloria* [*Psalm.* CXLIX, 5]. — Est etiam et aliud in civili vita appetibile, scilicet divitiæ, per cujus inordinatum appetitum et amorem homines illiberales et injusti fiunt. In illa autem beatitudine est bonorum omnium sufficientia, in quantum beati perfruuntur illo quod comprehendit bonorum omnium perfectionem; propter quod dicitur : *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa* [*Sap.*, VII, 11]; et dicitur : *Gloria et divitiæ in domo ejus* [*Psalm.* CXI, 3].

3° Est etiam tertium hominis desiderium, quod est sibi et aliis animalibus commune, ut delectationibus perfruatur; quod homines maxime consequuntur secundum vitam voluptuosam; et per ejus immoderantiam intemperati et incontinentes fiunt. In illa vero felicitate est delectatio perfectissima, tanto quidem perfectior ea quæ secundum sensus est, qua et bruta animalia perfruuntur, quanto intellectus est altior sensu. Tanto etiam illud bonum in quo delectabimur majus est omni sensibili bono et magis intimum et magis continue delectans, quanto etiam illa delectatio est magis pura ab omni permixtione contristantis aut sollicitudinis alicujus molestantis, de qua dicitur : *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos* [*Psalm.* XXXV, 9].

4° Est etiam naturale desiderium omnibus rebus commune, per quod conservatio-

désir sera entièrement satisfait quand les bienheureux se verront parfaitement et pour toujours affermis dans cette condition, à l'abri de tout ce qui pourrait leur nuire, selon ce que dit l'Écriture : *Ils n'auront plus ni faim ni soif; la chaleur et le soleil ne tomberont plus sur eux* [Isaïe, XLIX, 10 ; Apoc., VII, 16].

Il est donc évident que la vision divine met les substances intellectuelles en possession de la vraie félicité qui satisfait pleinement leur désir; et c'est en cela que consiste la réunion complète de tous les biens, qu'Aristote considère comme nécessaire au bonheur (1); et Boëce définit aussi le bonheur « un état parfait, en raison de la réunion de tous les biens (2). » Or, rien, dans notre condition présente, ne ressemble davantage à cette félicité parfaite et souveraine qu'une vie passée dans la contemplation de la vérité, autant qu'il est possible ici-bas. Aussi, les philosophes, qui n'ont pu avoir de cette souveraine félicité une connaissance complète, ont pensé que le souverain bonheur de l'homme consiste dans la contemplation, à laquelle il peut s'élever dans cette vie (3). C'est pour cela aussi que la Sainte-Écriture

(1) Ea quæ appellatur vita bonis omnibus per se cumulata, nihilque externum desiderans, in ea beatitudine maxime quæ in rerum contemplatione versatur reperitur..... Si mentis functio gravitate et studio rerum seriarum videtur præstare cæteris, quum in rerum contemplatione versetur, et præter eam nullum alium finem expetere, propriamque voluptatem habere (hæc autem muneris functionem amplificat), copiam autem bonis omnibus cumulatam, nihilque præterea desiderantem, et liberam cessandi otiandique facultatem, et occupationem defatigationis expertem, quantum res humanæ ferunt, et quæcumque alia beato tribuuntur in hac functione muneris inesse constat. Si igitur ita est, perfecta sane fuerit hæc hominis beatitudo, si perfectam vitæ longitudinem adepta sit (Arist. *Ethic.*, X, c. 7).

(2) Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet, diverso quidem calle procedit, sed ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire. Id autem est bonum quo quis adepto, nihil ulterius desiderare queat. Quod quidem est omnium summum bonorum, cunctaque intra se bona continens, cui si quid abforet, summum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum..... Non est aliud quod æque perficere beatitudinem possit, quam copiosus bonorum omnium status (*Consolat. philos.*, l. III, prosa 2).

(3) Voyez la note 5 du ch. 44, p. 475.

---

nem sui desiderant, secundum quod possibile est; per cujus immoderantiam homines timidi redduntur et nimis a laboribus sibi parcentes; quodquidem desiderium tunc omnino complebitur quando beati perfectam sempiternitatem consequentur, ab omni nocumento securi, secundum illud : *Non esurient neque sitient, et non percutiet eos æstus et sol* (*Isai.*, XLIX, 10; *Apoc.*, VII, 16).

Sic igitur patet quod per divinam visionem consequuntur substantiæ intellectuales veram felicitatem, in qua omnino desiderium quietatur; in quo est plena sufficientia omnium bonorum, quæ, secundum Aristotelem (Ethic., X, c. 7), ad felicitatem requiritur; unde et Boetius dicit (*Consol. philos.*, l. III, pros. 2) quod beatitudo est « status omnium bonorum congrega- « tione perfectus. » Hujus autem perfectæ et ultimæ felicitatis in hac vita nihil est adeo simile sicut vita contemplantium veritatem, secundum quod est possibile in hac

met la vie contemplative au-dessus des autres; car le Seigneur a dit: *Marie a choisi la meilleure part*, savoir la contemplation de la vérité, *et elle ne lui sera point enlevée* [Luc, x, 42]. La contemplation de la vérité commence, en effet, dès cette vie; mais, dans la vie future, elle sera parfaite : la vie active et la vie politique, au contraire, ne s'étendent pas au-delà des bornes de la vie présente.

CHAPITRE LXIV.

Dieu gouverne l'univers par sa Providence.

D'après les principes que nous venons d'exposer, il est suffisammen prouvé que Dieu est la fin de tous les êtres. D'où l'on peut ultérieurement conclure qu'il gouverne et régit l'univers par sa Providence. En effet :

1° Quand plusieurs agents sont coordonnés en vue d'une fin spéciale, celui qui en est la cause principale doit disposer de tout ce qui s'y rapporte. Prenons pour exemple une armée. Tous les corps qui la composent, ainsi que leurs opérations, tendent, comme à leur fin dernière, au bien que recherche le général, savoir la victoire; et c'est pour cela que le commandement supérieur lui revient de droit. De

---

vita. Et ideo philosophi, qui de illa felicitate ultima plenam notitiam habere non potuerunt, in contemplatione quæ est possibilis in hac vita ultimam felicitatem hominis posuerunt (Ethic., x, c. 8). Propter hoc etiam inter alias vitas in Scriptura divina magis contemplativa commendatur, dicente Domino : *Maria optimam partem elegit*, scilicet contemplationem veritatis, *quæ non auferetur ab ea* (Luc., x, 42); incipit enim contemplatio veritatis in hac vita, sed in futura consummatur; activa vero et civilis vita hujus vitæ terminos non transcendunt.

CAPUT LXIV.

Quod Deus sua Providentia gubernat universa.

Ex his autem quæ præmissa sunt sufficienter habetur quod Deus rerum omnium est finis; ex quo haberi potest ulterius quod ipse sua Providentia gubernat et regit universa.

1° Quandocumque enim aliqua ordinantur ad aliquem finem, omnia dispositioni illius subjacent ad quem principaliter pertinet ille finis, sicut in exercitu apparet: omnes enim partes exercitus et earum opera ordinantur ad bonum ducis, quod est victoria, sicut in ultimum finem, et propter hoc ad ducem pertinet totum exercitum gubernare; similiter ars quæ est de fine imperat et dat leges arti quæ est de his quæ sunt ad finem, ut civilis militari, militaris equestri, et ars gubernatoria navifactivæ. Quum igitur omnia ordinentur ad bonitatem divinam sicut in finem, ut ostensum est (c. 17 et 18), oportet quod Deus, ad quem principaliter illa bonitas pertinet

même, la science qui s'occupe du but final est supérieure et donne des lois à la science qui se borne aux moyens : telle est la science de l'administration civile relativement à l'art militaire, celui-ci pour l'équitation, et l'art nautique comparé à l'art de construire les vaisseaux. Si donc tous les êtres ont pour fin la divine bonté [ch. 17 et 18], Dieu, à qui appartient principalement cette perfection, puisqu'il la possède, la connaît et l'aime substantiellement (1), doit régir tous les êtres.

2° Quiconque produit une chose pour une fin l'emploie en vue de cette fin. Or, nous avons démontré, d'un côté, que Dieu est la cause de tout ce qui a l'*être*, à quelque degré que ce soit [liv. II, ch. 15], et d'un autre côté, que Dieu fait tout pour une fin, qui est lui-même [liv. III, ch. 17]. Donc Dieu use de tous les êtres en les dirigeant vers leur fin. Or, c'est là ce qui s'appelle gouverner. Donc Dieu gouverne tout par sa Providence.

3° Nous avons prouvé [liv. I, ch. 13] que Dieu est le premier moteur immobile. Or, le mouvement imprimé par le premier moteur n'est pas moins énergique que celui que donnent les moteurs secondaires; mais il a une énergie plus grande, parce que sans lui ceux-ci restent dans l'inertie. Tout ce qui a le mouvement est mû pour une fin [ch. 2]. Donc Dieu, par son intelligence, conduit tous les êtres à leur fin ; car il n'agit pas par nécessité de nature, mais il se détermine par un acte de son intelligence et de sa volonté [liv. II, ch. 23 et 24]. Or, la direction et le gouvernement de la Providence consistent à conduire avec intelligence des êtres à leur fin. Donc Dieu régit et gouverne par sa Providence tous les êtres qui se meuvent vers une fin,

(1) C'est-à-dire que la bonté de Dieu est l'essence de sa nature, de son intelligence et de sa volonté.

---

sicut substantialiter habita et intellecta et amata, sit gubernator omnium rerum.

2° Adhuc, Quicumque facit aliquid propter finem utitur illo ad finem. Ostensum est autem supra (l. II, c. 15) quod omnia quæ habent esse quocumque modo sunt effectus Dei, et (l. III, c. 17) quod Deus omnia facit propter finem, qui est ipse. Ipse igitur utitur omnibus, dirigendo ea in finem. Hoc autem est gubernare. Est igitur Deus per suam Providentiam omnium gubernator.

2° Item, Quod potest fieri sufficienter per unum superfluum est quod fiat per multa ; videmus enim quod natura non facit per duo instrumenta quod potest facere per unum. Quum igitur virtus divina sufficiens sit ad producendos effectus naturales, superfluum est adhibere, ad eosdem effectus producendos, etiam naturales virtutes ; vel, si virtus naturalis sufficienter proprium effectum producit, superfluum est quod divina virtus ad eumdem effectum agat.

3° Præterea, si Deus totum effectum naturalem producit, nihil de effectu relinquitur naturali agenti ad producendum. Non videtur igitur esse possibile quod eosdem effectus Deus producere dicatur quos res naturales producunt.

Hæc autem difficultatem non afferunt, si præmissa considerentur.

1° In quolibet enim agente est duo considerare, scilicet rem ipsam quæ agit et virtutem qua agit, sicut ignis calefacit per calorem. Virtus autem inferioris agentis dependet a virtute superioris agentis, in quantum superius agens dat virtutem ipsam inferiori agenti per quam agit, vel conservat eam, aut etiam applicat eam ad agen-

exemple l'ouvrier qui applique son instrument à l'effet qui lui est propre, bien que quelquefois il ne donne ni ne conserve à cet instrument la forme en vertu de laquelle il agit, mais qu'il lui imprime seulement le mouvement. L'action de l'agent inférieur ne doit donc pas émaner uniquement de lui, comme résultant de sa puissance propre, mais aussi de la puissance de tous les agents supérieurs. C'est, en effet, sous leur commune influence qu'il agit, et de même que l'action découle immédiatement du dernier agent, ainsi la production de l'effet est attribuée immédiatement au premier; car la puissance du dernier agent étant insuffisante à produire par elle-même cet effet, elle n'en est capable que par la puissance de l'agent supérieur le plus prochain; ce dernier tire sa puissance de celui qui le précède, et, en remontant ainsi, on voit que la puissance de l'agent suprême produit par elle-même l'effet, en sa qualité de cause immédiate : c'est ce que nous font bien voir les principes des démonstrations, dont le premier est en rapport immédiat avec la conclusion. Ainsi donc, comme il ne répugne point qu'une seule action procède d'un agent et de sa puissance, ainsi peut-on dire que l'agent inférieur et Dieu concourent à produire le même effet immédiatement, quoique diversement.

2° Il est évident que, si l'agent naturel produit son effet propre, on n'en peut pas conclure que Dieu concourrait inutilement avec lui à le produire, parce que cet agent naturel ne produit qu'en vertu de la puissance divine. Ensuite, quoique Dieu puisse produire seul tous les effets, il n'est pas non plus superflu que d'autres causes les produisent aussi; car cela ne tient pas à l'insuffisance de la puissance divine, mais à l'immensité de sa bonté, qui l'a porté à communiquer sa ressem-

---

dum ; sicut artifex applicat instrumentum ad proprium effectum, cui tamen interdum formam non dat per quam agit instrumentum, nec conservat, sed dat ei solum motum. Oportet igitur quod actio inferioris agentis non solum sit ab eo per virtutem propriam, sed per virtutem omnium superiorum agentium; agit enim in virtute omnium; et, sicut agens infimum invenitur immediatum activum, ita virtus primi agentis invenitur immediata ad producendum effectum; nam virtus infimi agentis non habet quod producat hunc effectum ex se, sed ex virtute superioris proximi, et virtus illius ex virtute superioris, et sic virtus supremi agentis invenitur ex se productiva effectus, quasi causa immediata; sicut patet in principiis demonstrationum, quorum primum est immediatum. Sicut igitur non est inconveniens quod una actio producatur ex aliquo agente et ejus virtute, ita non est inconveniens quod producatur idem effectus ab inferiori agente et a Deo, ab utroque immediate, licet alio et alio modo.

2° Patet etiam quod, si res naturalis producat proprium effectum, non est superfluum quod Deus illum producat, quia res naturalis non producit ipsum nisi virtute divina. Neque est superfluum, si Deus per se ipsum potest omnes effectus producere, quod per quasdam alias causas producantur; non enim hoc est ex insufficientia divinæ virtutis, sed ex immensitate bonitatis ipsius, per quam suam similitudinem

blance aux créatures, non-seulement en les appelant à l'existence, mais encore en leur conférant la faculté de devenir causes elles-mêmes d'autres êtres; car c'est communément sous ce double rapport que toutes les créatures deviennent semblables à Dieu [ch. 20 et 21], et c'est aussi ce qui donne tant de splendeur à l'ordre de la création.

3° Il est clair encore que nous n'attribuons pas le même effet à la cause naturelle et à la puissance divine, comme si une partie revenait à Dieu et l'autre partie à l'agent naturel; mais nous entendons qu'il appartient tout entier à chacun des deux agents, suivant son mode particulier d'action. C'est ainsi que dans les arts on attribue totalement une œuvre à l'instrument et à l'agent principal.

CHAPITRE LXXI.

La Providence divine n'exclut pas totalement le mal de ce monde.

La divine Providence, qui gouverne tous les êtres, ne les soustrait pas à la destruction, à l'imperfection et au mal : c'est ce qui ressort des démonstrations précédentes. En effet :

1° Le gouvernement divin, qui consiste dans l'action de Dieu sur les créatures, n'exclut pas l'opération des causes secondes [ch. 70]. Or, le défaut qui est dans l'effet tient à l'imperfection de la cause seconde, sans que pour cela cette imperfection se retrouve dans le premier agent : c'est ainsi que dans l'œuvre d'un artiste très habile dans son

---

rebus communicare voluit, non solum quantum ad hoc quod essent, sed etiam quantum ad hoc quod aliorum causæ essent; his enim duobus modis creaturæ communiter omnes divinam similitudinem consequuntur, ut supra (c. 20 et 21) ostensum est. Per hoc etiam decor ordinis in rebus creatis apparet.

3° Patet autem quod non sic idem effectus causæ naturali et divinæ virtuti attribuitur quasi partim a Deo et partim a naturali agente fiat, sed totus ab utroque secundum alium modum; sicut idem effectus totus attribuitur instrumento, et principali agenti etiam totus.

CAPUT LXXI.

Quod divina Providentia non excludit malum totaliter a rebus.

Ex his etiam apparet quod divina Providentia, quæ res gubernat, non impedit quin corruptio et defectus et malum in rebus inveniatur.

1° Divina enim gubernatio, qua Deus in rebus operatur, non excludit operationem causarum secundarum, sicut jam ostensum est (c. 70). Contingit autem provenire defectum in effectu propter defectum causæ secundæ agentis, absque eo quod sit defec-

art, on découvre des défauts qui proviennent de l'imperfection des instruments qu'il a employés. De même aussi on voit un homme robuste boiter, non qu'il manque de force, mais parce qu'il a une jambe torse. Donc l'imperfection et le mal sont dans les êtres que Dieu produit et gouverne, à cause de l'imperfection des agents secondaires, bien qu'il n'y ait pas en Dieu lui-même la plus légère ombre d'imperfection.

2° La bonté ne serait pas portée jusqu'à la perfection [possible] dans les créatures s'il n'y avait pas entre elles un ordre gradué de bonté, en sorte que quelques-unes soient meilleures que d'autres; car tous les degrés possibles de perfection ne seraient pas réalisés, et il n'y aurait pas de créature assimilée à Dieu par une surémінence qui la distingue des autres. On ferait encore disparaître la splendeur de la création en supprimant l'ordre de distinction et de disparité; et surtout on retrancherait le nombre des êtres en leur accordant le même degré de bonté, puisque leur supériorité ou leur infériorité relative repose sur les différences qui les distinguent : ainsi, la nature animée l'emporte sur la nature inanimée, et l'être raisonnable sur la brute. Si donc il existait entre les êtres une égalité absolue, il n'y aurait qu'un seul bien créé; ce qui déroge manifestement à la perfection de la création. Or, le suprême degré de la bonté consiste en ce qu'un être bon est dans l'impossibilité de déchoir de la bonté qu'il possède, et celui qui peut la perdre est à un degré inférieur. Donc l'univers, pour être parfait, doit renfermer ce double degré de bonté. Or, il est de la sagesse de celui qui gouverne de conserver la perfection inhérente aux choses qui dépendent de lui, loin de la diminuer. Donc la divine Providence n'est pas tenue d'ôter aux créatures le pouvoir de se dépouiller de leur

---

tus in primo agente; sicut quum, in effectu artificis habentis perfecte artem, contingit aliquis defectus propter instrumenti defectum; et sicut hominem cujus vis motiva est fortis contingit claudicare, non propter defectum virtutis motivæ, sed propter tibiæ curvitatem. Contingit igitur, in his quæ aguntur et gubernantur a Deo, aliquem defectum et aliquod malum inveniri propter defectum secundorum agentium, licet in ipso Deo nullus sit defectus.

2° Amplius, Perfecta bonitas in rebus creatis non inveniretur, nisi esset ordo bonitatis in eis, ut scilicet quædam sint aliis meliora; non enim implerentur omnes gradus possibiles bonitatis, neque etiam aliqua creatura Deo assimilaretur quantum ad hoc quod alteri emineret; tolleretur etiam summus decor a rebus, si ab eis ordo distinctorum et disparium tolleretur, et, quod est amplius, tolleretur multitudo a rebus, inæqualitate bonitatis sublata, quum, per differentias quibus res ab invicem differunt, unum altero melius exsistat, sicut animatum inanimato et rationale irrationali; et sic, si æqualitas omnimoda esset in rebus, non esset nisi unum bonum creatum; quod manifeste perfectioni derogat creaturæ. Gradus autem bonitatis superior est ut aliquid sit bonum quod non possit deficere a bonitate; inferior autem eo est quod potest a bonitate deficere. Utrumque igitur gradum bonitatis perfectio universi requirit. Ad Providentiam autem gubernantis perti-

bonté. Or, le mal est la conséquence de cette faculté; car un être qui peut déchoir déchoit en certains cas, et la défaillance dans le bien, c'est le mal [ch. 7]. Donc il n'entre pas dans le gouvernement de la Providence divine d'empêcher complétement le mal de se produire dans les êtres qu'elle régit.

3° La direction est parfaite, quel qu'en soit l'objet, lorsqu'elle pourvoit aux besoins qui naissent de la nature des êtres qu'elle embrasse; et un gouvernement n'est juste qu'à cette condition. Donc, de même que l'autorité constituée blesserait les principes essentiels du gouvernement humain en empêchant les citoyens d'une ville de remplir les devoirs de leur état, à moins que la nécessité ne l'y obligeât momentanément, ainsi Dieu violerait les principes du gouvernement divin s'il ne laissait pas les êtres créés agir suivant les lois propres de leur nature. Or, dès que les créatures agissent ainsi, la destruction et le mal s'introduisent parmi elles, puisque les êtres, en vertu d'un principe de contrariété et de répugnance qui leur est inhérent, se détruisent réciproquement. Donc la divine Providence n'est pas tenue d'exclure absolument le mal des choses qu'elle dirige.

4° Un agent ne peut faire une chose mauvaise que parce qu'il recherche un bien : c'est ce que nous avons prouvé plus haut [ch. 3 et 4]. Or, la Providence de Dieu, qui est la source de tout bien, ne peut empêcher les créatures de tendre au bien pris dans son acception la plus large; car, s'il en était ainsi, une multitude de perfections manqueraient à l'univers. Qu'on ôte, par exemple, au feu cette tendance qui lui est naturelle de produire son semblable, et qui entraîne, comme

---

net perfectionem in rebus gubernatis conservare, non autem eam minuere. Igitur non pertinet ad divinam Providentiam ut omnino excludat a rebus potentiam deficiendi a bono. Hanc autem potentiam sequitur malum; quia quod potest deficere, quandoque deficit; et ipse defectus boni malum est, ut supra ostensum est (c. 7). Non est igitur ad divinam Providentiam pertinens ut omnino malum a rebus gubernatis prohibeat.

3° Adhuc, Optimum in gubernatione qualibet est ut rebus gubernatis secundum modum suum provideatur; in hoc enim regiminis justitia consistit. Sicut igitur esset contra rationem humani regiminis si impedirentur a gubernatore civitatis homines agere secundum sua officia, nisi forte quandoque ad horam propter aliquam necessitatem, ita esset contra rationem divini regiminis si non sineret res creatas agere secundum modum propriæ naturæ. Ex hoc autem quod creaturæ sic agunt, sequitur corruptio et malum in rebus; quum, propter contrarietatem et repugnantiam quæ est in rebus, una res sit alterius corruptiva. Non est igitur ad divinam Providentiam pertinens malum omnino a rebus gubernatis excludere.

4° Item, Impossibile est quod agens operetur aliquod malum, nisi propter hoc quod intendit aliquod bonum, sicut ex superioribus (c. 3 et 4) apparet. Prohibere autem cujuscumque boni intentionem universaliter a rebus creatis non pertinet ad Providentiam ejus qui est omnis boni causa; sic enim multa bona subtraherentur ab universitate rerum; sicut, si subtraheretur igni intentio

conséquence, la destruction des combustibles, on supprimera par là même un bien qui consiste dans la production du feu et dans la conservation de son espèce. Donc il n'entre pas dans la Providence de Dieu de bannir entièrement le mal du milieu des êtres.

5° Il y a dans le monde une foule de perfections qui n'existent qu'à raison des imperfections correspondantes : ainsi, les persécutions des méchants excitent la patience des justes; les crimes provoquent l'exercice de la justice vindicative; et même dans l'ordre naturel la production d'un être résulte de la destruction d'un autre être (1). La Providence divine ne pourrait donc bannir totalement le mal de l'univers sans diminuer du même coup la somme du bien; et il y aurait en cela un inconvénient, parce que la bonté du bien l'emporte de beaucoup sur la malice du mal [ch. 12]. Donc la divine Providence ne doit pas exclure complétement le mal du monde.

6° Le bien général passe avant le bien particulier. Un sage gouvernement peut donc permettre qu'une partie reste privée d'un degré de bonté, si le bien général doit s'accroître en proportion : c'est ainsi que l'architecte cache les fondements en terre pour donner à l'édifice entier plus de stabilité. Or, si l'on fait disparaître le mal qui est dans certaines parties de l'univers, on retranche beaucoup de la perfection de l'univers, dont la beauté résulte de la réunion combinée du bien et du mal, puisque le mal n'est que le défaut du bien, et cependant la Providence en fait ressortir certains biens, de même qu'un instant de

(1) Parce que la matière première ou élémentaire n'est pas infinie, et que toute production naturelle n'est qu'une transformation ou modification nouvelle d'éléments qui sont dépouillés de leur forme antérieure.

---

generandi sibi simile, ad quam sequitur hoc malum quod est corruptio rerum combustibilium, tolleretur hoc bonum quod est generatio ignis et conservatio ipsius secundum suam speciem. Non est igitur Providentiæ malum totaliter a rebus excludere.

5° Adhuc, Multa bona sunt in rebus, quæ, nisi mala essent, locum non haberent; sicut non esset patientia justorum, si non esset malignitas persequentium; nec esset locus justitiæ vindicativæ, si delicta non essent; in rebus etiam naturalibus, non esset unius generatio nisi esset alterius corruptio. Si ergo malum totaliter ab universitate rerum per divinam Providentiam excluderetur, oporteret etiam bonorum multitudinem diminui; quod esse non debet, quia virtuosius est bonum in bonitate quam in malitia malum, sicut ex superioribus (c. 12) patet. Igitur non debet per divinam Providentiam totaliter malum excludi a rebus.

6° Amplius, Bonum totius præeminet bono partis. Ad prudentem igitur gubernatorem pertinet negligere aliquem defectum bonitatis in parte, ut fiat augmentum bonitatis in toto; sicut artifex abscondit fundamentum sub terra, ut tota domus habeat firmitatem. Sed, si malum a quibusdam partibus universi subtraheretur, multum deperiret perfectionis universi, cujus pulchritudo ex ordinata bonorum et malorum adunatione consurgit, dum mala ex bonis deficientibus proveniunt, et tamen ex eis quædam bona consequuntur ex Providentia gubernantis, sicut et silentii interpositio

silence fait paraître un chant plus mélodieux. Donc la divine Providence n'est pas obligée d'exclure le mal des créatures.

7° Tous les êtres distincts de l'homme, et en particulier les moins nobles, sont coordonnés en vue de son bien, comme étant leur fin. Or, s'il n'y avait aucun mal dans les êtres, le bien de l'homme en serait notablement diminué, et quant à l'étendue de ses connaissances, et quant au désir ou à l'amour du bien; car le bien se connaît mieux par la comparaison du mal, et quand nous voyons faire le mal, nous désirons plus ardemment le bien : par exemple, les malades apprécient davantage la santé et la désirent plus vivement que ceux qui se portent bien. Donc il n'appartient pas à la Providence divine de bannir totalement le mal du milieu des êtres.

C'est pour cela que l'Écriture dit : *C'est moi qui fais la paix et qui crée le mal* [Isaïe, XLV, 7]; et encore : *Y a-t-il dans la ville quelque mal que le Seigneur n'ait pas fait* [Amos, III, 6]?

Cette doctrine réfute l'erreur de ces philosophes qui, voyant le mal se produire dans le monde, en concluaient que Dieu n'existe pas, ainsi que nous le rappelle Boëce, qui prête à l'un d'eux cette question : « Si Dieu existe, d'où vient le mal? » [*De consol. philos.*, l. I, pros. IV.] Il faudrait, au contraire, raisonner à l'opposé et dire : Si le mal existe, Dieu existe; car il n'y aurait pas de mal sans la gradation du bien, dont la privation constitue le mal, et cette gradation serait nulle si Dieu n'était pas.

Elle renverse par sa base une autre erreur qui nie que la Providence divine s'étende jusqu'aux êtres périssables, parce qu'ils sont sujets à

---

facit cantilenam esse suavem. Non igitur per divinam Providentiam debuit malum a rebus excludi.

7° Adhuc, Res aliæ, et præcipue inferiores, ad bonum hominis ordinantur sicut ad finem. Si autem nulla mala essent in rebus, multum de bono hominis diminueretur, et quantum ad cognitionem, et quantum ad boni desiderium vel amorem; nam bonum ex comparatione mali magis cognoscitur, et dum aliqua mala perpetrantur, ardentius bona optamus; sicut quantum bonum sit sanitas infirmi maxime cognoscunt, qui etiam ad eam magis exardent quam sani. Non igitur pertinet ad divinam Providentiam mala a rebus totaliter excludere.

Propter quod dicitur : *Faciens pacem, et creans malum* (*Isai.*, XLV, 7); et : *Si erit malum in civitate quod Dominus non fecerit* (*Amos*, III, 6)?

Per hoc autem excluditur quorumdam error, qui, propter hoc quod mala in mundo evenire videbant, dicebant Deum non esse; sicut Boetius introducit quemdam philosophorum quærentem : « Si Deus est, unde mala? » (*De consol. philos.*, l. I, pros. IV.) Esset autem e contrario arguendum : Si malum est, Deus est. Non enim esset malum, sublato ordine boni, cujus privatio est malum; hic autem ordo non esset, si Deus non esset.

Tollitur etiam et erroris occasio, per præmissa, illis qui divinam Providentiam ad hæc corruptibilia extendi negabant, propter hoc quod in eis multa mala advenire conspiciebant; sola autem incorruptibilia divinæ Providentiæ subdi dicebant, in

mille imperfections, et limite son action aux seuls êtres indestructibles dans lesquels on ne voit ni défaut ni mal.

Elle détruit le fondement du système manichéen, qui suppose deux principes actifs, l'un bon et l'autre mauvais, comme si l'existence du mal était incompatible avec l'exercice de la Providence d'un Dieu bon.

Enfin, elle donne une solution à ce doute : Dieu est-il la cause des actions mauvaises? Nous avons prouvé, en effet, d'abord, que tout agent opère, parce qu'il est sous l'influence de la puissance divine : d'où il suit que Dieu est la cause de tous les effets et aussi de toutes les actions; et, en second lieu, que le mal et l'imperfection, dans les êtres régis par la Providence divine, résultent de la condition des causes secondes sujettes à l'imperfection [ch. 70]. Il est donc clair qu'il ne faut pas attribuer à Dieu, mais aux causes prochaines imparfaites, les actions mauvaises en tant qu'elles sont défectueuses. Considérées, au contraire, comme actions et comme ayant une entité, elles viennent nécessairement de Dieu. C'est ainsi qu'une démarche vicieuse appartient à la puissance de locomotion, à raison du mouvement, et le vice qui lui est inhérent vient de la conformation irrégulière de la jambe.

CHAPITRE LXXII.

La divine Providence n'exclut pas la contingence des êtres.

De même que la Providence divine ne bannit pas entièrement le

---

quibus nullus defectus nec malum aliquod invenitur.

Per hoc etiam tollitur errandi occasio Manichæis, qui duo prima principia agentia posuerunt, bonum et malum, quasi malum sub Providentia boni Dei locum habere non posset.

Solvitur etiam quorumdam dubitatio, utrum scilicet actiones malæ sint a Deo. Nam, quum ostensum sit omme agens actionem suam producere, in quantum agit virtute divina, et ex hoc Deum esse omnium et effectuum et etiam actionum causam; itemque ostensum sit (c. 70) quod malum et defectus in his quæ Providentia divina reguntur accidat ex conditione secundarum causarum, in quibus potest esse defectus, manifestum est quod actiones malæ, secundum quod deficientes sunt, non sunt a Deo, sed a causis proximis deficientibus ; quantum autem ad id quod de actione et de entitate habent, oportet quod sint a Deo; sicut claudicatio est a virtute motiva quantum ad id quod habet de motu, quantum vero ad id quod habet de defectu est ex curvitate cruris.

CAPUT LXXII.

Quod divina Providentia non excludit contingentiam a rebus.

Sicut autem divina Providentia non ex-

mal du monde, ainsi elle n'en exclut pas la contingence et n'impose pas aux êtres la nécessité. En effet :

1° Nous avons déjà prouvé [ch. 70] que l'action de la Providence que Dieu exerce sur le monde n'exclut pas les causes secondes, mais qu'elle s'exécute par ces causes qui agissent sous l'impulsion de la puissance divine. Or, la nécessité ou la contingence des effets a sa raison dans les causes prochaines et non dans les causes éloignées : par exemple, si une plante porte des fruits, c'est un effet contingent à l'égard de la cause prochaine, qui est la force végétative, dont l'action peut trouver un obstacle et faire défaut, quoique la cause éloignée, qui est le soleil, agisse comme cause sous l'empire de la nécessité. Puisque, dans le nombre des causes prochaines, il y en a plusieurs qui peuvent manquer d'efficacité, tous les effets qui dépendent de la Providence ne sont donc pas nécessaires, mais beaucoup sont contingents.

2° La divine Providence doit réaliser des êtres dans tous les degrés possibles [ch. 71]. Or, il y a deux sortes d'êtres, le contingent et le nécessaire ; et cette division repose sur la nature de l'être. Si donc la Providence divine excluait absolument la contingence, il n'y aurait pas des êtres de tout degré.

3° Plus un être s'approche de Dieu, et plus il participe à sa ressemblance. Plus, au contraire, il s'éloigne de lui, et plus les traits de cette ressemblance s'affaiblissent. Or, ceux qui sont le plus près de Dieu sont complétement immuables : telles sont les substances séparées [ou les purs esprits], qui ressemblent davantage à Dieu, dont l'*être* est absolument immuable. Les êtres les plus rapprochés de ces substances,

---

cludit universaliter malum a rebus, ita etiam non excludit contingentiam, nec necessitatem rebus imponit.

1° Jam enim ostensum est (c. 70) quod operatio Providentiæ, qua Deus operatur in rebus, non excludit causas secundas, sed per eas impletur, in quantum agunt virtute Dei. Ex causis autem proximis aliqui effectus dicuntur necessarii vel contingentes, non autem ex remotis causis; nam fructificatio plantæ est effectus contingens propter causam proximam, quæ est vis germinativa, quæ potest impediri et deficere, quamvis causa remota, scilicet sol, sit causa ex necessitate agens. Quum igitur inter causas proximas multa sint quæ deficere possunt, non omnes effectus qui Providentiæ subduntur erunt necessarii, sed plurimi sunt contingentes.

2° Adhuc, Ad divinam Providentiam pertinet ut gradus entium qui possibiles sunt adimpleantur, ut ex supradictis (c. 71) patet. Ens autem dividitur per contingens et necessarium; et est per se divisio entis. Si igitur divina Providentia excluderet omnem contingentiam, non omnes gradus entium conservarentur.

3° Amplius, Quanto aliqua sunt propinquiora Deo, tanto magis de ejus similitudine participant; et quanto magis distant, tanto magis a similitudine ipsius deficiunt. Illa autem quæ sunt Deo propinquissima sunt omnino immobilia, scilicet substantiæ separatæ, quæ maxime ad Dei similitudinem

et qui reçoivent immédiatement le mouvement de moteurs dont l'état ne varie jamais, conservent aussi une sorte d'immutabilité, en ce que leur mouvement est complétement uniforme : par exemple, les corps célestes. Il suit donc de là que les corps placés au-dessous de ces derniers et mus par eux sont plus éloignés de l'immutabilité divine, en ce qu'ils n'ont pas un mouvement uniforme; et c'est en cela que se manifeste la beauté de l'ordre. Or, tout effet nécessaire, comme tel, est invariable. Donc la divine Providence, à laquelle il appartient d'établir et de conserver l'ordre parmi les êtres, est détruite si la nécessité décide de tout.

4° Ce qui existe nécessairement existe toujours. Or, nul être destructible n'existe sans fin. Si donc l'ordre de la Providence divine exige que tout soit nécessaire, il faut en conclure qu'il n'y a rien dans le monde qui puisse être détruit, ni, par conséquent, qui puisse être produit. C'est donc retrancher de l'univers tous les êtres qui sont produits par voie de génération et sont soumis à la destruction; ce qui déroge à sa perfection.

5° Il n'y a pas de mouvement sans une sorte de production et de destruction; car, dans le mobile, quelque chose commence et quelque chose finit. Si donc, en retranchant absolument la contingence des êtres, on supprime, ainsi que nous venons de le prouver, toute production et toute destruction, il en résulte qu'il n'y a plus, dans le monde, ni mouvement, ni mobile.

6° L'affaiblissement de la puissance inhérente à une substance, et la résistance qu'elle rencontre dans une puissance opposée, ont pour cause

---

accedunt, qui est omnino immobilis; ea autem quæ sunt his proxima et moventur immediate ab his, quæ semper eodem modo se habent, quamdam immobilitatis speciem retinent in hoc quod semper eodem modo moventur, sicut corpora cœlestia. Sequitur ergo quod ea quæ consequuntur ad ista, et ab eis mota, longius ab immobilitate Dei distant, ut scilicet non semper eodem modo moveantur; et in hoc ordinis pulchritudo apparet. Omne autem necessarium, in quantum hujusmodi, semper eodem modo se habet. Repugnaret igitur divinæ Providentiæ, ad quam pertinet ordinem in rebus statuere et conservare, si omnia ex necessitate evenirent.

4° Præterea, Quod necessarium est esse semper est. Si igitur divina Providentia hoc requirit quod omnia sint necessaria, sequitur quod nihil sit in rebus corruptibile, et, per consequens, nec generabile. Subtrahetur ergo a rebus tota pars generabilium et corruptibilium; quod perfectioni derogat universi.

5° Adhuc, In omni motu est quædam generatio et corruptio; nam in eo quod movetur, aliquid incipit et aliquid desinit esse. Si ergo omnis generatio et corruptio subtraheretur, subtracta contingentia rerum omnium, ut ostensum est, consequens est quod et motus subtraheretur a rebus, et omnia mobilia.

6° Item, Debilitatio virtutis alicujus substantiæ et ejus impedimentum ex aliquo contrario agente est ex aliqua ejus immutatione. Si ergo divina Providentia non impedit motum a rebus, neque etiam impedietur debilitatio virtutis ipsarum aut

un changement survenu en elle. Lors donc que la divine Providence ne met pas obstacle au changement des substances, elle permet, par là même, l'affaiblissement de leur puissance d'action et la résistance de forces contraires. Or, c'est l'affaiblissement de la puissance d'action et la résistance qu'elle éprouve qui expliquent pourquoi l'agent naturel, au lieu d'opérer toujours de la même manière, s'écarte quelquefois de ce qui convient à sa nature ; en sorte que les effets naturels sont affranchis de la nécessité. Donc il n'entre pas dans l'ordre de la Providence divine d'imposer la nécessité aux effets qu'elle prévoit.

7° Rien d'inutile ne doit se trouver parmi les choses que régit une Providence sage. Comme donc il est évident que certaines causes sont contingentes, puisqu'elles peuvent être empêchées de produire leurs effets, il est évident qu'il n'y aurait pas de Providence si tout arrivait par nécessité. Donc la Providence de Dieu n'exclut pas absolument la contingence des êtres, pour leur imposer la loi de la nécessité.

CHAPITRE LXXIII.

La divine Providence n'exclut pas le libre arbitre.

De la démonstration précédente nous concluons que la Providence divine n'est pas opposée au libre arbitre. En effet :

1° Le but d'un gouvernement éclairé est de procurer, d'accroître ou

---

impedimentum ex resistentia alterius. Ex virtutis autem debilitate et ejus impedimento contingit quod res naturalis non semper eodem modo operatur, sed quandoque deficit ab eo quod competit sibi secundum suam naturam, ut sic naturales effectus non ex necessitate proveniant. Non igitur pertinet ad Providentiam divinam quod rebus provisis necessitatem imponat.

7° Amplius, In his quæ Providentia debite reguntur, non debet esse aliquid frustra. Quum igitur manifestum sit causas aliquas esse contingentes ex eo quod impediri possunt ut non producant suos effectus, patet quod contra rationem Providentiæ esset quod omnia ex necessitate contingerent. Non igitur divina Providentia necessitatem rebus imponit, contingentiam a rebus universaliter excludens.

CAPUT LXXIII.

Quod divina Providentia non excludit arbitrii libertatem.

Ex quo etiam patet quod Providentia divina voluntatis libertati non repugnat.

1° Cujuslibet enim gubernantis prudentis gubernatio ad perfectionem rerum gubernatarum ordinatur vel adipiscendam vel augendam vel conservandam. Quod igitur

de conserver ce qui fait la perfection des choses qui relèvent de lui. La Providence doit donc conserver avec plus de sollicitude une perfection quelconque que ce qui constitue une imperfection et un défaut. Or, dans les êtres inanimés, la contingence des causes provient de ce qu'elles sont imparfaites et défectueuses; car leur nature limite leur action à un seul effet, qu'elles produisent toujours, si elles ne rencontrent pas d'obstacle, soit dans l'affaiblissement de leur puissance active, soit dans un agent extrinsèque, ou encore dans le défaut de préparation de la matière : aussi, les causes naturelles ne sont point aptes à réaliser indifféremment tel ou tel effet, mais elles produisent presque toujours de la même manière celui qui leur est propre, et rarement elles sont impuissantes. Si la volonté est une cause contingente, cela provient, au contraire, de sa perfection, parce que sa puissance d'action n'est pas limitée à tel effet, mais il est en son pouvoir de produire celui-ci ou celui-là; ce qui fait qu'elle est contingente pour tous les deux. Donc il convient que la Providence de Dieu conserve à la volonté sa liberté plutôt encore que la contingence aux causes naturelles.

2° La divine Providence doit faire des êtres un usage conforme à leur nature. Or, la forme, qui est un principe d'action, fixe le mode d'opération de l'agent. Quant à la forme par laquelle l'agent agit volontairement, elle n'est point déterminée. En effet, la volonté agit en vertu d'une forme que saisit l'intelligence; car c'est le bien, appréhendé comme tel, qui meut la volonté, dont il est l'effet propre; et l'effet réalisé par l'intelligence n'a pas une forme invariable, puisque, au contraire, il est dans sa nature de comprendre la multitude

---

perfectionis est magis conservandum est per Providentiam quam quod est imperfectionis et defectus. In rebus autem inanimatis, causarum contingentia ex imperfectione et defectu est; secundum enim suam naturam sunt determinatæ ad unum effectum, quem semper consequuntur, nisi sit impedimentum, vel ex debilitate virtutis, vel ex aliquo exteriori agente, vel ex materiæ indispositione; et propter hoc causæ naturales agentes non sunt ad utrumque, sed ut frequentius eodem modo suum effectum producunt, deficiunt autem raro. Quod autem voluntas sit causa contingens, ex ipsius perfectione provenit, quia non habet virtutem limitatam ad unum, sed habet in potestate producere hunc effectum vel illum; propter quod est contingens ad utrumlibet. Magis igitur pertinet ad Providentiam divinam conservare libertatem voluntatis quam contingentiam in naturalibus causis.

2° Amplius, Ad Providentiam divinam pertinet ut rebus utatur secundum modum earum. Modus autem agendi cujuslibet rei consequitur formam ejus, quæ est principium actionis. Forma autem per quam agit voluntarie agens non est determinata; agit enim voluntas per formam apprehensam ab intellectu; nam bonum apprehensum movet voluntatem ut ejus objectum; intellectus autem non habet unam formam effectus determinatam, sed de ratione sua est ut multitudinem formarum comprehendat; et propter hoc voluntas multiformes effectus

des formes ; ce qui donne à la volonté la faculté de produire des effets variés. Donc l'essence de la Providence n'exige pas qu'elle prive la volonté de sa liberté.

3° Une administration sage dirige vers la fin qui lui convient chacune des choses qui dépendent d'elles. Aussi, saint Grégoire de Nysse définit-il la Providence divine : « la volonté de Dieu qui donne à tous les êtres une direction convenable. » Or, la fin dernière de toute créature est d'atteindre à la ressemblance divine [ch. 17]. Il répugne donc à la Providence de Dieu d'enlever à un être un attribut qui lui confère cette ressemblance. Or, l'agent doué de volonté ressemble à Dieu en ce qu'il agit librement; car nous avons démontré que Dieu a le libre arbitre [liv. I, ch. 88]. Donc la Providence ne détruit pas la liberté de la volonté.

4° Il appartient à la Providence de multiplier le bien dans les choses qu'elle régit. Donc on ne doit pas lui attribuer une mesure qui ferait disparaître du milieu d'elles une multitude de biens. Or, une multitude de biens disparaissent, supposé que la volonté ne soit pas libre; car par là se trouve anéanti le mérite de la vertu humaine, qui est nul si l'homme n'agit pas librement. La justice ne préside plus à la distribution des récompenses et des châtiments, si l'homme ne fait pas librement le bien ou le mal; la prudence n'est plus une vertu, puisqu'il est inutile de délibérer sur des choses qui arrivent nécessairement.

De là ces passages de l'Écriture : *Dieu a fait l'homme dès le commencement, et il l'a abandonné à son propre conseil* [Eccli., XV, 14]. *La vie et la*

---

producere potest. Non igitur ad rationem Providentiæ pertinet quod excludat libertatis voluntatem.

3° Item, Per gubernationem cujuscumque providentis res gubernatæ deducuntur ad finem convenientem; unde et de Providentia divina Gregorius Nyssenus dicit (*De Philos.*, l. VIII, c. 2) quod est « voluntas Dei per quam omnia quæ sunt convenientem deductionem accipiunt. » Finis autem ultimus cujuslibet creaturæ est ut consequatur divinam similitudinem, sicut supra (c. 17) ostensum est. Esset igitur divinæ Providentiæ repugnans si alicui rei subtraheretur illud per quod assequitur divinam similitudinem. Agens autem voluntarium assequitur divinam similitudinem in hoc quod libere agit; ostensum est enim (l. I, c. 88) liberum arbitrium in Deo esse. Non igitur per Providentiam subtrahitur voluntatis libertas.

4° Adhuc, Providentia est multiplicativa bonorum in rebus gubernatis. Illud ergo per quod multa bona subtraherentur a rebus non pertinet ad Providentiam. Si autem libertas voluntatis tolleretur, multa bona subtraherentur; tolleretur enim laus virtutis humanæ, quæ nulla est si homo libere non agat; tolleretur etiam justitia præmiantis et punientis, si non libere homo ageret bonum vel malum; cessaret etiam circumspectio in consiliis, quæ de his quæ ex necessitate aguntur frustra tractarentur. Esset igitur contra Providentiæ rationem si subtraheretur voluntatis libertas.

Hinc est quod dicitur : *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui* (*Eccli.*, XV, 14); et iterum : *Ante*

mort, le bien et le mal sont plus anciens que l'homme; il recevra ce qu'il aura choisi [*ibid.*, XV, 18].

Cette doctrine détruit l'opinion erronée des Stoïciens, qui enseignaient que la nécessité décide de tout, suivant un ordre invariable des causes que les Grecs appellent εἱμαρμένη, ou le Destin.

CHAPITRE LXXIV.

La divine Providence n'exclut pas le hasard et la fortune.

La Providence divine ne soustrait pas les êtres au hasard et à la fortune : cela résulte de ce que nous venons d'établir. En effet :

1° On attribue au hasard et à la fortune les choses qui arrivent le moins souvent. Or, si certains effets ne se produisaient pas par exception, tout serait nécessaire; car les effets contingents le plus ordinairement diffèrent de ceux qui sont nécessaires en cela seulement, qu'ils peuvent manquer dans un petit nombre de cas. Or, la divine Providence n'existe pas si la nécessité préside à tout [ch. 72]. Donc elle est également détruite si rien dans le monde n'est l'œuvre du hasard et de la fortune.

2° Il serait contraire à la Providence que les êtres soumis à son gouvernement n'agissent pas en vue d'une fin, puisque son office est de

---

hominem vita et mors, bonum et malum; quod placuerit ei, dabitur illi (ibid., XV, 18).

Per hoc autem excluditur error et opinio Stoicorum, qui secundum ordinem quemdam causarum intransgressibilem, quem Græci εἱμαρμένην vocabant, omnia ex necessitate dicebant provenire.

CAPUT LXXIV.

Quod divina Providentia non excludit casum et fortunam.

Ex præmissis etiam apparet quod divina Providentia non subtrahit a rebus casum et fortunam.

1° In his enim quæ in minori parte accidunt dicuntur esse fortuna et casus. Si autem non provenirent aliqua ut in minori parte, omnia ex necessitate acciderent; nam ea quæ sunt contingentia ut in pluribus in hoc solo a necessariis differunt, quod possunt in minori parte deficere. Esset autem contra rationem divinæ Providentiæ si omnia ex necessitate contingerent, ut (c. 72) ostensum est. Igitur et contra rationem Providentiæ divinæ esset si nihil fieret fortuitum et casuale in rebus.

2° Amplius, Contra rationem Providentiæ esset si res Providentiæ subjectæ non agerent propter finem, quum Providentiæ sit omnia ordinare in finem; esset etiam contra perfectionem universi, si nulla res corruptibilis esset, nec aliqua virtus deficere potens, ut ex supradictis (c. 71 et 72)

disposer toutes choses pour leur fin; l'univers ne serait pas non plus parfait si aucun être n'était périssable, et si aucune force ne pouvait devenir insuffisante [ch. 71 et 72]. Or, lorsqu'un agent qui vise à une fin manque son but, l'effet résultant de là est fortuit. Donc la Providence de Dieu disparaîtrait, aussi bien que la perfection de l'univers, si le hasard n'avait aucune part dans certaines choses.

3° Il y a dans les causes nombre et diversité, en vertu d'un ordre de la Providence et d'une disposition de Dieu. Or, les causes étant ainsi disposées, elles seront nécessairement quelquefois en concurrence, de telle sorte que l'une entravera l'action de l'autre, ou bien l'aidera dans la réalisation de son effet. Or, un cas fortuit naît du concours de deux ou de plusieurs causes, lorsque ce concours amène un résultat inattendu : par exemple, une personne se rend à la place publique pour y acheter quelque chose et rencontre son débiteur, parce que ce dernier va, de son côté, au même lieu. Donc il ne répugne pas à la Providence de Dieu que certaines choses dépendent du hasard et de la fortune.

4° Ce qui n'existe pas ne peut être cause de rien; d'où il suit que l'aptitude d'une chose à devenir cause est en raison directe de son rapport avec l'*être* (1). Donc les divers degrés, dans l'ordre des causes, doivent correspondre aux divers degrés de l'échelle des êtres. Or, la perfection de l'univers demande, non-seulement qu'il existe des êtres qui soient tels par essence, mais encore qu'il y ait des êtres accidentels; car ceux dont la substance n'est pas aussi parfaite que possible doi-

(1) C'est-à-dire que la puissance d'action est proportionnée dans chaque cause à la perfection de la forme, qui est le principe de l'existence. Dieu étant l'être par excellence, sa forme, qui est sa propre substance, est absolument parfaite : par conséquent, Dieu est la première et la plus puissante de toutes les causes. Le *non-être* est totalement dépourvu de forme ; aussi sa causalité est nulle.

---

patet. Ex hoc autem quod aliquod agens propter finem deficit ab eo quod intendit, sequitur aliqua casu contingere. Esset igitur contra rationem Providentiæ et perfectionis rerum, si non essent aliqua casualia.

3° Adhuc, Multitudo et diversitas causarum ex ordine Providentiæ divinæ et dispositionis procedit. Supposita autem causarum dispositione, oportet unam alteri quandoque concurrere, per quam impediatur vel juvetur ad suum effectum producendum. Ex concursu autem duarum causarum vel plurium contingit aliquid casualiter evenire, dum finis non intentus ex concursu alicujus causæ provenit; sicut inventio debitoris ab eo qui ibat ad forum, causa emendi aliquid, provenit ex hoc quod debitor etiam ad forum venit. Non est igitur divinæ Providentiæ contrarium quod sint aliqua fortuita et casualia in rebus.

4° Item, Quod non est non potest esse alicujus causa; unde oportet quod unumquodque, sicut se habet ad esse, ita se habeat ad hoc quod sit causa. Oportet igitur quod, secundum diversitatem ordinis in entibus, sit diversitas etiam ordinis in causis. Ad perfectionem autem rerum requiritur quod non solum sint in rebus entia per se, sed etiam entia per accidens; res enim quæ non habent in sua substantia ultimam perfectionem oportet quod perfectionem aliquam conse-

vent arriver à une certaine perfection au moyen des accidents, et les accidents doivent se multiplier en proportion de ce que ces êtres s'éloignent davantage de la simplicité de Dieu. Dès lors que plusieurs accidents sont réunis dans un sujet, tel être existe par accident; car le sujet et l'accident, et même deux accidents inhérents à un sujet, sont accidentellement une seule chose : par exemple, un homme blanc, ou encore un homme à la fois musicien et blanc. Donc l'univers serait imparfait, s'il n'y avait aucune cause accidentelle. Or, on attribue au hasard et à la fortune tout ce qui provient d'une cause par accident. Donc il ne répugne pas à la Providence, qui conserve la perfection des êtres, que certains effets arrivent fortuitement et par hasard.

5º L'ordre de la Providence divine exige que les causes soient coordonnées et graduées. Or, plus une cause est élevée, plus sa puissance d'action est grande, et, par conséquent, sa causalité s'étend à un plus grand nombre d'effets. Or, aucune cause naturelle ne cherche à dépasser les bornes de sa puissance d'action; car ce serait en vain. Donc l'activité d'une cause particulière ne peut pas s'étendre à tous les effets possibles. Or, on appelle cas fortuit ce qui arrive en dehors de l'intention des agents. Donc il entre dans l'ordre de la divine Providence que le hasard et la fortune aient une place dans le monde.

Aussi les livres saints nous disent : *J'ai vu que, sous le soleil, le prix n'est point pour les plus légers à la course, ni la victoire pour les plus vaillants, ni le pain pour les plus sages, ni les richesses pour les plus habiles, ni la faveur pour les meilleurs ouvriers; mais tout arrive suivant les circonstances et par hasard* [Ecclés., IX, 11]; ce qui s'entend des choses d'un ordre inférieur.

---

quantur per accidentia, et tanto per plura quanto magis a Dei simplicitate distant. Ex hoc autem quod aliquod subjectum habet multa accidentia, sequitur quod sit aliquod ens per accidens; nam subjectum et accidens, et etiam duo accidentia unius subjecti, sunt unum per accidens; sicut homo albus, et musicum album. Oportet igitur ad perfectionem rerum quod sint etiam quædam causæ per accidens. Ea autem quæ ex causis aliquibus procedunt per accidens dicuntur accidere a casu vel a fortuna. Non est igitur contra rationem Providentiæ, quæ perfectionem rerum conservat, ut aliqua fiant vel casu vel fortuna.

5º Præterea, Ad ordinem divinæ Providentiæ pertinet ut sit ordo et gradus in causis. Quanto autem est aliqua superior causa, tanto est majoris virtutis; unde ejus causalitas ad plura se extendit. Nullius autem causæ naturalis intentio se extendit ultra virtutem ejus; esset enim frustra. Oportet ergo quod intentio causæ particularis non se extendat ad omnia quæ contingere possunt. Ex hoc autem contingit aliquid casualiter vel fortuito quod eveniunt aliqua præter intentionem agentium. Ordo igitur divinæ Providentiæ exigit quod sit casus et fortuna in rebus.

Hinc est quod dicitur : *Vidi nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam; sed tempus casumque in omnibus* (*Eccle.*, IX, 11), scilicet inferioribus.

CHAPITRE LXXV.

La divine Providence s'étend à chacun des être contingents.

Il est évident, par tout ce que nous avons démontré, que la Providence de Dieu s'étend en particulier à chacun des êtres produits par voie de génération et sujets à la destruction. En effet :

1° Il semble que la Providence ne s'occupe pas de ces êtres parce qu'ils sont contingents, et que beaucoup d'entre eux doivent leur existence à un cas fortuit ; car c'est en cela seulement qu'ils diffèrent des substances indestructibles et des universaux des êtres impérissables (1), que l'on considère comme relevant de la Providence. Or, ni la contingence des êtres, ni le hasard et la fortune, ni même la liberté de la volonté ne détruisent la Providence [ch. 72, 73 et 74]. Donc rien ne l'empêche de s'occuper de chacun des êtres contingents, aussi bien que des substances indestructibles et des universaux.

2° Si Dieu ne comprend pas dans le gouvernement de sa Providence chacun des individus en particulier, c'est parce qu'il ne les connaît pas, ou bien parce qu'il ne peut pas ou ne veut pas en prendre soin. — Or, on ne peut pas dire que Dieu ne connaît pas les individus ; car nous avons prouvé le contraire [liv. I, ch. 65]. — Il est faux, d'abord, que Dieu ne puisse pas en prendre soin, puisque sa puissance est infinie

(1) Ces universaux sont les genres et les espèces, qui se composent des seules essences. Il est clair qu'il n'y a rien de fortuit dans les universaux, puisque les essences sont immuables, et le hasard ne se rencontre que dans les individus.

CAPUT LXXV.

Quod Providentia divina sit singularium contingentium.

c'est en elle que sont renfermées les formes universelles [ou les essences], tandis que toute autre puissance d'action a pour principe la forme propre de l'agent qui opère. Donc les puissances intellectuelles doivent mouvoir et régir toutes les autres créatures.

5° Lorsque plusieurs puissances sont respectivement coordonnées, celle qui pénètre mieux la raison de l'ordre dirige les autres. C'est ce que nous observons dans les arts : celui qui s'occupe de la fin, d'où se déduit la raison du produit artificiel tout entier, préside à l'art qui exécute ce projet, et lui donne des lois; ainsi, l'art nautique préside à l'art de construire les vaisseaux, et l'art qui donne la forme à celui qui prépare la matière. Quant aux instruments qui ignorent la raison des choses, ils ne peuvent qu'être dirigés. Donc, puisque les créatures intelligentes sont les seules qui puissent pénétrer la raison de l'ordre établi dans le monde, il leur appartient de régir et de gouverner tous les autres êtres.

6° Ce qui est par soi-même est cause de ce qui existe par un autre être. Or, les créatures intelligentes seules opèrent par elles-mêmes; car, en vertu de leur libre arbitre, elles ont le domaine de leurs opérations, au lieu que les autres sont déterminées à agir par une nécessité naturelle et obéissent, en quelque sorte, à une impulsion étrangère. Donc les créatures intelligentes ont la propriété de mouvoir et de diriger, par leur opération, les autres êtres.

---

autem virtus operativa tantum est ex aliqua propria forma operantis. Oportet igitur quod per virtutes intellectuales moveantur et regantur omnes aliæ creaturæ.

5° Præterea, In omnibus potentiis ordinatis, una est directiva alterius, quæ magis rationem cognoscit; unde videmus, in artibus, quod ars illa ad quam pertinet finis, ex quo sumitur ratio totius artificii, dirigit illam et imperat ei quæ artificium operatur, sicut ars gubernatoria navifactivæ, et illa quæ formam inducit imperat ei quæ materiam disponit; instrumenta autem quæ non cognoscunt aliquam rationem reguntur tantum. Quum ergo solæ intellectuales creaturæ rationes ordinis rerum creatarum cognoscere possint, earum erit regere et gubernare omnes alias creaturas.

6° Adhuc, Quod est per se est causa ejus quod est per aliud. Solæ autem creaturæ intellectuales operantur per seipsas, utpote suarum operationum per liberum voluntatis arbitrium dominæ exsistentes; aliæ vero creaturæ ex necessitate naturæ operantur, tanquam ab alio motæ. Creaturæ igitur intellectuales per suam operationem sunt motivæ et regitivæ aliarum creaturarum.

CHAPITRE LXXIX.

Les substances intelligentes supérieures dirigent les inférieures.

1° Parmi les créatures intelligentes, les unes sont plus élevées que les autres [liv. II, ch. 92-95]. Donc les substances inférieures doivent être gouvernées par les supérieures.

2° Nous venons de voir que les puissances universelles donnent l'impulsion aux puissances particulières [ch. 78]. Or, les formes des substances intelligentes d'un ordre supérieur sont les plus universelles [liv. II, ch. 98]. Donc il leur appartient de régir leurs inférieures.

3° La puissance intellectuelle qui est plus rapprochée de son principe régit toujours celle qui en est plus éloignée. Cela est vrai aussi bien des sciences spéculatives que des sciences pratiques : aussi considère-t-on comme subordonnée la science spéculative qui emprunte à une autre les principes de ses démonstrations; et la science pratique qui s'occupe immédiatement de la fin, premier principe d'action dans les choses de cette nature, est supérieure à celle qui en est à une plus grande distance. Donc, dès lors que quelques substances intelligentes sont plus près de Dieu [liv. II, ch. 92-95], celles-là doivent diriger les autres.

4° Les substances intelligentes supérieures reçoivent d'une manière plus parfaite l'influence de la divine sagesse, puisque tout être participe à une chose suivant son mode d'existence. Or, la sagesse divine gou-

---

CAPUT LXXIX.

Quod substantiæ intellectuales inferiores reguntur per superiores.

1° Quum autem inter creaturas intellectuales quædam sint aliis altiores, ut ex superioribus patet (l. II, c. 92-95), oportet quod inferiores intellectualium naturarum per superiores gubernentur.

2° Adhuc, Virtutes magis universales sunt motivæ virtutum particularium, ut dictum est (c. 78). Superiores autem inter intellectuales naturas habent formas magis universales, ut supra (l. II, c. 98) ostensum est. Sunt igitur regitivæ inferiorum intellectualium naturarum.

3° Item, Potentia intellectiva quæ est propinquior principio semper invenitur regitiva intellectualis virtutis quæ magis a principio distat; quodquidem apparet tam in scientiis speculativis quam in activis; nam scientia speculativa, quæ accipit ab alia principia ex quibus demonstrat, dicitur esse illi subalternata, et scientia activa, quæ estpropinquior fini, qui est principium in operativis, est architectonica respectu magis distantis. Quum ergo inter intellectuales substantias quædam sint primo principio, scilicet Deo, propinquiores, ut supra (l. II, c. 92-95) ostensum est, ipsæ erunt aliarum regitivæ.

4° Adhuc, Superiores intellectuales substantiæ perfectius divinæ sapientiæ influen-

verne tous les êtres : par conséquent, ceux auxquels elle se communique plus abondamment doivent diriger les autres qui n'y participent pas au même degré. Donc les substances intelligentes inférieures sont gouvernées par les supérieures.

Nous considérons comme supérieurs les esprits et les Anges, parce qu'ils dirigent les esprits inférieurs, pour ainsi dire, par forme de message. Nous donnons, en effet, aux Anges les noms de messagers et de ministres, parce qu'ils exécutent, par leur opération, même dans les substances corporelles, l'ordre de la Providence de Dieu ; car, d'après le Philosophe, le ministre est comme un instrument animé (1).

L'Écriture nous rappelle cette vérité en disant : *Des esprits vous faites vos Anges* [ou vos messagers], *et la flamme brûlante vous sert de ministres* [Ps. CIII, 5] (2).

(1) Quemadmodum in virtutibus alii habitu, alii re et functione muneris boni nominantur, sic et in amicitia alii mutua vitæ consuetudine et convictu inter se delectantur; utilitatesque alter alteri suppeditant, alii vero aut dormientes, aut locorum intervallo disjuncti, amicitiæ muneribus non funguntur quidem illi, sed ita tamen sunt animati ut fungi possint ; non enim locorum intervalla amicitias simpliciter dirimunt, sed muneris functionem (Arist. *Ethic.*, VIII. c. 6).

Quoniam rerum sive partarum et quæsitarum, sive etiam relictarum possessio pars domus est, ergo et ratio rei quærendæ rationis rei familiaris administrandæ pars est ; nam sine rebus ad victum necessariis neque vivere, neque bene vivere fas est. Quemadmodum autem in artibus definitis ac determinatis instrumenta cuique arti accommodata suppetere necesse est, si futurum est ut opus ab artifice absolvatur, ita et rei familiaris administrandæ rationi sua præsto esse debent instrumenta. Jam instrumentorum alia sunt inanimata, alia animata : verbi gratia, navis gubernatori clavus quidem est instrumentum inanimatum, proræ vero præfectus, animatum. Minister enim artibus similitudinem quamdam speciemque gerit instrumenti. Sic et res aliqua parta et quæsita, sive etiam relicta, instrumentum est ad vitam degendam comparatum. Rerum autem partarum seu relictarum possessio, multitudo instrumentorum est, et servus res quædam possessa animata est ; et minister omnis velut instrumentum est instrumenta antecedens (Arist. *De republ.*, I, c. 4).

(2) Nous traduisons ainsi pour rendre la pensée de saint Thomas, et ce sens nous paraît seul admissible. Le P. Berthier, adoptant le sentiment de Genebrard, préfère cette autre version : *Vous faites vos Anges aussi agiles que le vent, et vos ministres aussi brûlants que la flamme*. Il prétend s'appuyer sur le texte des Septante, que voici : Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Mais on

---

tiam in seipsis recipiunt, quum unumquodque recipiat aliquid secundum modum suum. Per sapientiam autem divinam omnia gubernantur ; et sic oportet quod ea quæ magis participant divinam sapientiam sint gubernativa eorum quæ minus participant. Substantiæ igitur intellectuales inferiores gubernantur per superiores.

Dicuntur igitur superiores spiritus et Angeli, in quantum inferiores spiritus dirigunt, quasi eis annuntiando ; nam Angeli quasi nuntii dicuntur et ministri, in quantum per suam operationem exsequuntur, etiam in rebus corporalibus, divinæ Providentiæ ordinem ; nam minister est quasi instrumentum animatum, secundum Philosophum (Ethic., VIII. c. 6, et Polit., I, c. 4).

Et hoc est quod dicitur : *Qui facis Angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem* (*Psalm.* CIII, 5).

CHAPITRE LXXX.

De l'ordre hiérarchique des Anges.

Les intelligences gouvernent les corps [ch. 78], et les corps sont disposés dans un certain ordre. Donc les corps les plus nobles doivent être régis par les intelligences supérieures, et les plus vils par les intelligences inférieures. Mais parce que plus une substance s'élève et plus sa puissance est universelle, et que, d'un autre côté, la puissance d'une substance intelligente l'emporte en étendue sur la puissance des corps, la puissance des substances intelligentes les plus excellentes ne peut se développer [par l'action] au moyen d'une puissance corporelle : aussi ne sont-elles pas unies à des corps; au lieu que les intelligences inférieures ont une puissance particulière qui peut se développer par des organes matériels : c'est pourquoi elles doivent être unies à des corps. Or, la puissance des substances intelligentes du premier degré étant la plus étendue, elles reçoivent de Dieu une connaissance plus parfaite de ses desseins, en ce sens que ce que Dieu leur révèle leur fait découvrir la raison de l'ordre qu'il établit, même parmi

voit qu'il n'y a rien dans ce texte qui contredise le sens de saint Thomas, qui s'accorde parfaitement, d'ailleurs, avec ce passage de saint Paul : *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis* (Hebr., I, 14). — Nous pouvons invoquer encore, en faveur de cette interprétation, l'autorité de saint Grégoire-le-Grand, qui s'exprime ainsi : « Sciendum quod Angelorum vocabulum nomen est officii, non naturæ. Nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari Angeli nequaquam possunt, quia tunc solum sunt Angeli, quum per eos aliqua nuntiantur. Unde et per Psalmistam dicitur : *Qui facit Angelos suos spiritus.* Ac si patenter dicat : Qui eos quos semper habet spiritus, etiam, quum voluerit, Angelos facit » (*Homilia* XXXIV *super Evang.*, ante medium).

CAPUT LXXX.

De ordinatione Angelorum ad invicem.

Quum autem corporalia per spiritualia regantur, ut ostensum est (c. 78), corporalium autem sit quidam ordo, oportet quod superiora corpora per superiores intellectuales substantias regantur, inferiora vero per inferiores. Quia vero, quanto aliqua substantia est superior, tanto virtus ejus est universalior, virtus vero intellectualis substantiæ est universalior virtute corporis, superiores quidem inter intellectuales substantias habent virtutes non explicabiles per aliquam virtutem corpoream, et ideo non sunt corporibus unitæ; inferiores vero habent virtutes particulatas explicabiles per aliqua corporea instrumenta, et ideo oportet quod corporibus uniantur. Sicut autem superiores inter substantias intellectuales sunt universalioris virtutis, ita etiam et perfectius divinam dispositionem ab Ipso recipiunt in hoc quod usque ad singularia, ordinis rationem cognoscunt per hoc quod a Deo accipiunt. Hæc autem di-

les individus. Or, cette manifestation du plan divin, faite par Dieu lui-même, arrive jusqu'aux dernières intelligences, selon cette parole des livres saints : *Peut-on compter ses soldats* (1)? *et sur lequel sa lumière ne brille-t-elle pas* (2)? [Job., XXV, 3.] Mais les intelligences inférieures ne participent pas à cette manifestation d'une manière assez parfaite pour connaître par elle, en particulier, chacune des choses qui entrent dans l'ordre fixé par la divine Providence, et qu'elles sont appelées à réaliser. Elles ne les voient que dans leur ensemble, et, à mesure qu'elles se placent dans un degré inférieur, la connaissance de l'ordre

(1) Saint Grégoire-le-Grand (*Moral.*, liv. XVII, c. 6) et saint Jérôme appliquent aussi ce passage aux Anges qui ont combattu pour Dieu lors de la révolte de Satan et des esprits qu'il entraîna dans sa chute. Les mêmes esprits continuent encore de faire une guerre de tous les instants à cet ennemi du Seigneur. C'est pour cela que l'Écriture appelle si souvent Dieu le *Seigneur des Vertus* ou *des armées*. — Comme l'Écriture fait ailleurs l'énumération des puissances célestes, saint Denys fait cette réflexion : « Eloquiorum de Angelis traditio millies eorum esse millia dicit, deciesque millies dena millia, summos illos quos adhibemus numeros in seipsos glomerando ac multiplicando, quo per hos aperte declararet cœlestium essentiarum ordines a nobis annumerari non posse. Multi namque sunt beati supermundanorum mentium exercitus, qui infirmam et contractam materialium nostrorum numerorum rationem penitus excedunt, sciteque definiuntur a sola ipsorum supermundiali cœlestique intelligentia scientiaque, quæ illis abundantissime conceditur a Dei principali et infinitorum conscia creatrice sapientia, quæ superessentialiter omnium simul rerum principium et causa substantifica, et continens virtus, et complectens determinatio exsistit (*Cœl hierarch.*, c. 11). »

(2) Saint Denys explique ainsi cette diffusion de la lumière divine dans les intelligences : « Deus lux intellectilis dicitur, quia omnem mentem supracœlestem implet lumine intellectili ; omnem autem ignorantiam et errorem ex omnibus animis, in quibus est, ejicit, et ipsis omnibus lumen sanctum impertit, eorumque oculos mentales a caligine ex ignorantia circumfusa repurgat et liberat et excitat, atque aperit multa gravitate tenebrarum compressos et clausos, datque primum quidem mediocrem splendorem, deinde, tanquam degustato lumine, et oculis jam magis, post degustationem lumen appetentibus, magis se impertit et copiosius fulget, quia dilexerunt multum ; atque eas semper ulterius provehit, proportione studii eorum ad aspiciendum sursum. — Lux intellectilis dicitur illud bonum quod est supra omne lumen, tanquam fontalis radius, et effusio luminis inundans omnem mentem supramundanam, et circamundanam, et mundanam, ex plenitudine sua illuminans, et totas earum facultates intelligendi renovans, et omnes continens, quatenus supra omnes tenditur ; et omnibus antecellens, quatenus supra omnes sita est ; atque absolute omnem illuminatricis virtutis proprietatem ut lucis princeps lumineque potior in semetipsa complectens, et superhabens præhabensque ; necnon intellectilia rationaliaque universa congregans et reddens inviolata. Etenim sicut ignorantia errantes dirimit, sic intellectilis lucis præsentia congregat et copulat illuminatos, perficitque eos, et ad id quod vere est convertit, a multis opinationibus eos revocans, ac varios aspectus, vel, ut magis proprie dicam, varia in unam veram et puram ac simplicem cognitionem contrahit, et uno lumine unifico implet (*De div. nomin.*, c. 4, § 5 et 6). »

---

vinæ ordinationis manifestatio, divinitus facta, usque ad ultimas intellectualium substantiarum pertingit ; sicut dicitur : *Numquid est numerus militum ejus ? Et super quem non surget lumen illius ?* (*Job*, XXV, 3). Sed inferiores intellectus non in ea perfectione ipsam recipiunt quod per eam singula quæ ad ordinem divinæ Providentiæ spectant, ab ipsis exsequenda, cognoscere possint, sed solum in quadam communitate; quantoque sunt inferiores, tanto per primam illuminationem divinitus acceptam minus

divin acquise par cette lumière, qui leur vient primitivement de Dieu, est moins spéciale ; en sorte que l'intelligence humaine, qui est la dernière par ses connaissances naturelles, n'a d'autre notion que celle des principes les plus universels. Ainsi donc, les substances intelligentes supérieures reçoivent immédiatement de Dieu une connaissance plus parfaite de l'ordre providentiel, et c'est par elles que les intelligences inférieures doivent arriver à la connaissance parfaite [que leur nature comporte], d'après ce que nous avons déjà observé, que la connaissance générale du disciple tire sa perfection de la science du maître, dont l'objet est particulier. — C'est ce qui fait dire à saint Denys que les substances intelligentes du premier ordre, auxquelles il donne le nom de première hiérarchie ou de principauté sacrée, ne sont pas sanctifiées par d'autres substances, mais par la Divinité même, dans laquelle elles s'élèvent, autant que possible, jusqu'à la contemplation immédiate de la beauté immatérielle et invisible et à l'intelligence des raisons qui ont déterminé les opérations divines ; et ce sont elles qui transmettent aux essences célestes des degrés inférieurs les connaissances qui leur conviennent (3).

Ainsi donc, les intelligences supérieures puisent la perfection de leur science dans un principe plus élevé qu'elles. Or, en toute disposition sage, la forme des agents détermine l'ordre des effets ; car l'effet découle de sa cause en vertu d'un rapport de similitude, et l'agent ne

(3) Hoc igitur theologi perspicere declarant, ut inferiores quidem cœlestium essentiarum ordines a superioribus divinorum operum scientiam convenienti modo percipiant. Si vero qui omnibus antecellunt ab ipsamet deitate, uti fas est, sacris disciplinis illustrantur. — Prima igitur cœlestium intelligentiarum hierarchia ab ipsamet initiandi principatu consecrata per eam, qua in ipsum immediate surrigitur, sanctissimam purgationem, pro captu suo, referta copioso lumine perfectæ sanctificationis, purgatur et illuminatur atque perficitur (*Cœlest. hierarch.*, c. 7).

---

in speciali divini ordinis cognitionem accipiunt, in tantum quod intellectus humanus, qui est infimus secundum naturalem cognitionem, solum quorumdam universalissimorum notitiam habet. Sic igitur substantiæ intellectuales superiores perfectiorem cognitionem prædicti ordinis immediate consequuntur a Deo ; quamquidem perfectionem oportet quod aliæ inferiores per eas consequantur, sicut supra diximus quod universalis discipuli cognitio per cognitionem magistri, qui in speciali cognoscit, perducitur ad perfectum. — Hinc est quod Dionysius de supremis intellectualibus substantiis, quas primæ hierarchiæ, id est sacri principatus, nominat, dicit quod, non per alias substantias sanctificatæ, sed ab ipsa Divinitate in ipsa immediate extenduntur etiam ad immaterialem et invisibilem pulchritudinem, quantum fas est, in contemplationem adducuntur et ad divinorum operum scibiles rationes ; et per has dicit suppositas cœlestium essentiarum dispositiones erudiri (Cœlest. Hier., c. 7).

Sic ergo altiores intellectus in altiori principio cognitionis perfectionem suscipiunt. In qualibet autem dispositione Providentiæ, ipsa ordinatio effectuum ex forma agentium derivatur ; oportet enim effectus a causa secundum aliquam similitudinem pro-

communique à ses effets la ressemblance de sa forme qu'en vue d'une fin. La fin est donc le premier principe d'une disposition sage; le second est la forme de l'agent, et le troisième consiste dans la disposition harmonique des effets. Le suprême degré, dans l'ordre intellectuel, est donc de saisir la raison des choses dans la fin même de l'ordre; le second est de découvrir cette raison dans la forme, et le troisième consiste à connaître en elle-même, et non dans un principe plus élevé, la disposition de l'ordre. De là vient que nous appelons *architectonique* l'art qui s'occupe de la fin, comparé à celui qui s'occupe de la forme. Prenons pour exemple l'art nautique par rapport à l'art de construire les vaisseaux. La même dénomination convient à l'art qui s'applique à la forme relativement à celui qui règle l'ordre des changements qui en préparent la réalisation : tel est l'art de construire les vaisseaux pour les différents travaux qu'exécutent les ouvriers.

Il y a donc un ordre entre les intelligences qui aperçoivent immédiatement en Dieu, et dans toute sa perfection, le plan arrêté par la Providence divine.

Les premières et les plus élevées de ces intelligences découvrent la raison de l'ordre providentiel dans sa fin dernière, qui est la bonté divine : pour quelques-unes, toutefois, cette lumière est plus vive que pour les autres. On leur donne le nom de *Séraphins*, mot qui veut dire ardents ou brûlants, parce qu'on prend ordinairement le feu comme le symbole de l'intensité de l'amour ou du désir, qui tendent à la fin. — Aussi saint Denys dit-il que leur nom exprime l'amour invariable dont ils se consument pour les choses divines, et l'ardeur avec laquelle

---

cedere. Quod autem agens suæ formæ similitudinem effectibus communicet, est propter aliquem finem. Primum ergo principium in dispositione Providentiæ est finis; secundum, forma agentis; tertium, ipsa dispositio ordinis effectuum. Supremum igitur in ordine intellectus est quod in fine ordinis ratio attendatur; secundum autem, quod in forma; tertium vero, quod ipsa ordinis dispositio in seipsa, non in aliquo altiori principio, cognoscatur. Unde et ars quæ considerat finem est *architectonica* respectu ejus quæ considerat formam, sicut gubernatoria respectu navifactivæ; ea vero quæ considerat formam, respectu ejus quæ considerat solum ordinem motuum qui ordinantur ad formam, sicut navifactiva respectu manus artificum.

Sic ergo inter illos intellectus qui immediate in ipso Deo perfectam cognitionem ordinis Providentiæ divinæ percipiunt est quidam ordo :

Quia supremi et primi rationem ordinis Providentiæ accipiunt in ipso ultimo fine, qui est divina bonitas (quidam tamen eorum aliis clarius); et isti dicuntur *Seraphim*, quasi ardentes vel incendentes, quia per incendium solet designari intensio amoris vel desiderii, qui sunt de fine. — Unde Dionysius dicit quod ex hoc eorum nomine designantur et immobilitas eorum erga divina fervens et conflexibilis reductio inferiorum in Deum, sicut in finem (Cœlest. Hier., c. 7).

Secundi autem rationem Providentiæ in ipsa forma divina perfecte cognoscunt : et

ils entraînent avec eux vers Dieu, comme vers leur fin, les esprits inférieurs (4).

Les intelligences du second degré connaissent parfaitement la raison de la Providence dans la forme divine. On les appellè les *Chérubins*, terme qui signifie la plénitude de la science; car la science se perfectionne par la forme de son objet. — Saint Denys dit que le nom de *Chérubins* indique que ces esprits contemplent la beauté divine dans la première des puissances actives (5).

Celles du troisième degré contemplent en lui-même l'ordre fixé par les jugements divins. On les désigne sous le nom de *Trônes*, parce que le trône est l'emblème du pouvoir judiciaire, suivant cette parole : *Vous avez siégé sur votre trône, vous qui jugez la justice* [Ps. IX, 5]. — Saint Denys dit que cette dénomination signifie que ces esprits portent Dieu, et que cette proximité les rend aptes à recevoir en eux tout ce qui émane de lui (6).

Toutefois, il ne faudrait pas entendre ce qui a été dit jusqu'ici comme si l'on établissait une distinction réelle entre la bonté de Dieu, son essence et la science de l'ordre des êtres : ce sont là seulement différents aspects sous lesquels on le considère.

Il doit également y avoir une hiérarchie entre les esprits inférieurs qui reçoivent des plus élevés la connaissance parfaite de l'ordre divin qu'ils doivent réaliser; car ceux d'entre eux qui ont une puissance

(4) Nomen *Seraphim* luculenter designat perennem atque incessantem eorum circa res divinas motionem, fervoremque et acumen intentæ ac nunquam intermissæ nunquamve declinantis motionis, subditosque ad superna surrigendi et ad consimilem fervorem suscitandi et inflammandi (*Cœlest. hierarch.*, c. 7).

(5) *Cherubim* vero (nomen designat) eorum vim cognoscendi, Deumque contuendi, atque contemplandi in ipsamet primæva virtute divinam venustatem (*Cœlest. hierarch.*, c. 7).

(6) *Thronorum* porro nomen denotat quod ab omni terrena humilitate secretum est, quodque ad superiora divino studio fertur, quod Deum portat officioseque ad ea quæ divina sunt capienda propensum est (*Cœlest. hierarch.*, c. 7).

---

hi dicuntur *Cherubim*, quod interpretatur scientiæ plenitudo ; scientia enim per formam scibilis perficitur.—Unde dicit Dionysius quod talis nominatio signat quod sunt contemplativi in prima operatrice virtute divinæ pulchritudinis (ibid., c. 7).

Tertii vero ipsam dispositionem divinorum judiciorum in seipsa considerant; et hi dicuntur *Throni*; nam per thronum potestas judiciaria designatur, secundum illud : *Sedisti super thronum, qui judicas justitiam* (*Psalm.*, IX, 5).—Unde dicit Dionysius quod, per hanc denominationem, designatur quod sunt deiferi et ad omnes divinas susceptiones familiariter apti (ibid., c. 7).

Non autem sic præmissa intelligenda sunt quasi aliud sit divina bonitas et aliud divina essentia et aliud scientia rerum dispositionem continens, sed quia secundum hoc alia et alia est ejus consideratio.

Item, Inter ipsos etiam inferiores spiritus, qui divini ordinis per eos exsequendi perfectam cognitionem per superiores spiritus consequuntur, oportet ordinem esse ;

plus étendue ont aussi une science plus universelle : aussi puisent-ils la connaissance de l'ordre providentiel dans des principes et des causes plus généraux, et leurs inférieurs, au contraire, dans des causes plus particulières : ainsi, l'homme qui pourrait saisir l'ordre de la nature entière, par la seule inspection des astres, surpasserait en intelligence celui qui a besoin, pour en avoir une notion complète, d'abaisser ses regards sur ce qui l'entoure. Ceux-là donc qui aperçoivent parfaitement l'ordre providentiel dans les causes universelles, qui tiennent le milieu entre Dieu, la plus universelle des causes, et les causes particulières, ceux-là sont entre les esprits capables de trouver la raison de cet ordre en Dieu lui-même, et ceux qui sont obligés de la considérer dans les causes particulières. Saint Denys place ces esprits dans la hiérarchie moyenne, qui dirige la hiérarchie inférieure, comme elle est elle-même dirigée par la hiérarchie supérieure (7).

Une autre raison demande qu'il y ait un ordre entre ces substances intelligentes : c'est que le plan de la Providence générale est ainsi conçu :

1° Un grand nombre d'agents exécutent ses desseins. Ils sont soumis à l'ordre des *Dominations* ; car c'est aux maîtres de commander ce que d'autres doivent exécuter.— Saint Denys dit que le nom de *domination* désigne une puissance élevée au-dessus de toute servitude et supérieure à toute sujétion (8).

2° L'agent qui réalise, par son opération, la disposition arrêtée par

(7) Voyez la note 3 qui précède.

(8) Nomen itaque *Dominationum* existimo declarare absolutam aliquam dominationem, principii dominationis semper avidam, quæ ab omni servitute celsior, omnique dejectione superior est (*Cœlest. hierarch.*, c. 8).

---

nam qui inter eos sunt altioris virtutis etiam sunt universalioris in cognoscendo ; unde cognitionem ordinis Providentiæ in principiis et causis magis universalibus adipiscuntur ; inferiores vero, in causis magis particularibus ; altioris enim intellectus esset homo qui ordinem omnium naturalium considerare posset in corporibus cœlestibus, quam qui indiget ad perfectam cognitionem ad inferiora prospicere. Illi igitur qui in causis universalibus, quæ sunt mediæ inter Deum, qui est universalissima causa, et causas particulares, possunt ordinem Providentiæ perfecte cognoscere, medii sunt inter illos qui in ipso Deo rationem prædicti ordinis considerare sufficiunt et eos qui in causis particularibus necesse habent considerare. Et hi a Dionysio ponuntur in media hierarchia, quæ, sicut a suprema dirigitur, ita dirigit infimam, ut dicit (Cœlest. Hier., c. 7).

Inter has etiam intellectuales substantias oportet quod ordo quidam exsistat : nam ipsa universalis Providentiæ dispositio distribuitur quidem :

Primo in multos executores ; quodquidem fit per ordinem *Dominationum* ; dominorum enim est præcipere quid alii exsequantur. — Unde Dionysius dicit quod nomen *dominationis* designat aliquam anagogen superpositam omni servituti et omni subjectioni superiorem (Cœlest. Hier., c. 8).

Secundo autem ab operante et exsequente distribuitur et multiplicatur ad va-

la Providence, la communique et l'étend à une multitude d'effets variés. C'est l'office de l'ordre des *Vertus*, dont le nom, suivant saint Denys [*ibid.*], exprime une puissance assez énergique pour exécuter toutes les œuvres divines, et qui ne laissent, par faiblesse, aucun mouvement [ou changement] incomplet (9). Il est donc clair qu'à cet ordre appartient le principe de l'opération universelle; et, par conséquent, c'est à lui que se rapportent les mouvements des corps célestes, d'où résultent, comme de causes universelles, les effets particuliers dans la nature. C'est pour cette raison que l'Écriture les appelle les *vertus des cieux*, lorsqu'elle dit : *Les vertus des cieux seront ébranlées* [Luc, XXI, 26]. C'est encore à ces esprits que paraît confiée l'exécution des œuvres divines qui sortent de l'ordre naturel; aussi, ces œuvres sont-elles les plus sublimes qui se rattachent aux divins ministères, et saint Grégoire dit à ce sujet : « Nous appelons *Vertus* ces esprits par « lesquels s'opèrent le plus souvent les prodiges » [*Homil.* XXXIV *super Evangelia*]; et si l'accomplissement des ministères divins donne lieu à quelque autre opération universelle et principale, il convient également de l'attribuer à cet ordre d'esprits.

3° La disposition à laquelle la Providence universelle a soumis ses effets se maintient sans confusion, parce que les causes qui pourraient le troubler sont enchaînées. C'est à l'ordre des *Puissances* qu'il appartient d'y veiller. — Saint Denys observe au même lieu que « ce mot « de *Puissances* emporte l'idée d'une ordonnance parfaitement réglée « et sans aucune confusion dans les choses qui viennent de Dieu. »

(9) Appellatio *Virtutum* fortem quamdam denotat virilitatem in omnes deiformes operationes redundantem. Ne quidquam admittunt quo ipsorum illustrationes deficiant (*Cœlest. hierarch.*, c. 8).

---

rios effectus ; quodquidem fit per ordinem *Virtutum*, quarum ordo, ut dicit Dionysius, ibidem, significat quamdam fortem virilitatem in omnes deiformes operationes, non relinquentem sui imbecillitate aliquem deiformem motum. Et sic patet quod principium universalis operationis ad hunc ordinem pertinet; unde videtur quod ad hunc ordinem pertineat motus cœlestium corporum, ex quibus sicut a quibusdam causis universalibus consequuntur particulares effectus in natura ; et ideo, *Virtutes cœlorum* nominantur, ubi dicitur quod *Virtutes cœlorum movebuntur* (*Luc.*, XXI, 26). Et ad eos etiam spiritus pertinere videtur executio divinorum operum quæ præter naturæ ordinem fiunt, et ideo ista sunt sublimissima in divinis ministeriis ; propter quod dicit Gregorius quod « *Virtutes* dicuntur illi spiri- « tus per quos signa frequentius fiunt » (*Homil.* XXXIV, *sup. Evang.*) ; et, si quid aliud universale et primum est in ministeriis divinis exsequendis, conveniens est ad hunc ordinem pertinere.

Tertio vero universalis Providentiæ ordo, jam in effectibus institutus, inconfusus custoditur, dum cohibentur ea quæ possent hunc ordinem perturbare; « quodquidem per- « tinet ad ordinem *Potestatum*. — Unde Dio- « nysius dicit, ibidem, quod nomen *Potestatum* « importat quamdam bene ordinatam et in- « confusam circa divinas susceptiones ordina-

Saint Grégoire dit aussi que cet ordre a la mission de réprimer les puissances ennemies.

Les esprits du dernier degré, parmi les substances intelligentes supérieures, sont ceux qui reçoivent divinement communication de l'ordre providentiel qui se révèle dans les causes particulières. Ces esprits sont commis immédiatement à la direction des choses humaines. — Saint Denys dit que « ce troisième ordre d'esprits, qui dé« pendent des autres, est à la tête des diverses hiérarchies humaines. » — Or, on voit, d'après ce qui a été dit, que par ces choses humaines il faut entendre toutes les natures inférieures et les causes particulières qui ont l'homme pour fin et sont à son usage.

Un ordre est établi aussi dans ces choses

Il y a, en effet, dans les choses humaines, un bien commun, savoir celui de la cité ou de la nation. Il semble que le soin en est remis à l'ordre des *Principautés*. — Aussi saint Denys affirme, dans le même chapitre, que « le nom de *Principautés* désigne un certain domaine et « aussi un ordre sacré. » C'est pourquoi l'Écriture fait mention de Michel, prince des Juifs, et du prince des Perses et des Grecs (10). Ainsi donc, cet ordre a dans ses attributions la formation des empires et les révolutions qui transportent la domination d'un peuple à un autre. Il paraît chargé, en outre, d'éclairer les hommes élevés à la dignité de

(10) Levavi oculos meos et vidi : et ecce vir unus vestitus lineis..... Et ait ad me : Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, et ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti et uno diebus : et ecce Michael unus de principibus primis venit in adjutorium meum; et ego remansi ibi juxta regem Persarum..... Et ait : Numquid scis quare venerim ad te? et nunc revertar ut prælier adversus principem Persarum : quum ego egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Verumtamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis : et nemo est adjutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester (Daniel, x, 5, 12, 13, 20 et 21).

« tionem; » et ideo Gregorius dicit quod ad hunc ordinem pertinet contrarias potestates arcere.

Infimi autem [spiritus] inter superiores intellectuales substantias sunt qui ordinem divinæ Providentiæ in particularibus causis cognoscibilem divinitus accipiunt; et hi immediate rebus humanis præponuntur. — Unde Dionysius de eis dicit [ibid.] quod « ista tertia dispositio Spirituum humanis « hierarchiis per consequentiam præcipit. » — Per res autem humanas intelligendæ sunt omnes inferiores naturæ et causæ particulares quæ ad hominem ordinantur et in usum hominis cedunt, sicut patet ex præmissis.

Inter has etiam quidam ordo exsistit.

Nam in rebus humanis est aliquod bonum commune, quodquidem est bonum civitatis vel gentis, quod videtur ad *Principatuum* ordinem pertinere. — Unde [Dionysius] dicit, in eodem capitulo, quod « nomen « *Principatus* designat quoddam dominium « cum ordine sacro: » propter quod fit mentio (*Dan.* x, 13, 20, 21) de Michaele Principe Judæorum et Principe Persarum et Græcorum. Et sic dispositio regnorum et mutatio dominationis de gente in gentem ad minis-

princes sur les choses qui se rattachent au gouvernement de leur États.

Il est encore pour l'homme un bien qui n'est pas général, mais appartient à tout homme comme tel, quoiqu'il ne soit pas avantageux à un seul individu, mais au grand nombre : par exemple, ce que tous et chacun doivent croire et pratiquer, comme ce qui regarde la foi, le culte divin, etc. — Les *Archanges* procurent ce bien. Saint Grégoire dit que ces esprits sont chargés d'annoncer les choses les plus importantes : tel est Gabriel, auquel nous donnons le nom d'Archange, parce qu'il a annoncé l'Incarnation du Verbe, Fils unique de Dieu, mystère que nous devons tous croire.

Enfin, il est un bien humain qui appartient à chaque individu. Il est confié à l'ordre des *Anges*, qui, selon saint Grégoire, annoncent les choses d'une moindre importance (11). C'est pour cela qu'on les appelle

(11) Voici *in extenso* le passage de saint Grégoire-le-Grand dont quelques fragments ont été cités dans ce chapitre : « Novem Angelorum ordines dicimus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim atque Seraphim. Esse namque Angelos et Archangelos pene omnes sacri eloquii paginæ testantur; Cherubim vero atque Seraphim sæpe, ut notum est, libri Prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus Apostolus ad Ephesios (I, 21) enumerat dicens : Supra omnem Principatum, et Potestatem, et Virtutem, et Dominationem. Qui rursus ad Colossenses scribens ait (I, 16) : Sive Throni, sive Potestates, sive Principatus, sive Dominationes. Dum ergo illis quatuor, quæ ad Ephesios dixit, conjunguntur Throni, quinque sunt ordines; quibus dum Angeli et Archangeli, Cherubim atque Seraphim adjuncta sunt, procul dubio novem esse Angelorum ordines inveniuntur. — Sciendum vero quod Angelorum vocabulum nomen est officii, non naturæ. Nam sancti cœlestis patriæ spiritus, semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari Angeli nequaquam possunt; quia tunc solum sunt Angeli, quum per eos aliqua nuntiantur. Unde et per Psalmistam dicitur (*Psalm.* CIII, 5) : *Qui facit Angelos suos spiritus.* Ac si patenter dicat : Qui eos quos semper habet spiritus, etiam quum voluerit, Angelos facit. Hi autem qui minima nuntiant, Angeli; qui vero summa nuntiant, Archangeli vocantur. Hinc est enim quod ad Mariam Virginem, non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium, summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat. Qui idcirco privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Michael namque, quis ut Deus? Gabriel autem, Fortitudo Dei; Raphael vero dicitur Medicina Dei, etc. (*Hom.* XXXIV *super Evangelia*, ante medium). » — Le saint Docteur explique ensuite comment ces trois Archanges ont rempli la signification de leurs noms par la mission confiée à chacun d'eux.

---

terium hujus ordinis pertinere oportet. Instructio etiam eorum qui inter homines exsistunt principes, de his quæ ad administrationem sui regiminis pertinent, ad hunc ordinem spectare videtur.

Est etiam aliquod humanum bonum quod non in communitate consistit, sed ad unumquemque pertinet secundum seipsum; non tamen uni soli est utile, sed multis; sicut quæ sunt ab omnibus et singulis credenda et servanda, sicut ea quæ sunt fidei et cultus divinus et alia hujusmodi. — Et hoc ad *Archangelos* pertinet, de quibus Gregorius dicit (*Homil.* XXXIV., *sup. Evang.*) quod summa nuntiant; sicut Gabrielem Archangelum nominamus, quia Unigeniti Verbi incarnationem nuntiavit, quod ab omnibus credendum est.

les gardiens des hommes, d'après cette parole de l'Écriture : *Dieu a commandé à ses Anges de vous garder dans toutes vos voies* [Ps. xc, 11].

Selon saint Denys, les Archanges tiennent le milieu entre les Principautés et les Anges, ayant quelque chose de commun avec les uns et les autres. Ils ont cela de commun avec les Principautés, qu'ils dirigent les Anges inférieurs ; et ce n'est pas sans raison, car dans les choses humaines, le bien de l'individu doit se mesurer sur l'intérêt général. Ils ressemblent aux Anges, en ce qu'ils communiquent les ordres qu'il faut exécuter aux Anges, et à nous-mêmes par l'intermédiaire des Anges, qui ont pour office d'éclairer les hommes, suivant qu'il convient à chacun d'eux, sur les choses qui les concernent. C'est pour cela que les esprits du dernier ordre portent le nom générique d'Anges, qui leur appartient spécialement, parce que cet ordre a pour office de nous éclairer immédiatement. C'est aussi pour cette raison que le nom d'Archange est composé de deux autres; car Archange équivaut à *Prince-Ange*.

Saint Grégoire range encore dans un autre ordre les esprits célestes. Il place les Principautés dans la moyenne hiérarchie, immédiatement après les Dominations, et les Vertus parmi les esprits du dernier degré, avant les Archanges. Tout bien considéré, cependant, on voit que ces deux expositions diffèrent peu. Ce docteur, en effet, donne le nom de Principautés, non aux esprits préposés à la garde des nations, mais à ceux qui sont à la tête des bons esprits eux-mêmes, et qui président, en quelque sorte, à l'exécution des ministères que Dieu leur a confiés; car il dit que le prince est le premier parmi les autres ; et nous avons

---

Quoddam vero humanum bonum est ad unumquodque singulariter pertinens, et hoc ad ordinem pertinet *Angelorum*, de quibus Gregorius dicit [ibid.] quod infima nuntiant ; unde et hominum custodes esse dicuntur, secundum illud : *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, etc.* (*Psalm.* xc, 11).

Unde et Dionysius dicit quod Archangeli medii sunt inter Principatus et Angelos, habentes aliquid commune cum utrisque : cum Principatibus quidem, in quantum inferioribus Angelis ducatum præstant, nec immerito, quia quæ sunt propria in humanis secundum ea quæ sunt communia dispensari oportet ; cum Angelis vero, quia annuntiant Angelis et per Angelos nobis, quorum est manifestare hominibus quæ ad eos pertinent secundum uniuscujusque analogiam ; propter quod et commune nomen ultimus ordo quasi speciale sibi assumit, quia scilicet officium habet nobis immediate nuntiandi ; et propter hoc Archangeli nomen compositum habent ex utroque ; dicuntur enim Archangeli, quasi *Principes-Angeli*.

Assignat autem et Gregorius aliter cœlestium spirituum ordinationem. Nam Principatus inter medios spiritus connumerat post Dominationes immediate; Virtutes vero inter infimos, ante Archangelos. Sed diligenter inspicientibus utraque ordinatio in modico differt. Nam, secundum Gregorium, Principatus dicuntur, non qui gentibus præponuntur, sed qui etiam ipsis bonis spiritibus principantur, quasi præsidentes in ministeriorum divinorum exsecutione ; dicit enim quod principari est inter alios priorem exsistere ;

observé, dans la première explication, que cette fonction appartient à l'ordre des Vertus. Saint Grégoire réserve aux Vertus certaines opérations particulières, lorsque, dans un cas spécial, et en dehors de l'ordre commun, il est besoin d'un fait miraculeux; et pour cette raison, les Vertus paraissent assez bien placées parmi les esprits inférieurs.

On peut invoquer en faveur de ces deux ordres l'autorité de l'Apôtre. Il dit, dans son Épître aux Ephésiens : *Dieu a placé le Christ à sa droite dans les cieux, au-dessus de toute Principauté, de toute Puissance, de toute Vertu, de toute Domination* [Ephés., I, 20-21]. Dans ce passage, il observe une gradation ascendante et met les Puissances au-dessus des Principautés, les Vertus au-dessus des Puissances et les Dominations au-dessus des Vertus. C'est le même ordre que saint Denys a adopté. Parlant de Jésus-Christ, dans son Épître aux Colossiens, il s'exprime ainsi : *Soit le Trône, soit les Dominations, soit les Principautés, soit les Puissances, tout a été créé par lui et en lui* [Coloss., I, 16]. Ce second texte contient, au contraire, une gradation descendante qui commence par les Trônes ; au-dessous des Trônes viennent les Dominations; au-dessous des Dominations sont les Principautés, et au-dessous des Principautés, les Puissances. C'est l'ordre que nous trouvons dans saint Grégoire. — Isaïe fait mention des Séraphins (12) et Ezéchiel des Chérubins (13). Saint Jude, dans son Épître Catholique, parle des

(12) Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et ea quæ sub ipso erant replebant templum. Seraphim stabant super illud : sex alæ uni, et sex alæ alteri ; duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum ; plena est omnis terra gloria ejus (Isai., VI, 1-3).

(13) Similitudo quatuor animalium : et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. Quatuor facies uni, et quatuor pennæ uni. Pedes eorum pedes recti, et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, et scintillæ quasi aspectus æris candentis. Et manus

---

hoc autem, secundum assignationem antedictam, diximus ad Virtutum ordinem pertinere. Virtutes autem, secundum Gregorium, sunt quæ ad quasdam particulares operationes ordinantur, quum aliquo speciali casu præter communem ordinem oportet aliquid miraculose fieri ; secundum quam rationem satis convenienter cum infimis ordinantur.

Utraque autem ordinatio ex verbis Apostoli auctoritatem habere potest. Dicit enim : *Constituens illum*, scilicet Christum, *ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem Principatum, et Potestatem, et Virtutem, et Dominationem* (*Ephes.*, I, 20-21) ; in quo patet quod, ascendendo, supra Principatus Potestates posuit, et, supra has, Virtutes, supra quas Dominationes collocavit ; quem ordinem Dionysius observavit. Ad Colossenses autem loquens de Christo dicit : *Sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt* (*Coloss.*, I, 16) ; in quo patet quod, Thronis incipiens, descendendo, sub eis Dominationes, sub quibus Principatus, et sub his Potestates posuit ; quem ordinem Gregorius observavit. — De Seraphim autem fit mentio Isaiæ sexto ; de Cherubim autem, Ezechielis primo ; de Archangelis, in Catholica Judæ : *Quum Michael Archangelus*

